Clemens Romanus

CLEMENTIS ROMANI

QUAE FERUNTUR

HOMILIAE VIGINTI

NUNC PRIMUM INTEGRAE.

TEXTUM AD CODICEM OTTOBONIANUM CONSTITUIT, VERSIONEM COTELERII PASSIM CORREXIT EAMQUE ABSOLVIT, SELECTAS VIRORUM DOCTORUM NOTAS SUASQUE SUBJUNXIT

ALBERTUS RUD. MAX. DRESSEL,

PHIL. DR.

GOTTINGAE,

SUMPTIBUS LIBRARIAE DIETERICHIANAE.

MDCCCLIII.

PIAE

AUGUSTI NEANDRI

MEMORIAE.

LECTURIS S.

Duo praestanti doctrina viri, J. B. Cotelerius et J. Clericus, in Homiliis, quae Clementis Romani nomine circumferuntur, edendis, complures in iisdem emendandis atque interpretandis tanta cum diligentia ac laude versati sunt, ut multorum judicio aliis, quod agerent, reliquisse viderentur aut paucum aut nihil. Verumenimvero, qui ita statuerunt, haud mediocriter errant. Nam quicumque illorum libros excussit accuratius, quantum iis ad perfectionem, quam in hoc genere expetimus, desit, facile animadvertat. Ex nova quoque, quae vehementer desiderabatur, Schwegleri editione id satis superque probari patet. Adhuc haec erant. Ac illi quidem, quid unius tantum Codicis supellectile et auctoritate ingenium arsque critica efficere posset, non absque successu ostenderunt. Itaque cum vel post tot tantasque virorum doctorum elucubrationes atque commentationes scriptoris nostri ratio etiam tunc ea esset, ut imprimis ejus textus restitutione in integrum egeret, si e fonte haurire vellemus limpidiori puriorique, factum est ut auxilium inveniretur et eo, quo Cotelerius usus est, validius, et cujusvis judicii critici acumine superius. Nam Graecos Vaticanae Bibliothecae Codices perlustranti mihi contigit, ut quindecim abhinc annis in Ms. inciderem non solum Parisino libro, cui, quae hactenus Homiliarum innotuerant, debemus, longe praestantius, verum etiam integrius, quippe quod et earum partem tam diu frustra requisitam praeberet. Ac fuit quidem, cum mihi quoque tempus, quae feliciter inveneram, digne elaborandi propitius concessum fore arbitrarer, si infinitus labor criticus scriptis Patrum Apostolicorum emendandis a me susceptus requiescendi initium concessisset. Quam spem grave infortunium fefellit. Nam medici cujusdam Monacensis incuria atque inscitia altero oculo captus, altero debilitatus,

quantum valetudinis viriumque supererat, ad ea contuli, quae majoris momenti mihi erant absolvenda atque perficienda. Quo facto ad Clementem Romanum reversus jam in limine cognovi, ob recentiorum librorum, qui in auxilium vocandi essent, Romae penuriam, justis hominum transalpinorum desideriis me non ita satisfacturum esse, ut in summa faciendi voluntate erat et alioqui fieri potuisset. Haec similiaque cum reputarem, timens, ne quid indignum hac aetate mihi excideret, eo fere ventum est, ut a Clemente Romano evulgando desisterem. Attamen amicis, ne inventa mihi oblivione denuo sepelirentur, iterum iterumque adhortantibus tandem censui esse cedendum. Jam enim persuasum mihi est, quae Homiliis critica adminicula tum e Codice reperto tum ex Editione principe attuli, si partem hactenus ineditam addas, coram iis, penes quos hujus rei judicium est, aequiparare ea posse quantis notulis explanatoriis adhuc indigere videantur. Ac mentione Editionis principis facta non satis mirari possum, quomodo Schwegleri diligentiam et sagacitatem summa necessitas effugerit, eam vel accuratissime revisendi, quo vulneribus in tribus J. Clerici Edd. an. 1698, 1700, 1724 textui ejus inflictis medela afferretur. Istic nimirum — sileo levioris momenti menda — multae voces omissae, plures contra Paris. libri auctoritatem sine ulla causa tacite mutatae, plurimae perperam corruptae. Quae quidem paucis exceptis non solum a novissimo editore repetita, sed nova errorum congerie aucta sunt. Is enim Clerici recensionem textum Editionis pr. genuinum putans centies Cotelerio hanc illamve lectionem seu bonam seu pravam affinxit, de qua ille ne somniare quidem ausus est. Taceo reliqua, quae ab aliis intelligi malo, quam a me dici. Ne multa: en tibi recensionem Homiliarum prioribus accuratiorem et, si integritatem spectas, omnibus numeris absolutam. Neque vero illa, quae novae huic editioni ornamento est, glorior integritate: alius quoque invenire potuisset, quae mihi invenire contigit, quamvis ad unum omnes ea adhuc praeterierint. Atqui ea humanae vitae conditio est, ut pluries negetur, quin eo aliquis quaesitum eat quo lubentissime velit, secundum Graecum illud:

Οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς Κόρινθόν ἐσθ᾽ ὁ πλοῦς.

Scripsi Romae Kal. Jul. 1852.

CLEMENTIS ROMANI HOMILIARUM CODICES MSS.

1. In *Defensione pro Canonibus Apostolorum et Epistolis Pontificum* Franciscus Turrianus e Ms. quodam graeca citat, quae in Clementis R. Homiliis reperiuntur. Alia Metaphrasten olent, alia ad Ottoboniani lectionem aut prope accedunt, aut nihil ab ea differunt. Nihilosecius prorsus aliud est ac nostrum et Parisinum. Id satis unus ille locus probat in Epistola Turriani ad Hosium Cardinalem allatus, quem hic habes in Hom. XVII, 15.

2. „Cotelerius exemplar suum accurate, immo religiose, ne litterula quidem mutata, descripsit ex eo codice Homiliarum, qui unus, quantum sciam, temporis injurias pertulit, Parisiensi Regio 1648 (nunc 1196, si recte auguror ex Catal. Cod. Mscr. Bibl. Reg. Par. 1740. Tom. II., in quem numeri Coteleriani non conveniunt). In subsidium adhibuit Clementinam Epitomen, quam et ipsam e Cod. Reg. 7 descriptam in opere suo, primus post Turnebum, publici juris fecit. Praeterea excussit Codd. Reg. 148 et 804, qui continent eandem Epitomen, sed paulo auctiorem ex Homiliarum fragmentis (cf. quae adnotavimus ad 11, 5 [10, 6] et 333, 18 [308, 6 ed. Dress.]). Iis subsidiis Cotelerius ita usus est, ut haud pauca codicis sui menda in margine editionis suae posset emendare.“ Ita Schweglerus in Praefatione. Ego quidem dubito, num Cotelerius in describendo Codice Paris. ubivis illa fide atque religione usus fuerit, qua in hoc genere opus est: id quod ex multis locis cum nostro ejusdem familiae Manuscripto accurate collatis luce clarius apparet. Codex Paris. quamquam in fronte exhibet: *Βίβλος ἔχουσα ὁμιλίας διαφόρους ἀπὸ φωνῆς τοῦ ἁγίου Πέτρου τοῦ ἀποστόλου, συγγραφεῖσα ὑπὸ τοῦ ἁγίου Κλήμεντος, ἡ λεγομένη Κλημέντια, τουτέστιν Κλήμεντος συγγράμματα. περιέχει δὲ ἡ αὐτὴ βίβλος τάδε· προλόγους τρεῖς, ὁμιλίας εἴκοσι*, mutilus tamen desinit in Hom. XIX, 14.

3. Codex Ms., qui ad novam Homiliarum editionem conficiendam criticum penum mihi aperuit vel uberrimum, earumque finem hucusque desideratum unicus largitur, ad eam pertinet Vaticanae Bibliothecae partem, quae Ottoboniana nominatur. Chartaceus est formae quartae, insigniturque numero 443. Exaratus esse videtur ineunte saec. XIV, nitida quidem graeca manu, sed ob inusitatas siglas, quibus utitur, passim ambigua et subobscura, nec ubique facili lectu. Quamlibet paginam, si tituli occurrunt nulli, versus viginti septem explent. In primo Codicis folio albo appositus legitur numerus 443; in sequenti:

Clemens Romanus de Peregrinationibus S. Petri fol. 2.
Ejusdem Clementis Peregrinationum Epitome fol. 161.
Gregorii Nysseni oratio in illud Pauli: Cum subjecta fuerint illi omnia, tunc et ipse filius etc. fol. 235.

P.
×
19.

In utraque pagina subsequentis folii numerum I in fronte ferentis extat fragmentum Clementinorum prooemii, quod incipit: *αὐτοὺς φρονιμώτερον ἐπιχειροῦσιν* desinitque in vbb. *ἄλλῳ οἰῳδήποτε.* Hoc fragmentum alia manu, eaque saec. XV exaratum et aliunde excisum puto. Jam invenitur alterum folium album numero carens. In folio, quod sequitur numero 2 distincto, cum praevia inscriptione incipit Epistola Petri ad Jacobum data, cui reliqua Clementina annectuntnr. Quae occurrunt inscriptiones itidemque literae initiales Homiliarum sicuti quorumdam commatum minio rubro pictae sunt. Singularum Homiliarum numerus graecis literis exprimitur, tertia excepta et decima, ubi est *ὁμιλία τρίτη* et *ὁμιλία δεκάτη*[1]. Ad oram Codicis quam plurimae glossae prima manu conscriptae apparent, nullius quidem momenti, si paucas excipias. Adnotavi, quae utiles esse potuerunt. Pluris faciendae sunt conjecturae manu recentiori margini distincto charactere appositae. Habes quoque ad oram notulas rubras: *καν* ∼ *α'* usque ad *καν* ∼ *ιγ'*, easque prima manu tam indistincte tamque inepte conscriptas, ut nullibi cum textu quadrent. Prima invenitur initio Epistolae Clementis ad Jacobum ex adverso, ultima in margine Hom. I, 6 sub finem. Nullae capitum sectiones. Orthographia haud raro soloeca: *κρίττονα, κυβερνύτης, γυμνιτεύοντες, θεώτητι, γνομόνως, πείσθεσθαι, ἐπίστηται, ὑποργεῖν* p. *ὑπουργεῖν*, *αἰρῶν* p. *ἐρῶν*, *καινὸν* p. *κενόν*, *ὑφέξιν* p. *ὑφέξειν*, *λοιποῦν* p. *λυποῦν*, *ηὐχαρίσθησα* p. *ηὐχαρίστησα*, *φενορωθεὶς* p. *φρενωθείς*, *ἅδει* p. *ᾅδῃ*. Multas, quae etiam in hoc Codice reperiuntur, lacunas uncis criticis inclusi conjectandoque explevi.

1. Cfr. prius specimen scripturae lapidi incisum in tabula huic libro annexa.

LITERAE EXPLICATAE.

O, Ott. = Codex Ottobonianus 443.
C, Ci = Cotelerius, Cotelerii (Ed. Lut. Paris. 1672.)
D = Davisius.
Cl = Clericus (Ed. Amstelaedami 1724.)
S, Si = Schweglerus, Schwegleri (Ed. Stuttgartiae 1847.)

CLEMENTIS ROMANI

QUAE FERUNTUR

H O M I L I A E.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΕΤΡΟΥ ΠΡΟΣ ΙΑΚΩΒΟΝ[1].

Πέτρος Ἰακώβῳ, τῷ κυρίῳ καὶ ἐπισκόπῳ τῆς ἁγίας ἐκκλησίας, ὑπὸ τοῦ τῶν ὅλων πατρός, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, εἰρήνη εἴη[2] *πάντοτε.*

I. *Εἰδώς σε, ἀδελφέ μου, εἰς τὸ κοινῇ πᾶσιν ἡμῖν συμφέρον σπεύδοντα προθύμως ἀξιῶ καὶ δέομαι, τῶν ἐμῶν κηρυγμάτων ἃς ἔπεμψά σοι βίβλους μηδενὶ τῶν ἀπὸ τῶν ἐθνῶν μεταδοῦναι μήτε ὁμοφύλῳ πρὸ πείρας, ἀλλ' ἐάν τις δοκιμασθεὶς ἄξιος εὑρεθῇ, τότε αὐτῷ κατὰ τὴν ἀγωγὴν παραδοῦναι, καθ' ἣν καὶ τοῖς ἑβδομήκοντα ὁ Μωϋσῆς παρέδωκε τοῖς τὴν καθέδραν αὐτοῦ παρειληφόσιν. διὰ τοῦτο καὶ ὁ καρπὸς τῆς ἀσφαλείας μέχρι τοῦ δεῦρο φαίνεται. τὸν γὰρ αὐτὸν οἱ πανταχῇ ὁμοεθνεῖς*[3] *τῆς μοναρχίας καὶ πολιτείας φυλάσσουσι κανόνα, κατὰ μηδένα τρόπον ἄλλως φρονεῖν ἢ τῶν εἰς*[4]

EPISTOLA PETRI AD JACOBUM.

Petrus Jacobo, Domino et sanctae Ecclesiae Episcopo, ab omnium rerum Patre, per Jesum Christum, pax sit perpetuo.

I. Cum sciam te, frater mi, ad id quod communiter omnibus nobis conducit, alacriter festinare, rogo et precor, ut mearum praedicationum quos ad te misi libros nulli ex Gentilibus tradas, neque etiam tribuli, ante experimentum: sed si quis probatus et dignus repertus fuerit, tunc ipsi tradas; secundum eum modum, juxta quem Moyses Septuaginta viris cathedrae suae successoribus tradidit. Idcirco enim cautionis fructus in hunc usque diem apparet. Eandem quippe de unitate Dei et de vitae institutione normam observant omnes ubicumque sint ejus nationis homines; nec ullo modo possunt aliter sentire,

1. In Homiliarum Codice Bibliothecae Ottobonianae aeque atque in Cod. Cotelerii prior prooemii pars inscribitur: *Περὶ τοῦ μὴ ἐκδιδόναι τὰ συντάγματα αὐτοῦ τινι τῶν ἀπὸ τῶν ἐθνικῶν διὰ τοὺς παρατηροῦντας*, nisi quod in Cod. C *παραποιοῦντας*.

2. *εἰρήνη εἴη* dedi ex conjectura, *ἐν εἰρήνῃ* C, *ἐν εἰρήνῃ* (sic) *εἴη* O. Cfr. Ep. Clem. ad Jacobum salut.

3. Lectionem *ὁμοεθνεῖς* erui accentu duce ex O. Extat et in var. lect. ap. Turrianum pro Epistolis Pontificum IV, 1. V, 23. De Turriani codice vide, quae Cotelerius notavit in judicio de Clementinorum opere. *ὁμόεθνοι* idem.

4. *ἢ τῶν εἰς* conjectura librarii in marg. O, *ὑπὸ τῶν* id. in textu cum C.

πολλὰ νευουσῶν γραφῶν ἐξοδευθῆναι δυνηθέντες. κατὰ γὰρ τὸν παραδοθέντα αὐτοῖς κανόνα τὰ τῶν γραφῶν ἀσύμφωνα [1] πειρῶνται μεταρρυθμίζειν, εἰ δή τις τυχὸν μὴ εἰδὼς τὰς παραδόσεις ναρκᾷ πρὸς [2] τὰς τῶν προφητῶν πολυσήμους φωνάς· οὗ ἕνεκεν οὐδενὶ διδάσκειν ἐπιτρέπουσιν, ἐὰν μὴ πρότερον μάθῃ [3], πῶς δεῖ ταῖς γραφαῖς χρῆσθαι· διὰ τοῦτο παρ' αὐτοῖς εἷς Θεὸς, εἷς νόμος, μία ἐλπίς.

II. Ἵνα γοῦν [4] τὸ ὅμοιον καὶ παρ' ἡμῖν γένηται τοῖς ἑβδομήκοντα, ἡμῶν ἀδελφοῖς τὰς βίβλους μου τῶν κηρυγμάτων δὸς μετὰ τοῦ ὁμοίου τῆς ἀγωγῆς μυστηρίου, ἵνα [5] καὶ τοὺς βουλομένους τὸ τῆς διδασκαλίας ἀναδέξασθαι μέρος ἐφοδιάζωσιν [6]· ἐπεὶ ἐὰν μὴ οὕτως γένηται, εἰς πολλὰς γνώμας ὁ τῆς ἀληθείας ἡμῶν διαιρεθήσεται λόγος. τοῦτο δὲ οὐχ ὡς προφήτης [7] ὢν ἐπίσταμαι· ἀλλ' ἤδη αὐτοῦ τοῦ κακοῦ τὴν ἀρχὴν ὁρῶν. τινὲς γὰρ τῶν ἀπὸ ἐθνῶν τὸ δι' ἐμοῦ νόμιμον ἀπεδοκίμασαν κήρυγμα, τοῦ ἐχθροῦ ἀνθρώπου ἄνομόν τινα καὶ φλυαρώδη προσηκάμενοι διδασκαλίαν. καὶ ταῦτα ἔτι μου περιόντος ἐπεχείρησάν τινες, ποικίλαις τισὶν ἑρμηνείαις τοὺς ἐμοὺς λόγους μετασχηματίζειν, εἰς τὴν τοῦ νόμου κατάλυσιν· ὡς καὶ ἐμοῦ

aut abripi extra viam scripturarum, quae multa innuunt. Nam secundum traditam ipsis regulam scripturarum dissona nituntur reformare, si quis forte ignarus traditionum ad Prophetarum varia significantes voces obtorpescit. Propter quod nemini docere permittunt, nisi prius quo pacto Scripturis sit utendum didicerit. Ideo apud illos est unus Deus, una lex, spes una.

II. Quo igitur simili modo apud nos fiat ac illis Septuaginta, nostris fratribus libros praedicationum mearum pari cum ratione mysterii trade, ut instruant eos qui suscipere munus doctrinae volunt. Quandoquidem si ita non fit, veritatis sermo noster multas in opiniones dividetur. Porro illud non quasi sim propheta scio, sed quod jam initium mali ipsius viderim. Siquidem nonnulli ex Gentibus legalem meam rejecerunt praedicationem, inimici hominis legi contrariam quamdam et nugacem doctrinam amplexi. Atque haec superstite me tentaverunt aliqui, variis interpretationibus verba mea transformare, ad eversionem legis; quasi ego etiam ita sentiam, non audeam tamen libere pro-

1. ἀσύμφωνα C ex conject., σύμφωνα id. in textu, ut O.

2. πρὸ O.

3. μάθοι C minus recte. Qui medio aevo Codd. descripserunt, ad unum omnes itacismum sequentes ideoque οι diphthongum eodem modo pronuntiantes ac vocalem η, Conjunctivo cum Optativo perperam mixto locos numero fere innumerabiles corruperunt.

4. γοῦν accessit ex O et Turr. Deinde C post ἡμῶν ἀδελφοῖς comma ponit, totumque locum ita vertit: „Quo igitur simili modo apud nos fiat nostris fratribus, ac illis Septuaginta.“ S verba illa traxit ad membrum sequens. In O post ἀδελφοῖς commate non distinguitur, neque ante ἡμῶν.

5. ἵνα O c. Turr. et var. lect. ap. C, in cuj. textu deest.

6. ἐφοδιάζειν, ἐφοδιάζωσι C O. Importunum illud ἐφοδιάζειν videtur in textum irrepsisse e margine, ubi notatum fuerat a non incurioso lectore, tamquam insigne verbum. Cfr. Hom. II, 38 C.

7. Ita O c. Turr. ὡς ὁ προφήτης C.

αὐτοῦ οὕτω μὲν φρονοῦντος, μὴ ἐκ παρρησίας δὲ κηρύσσοντος· ὅπερ ἀπείη. τὸ γὰρ τοιοῦτο ἀντιπράσσειν ἐστὶ τῷ τοῦ Θεοῦ νόμῳ τῷ διὰ Μωϋσέως[1] ῥηθέντι καὶ ὑπὸ τοῦ κυρίου ἡμῶν μαρτυρηθέντι περὶ τῆς ἀϊδίου αὐτοῦ διαμονῆς. ἐπεὶ οὕτως εἶπεν· ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται· ἰῶτα ἓν ἢ μία κεραία οὐ μὴ παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου. Τοῦτο δὲ εἴρηκεν, ἵνα τὰ πάντα γίνηται. οἱ δὲ οὐκ οἶδα πῶς τὸν ἐμὸν νοῦν ἐπαγγελλόμενοι, οὓς ἤκουσαν ἐξ ἐμοῦ λόγους ἐμοῦ τοῦ εἰπόντος αὐτοὺς φρονιμώτερον ἐπιχειροῦσιν ἑρμηνεύειν[2], λέγοντες τοῖς ὑπ' αὐτῶν κατηχουμένοις, τοῦτο εἶναι τὸ ἐμὸν φρόνημα, ὃ ἐγὼ οὐδὲ[3] ἐνεθυμήθην. εἰ δὲ ἐμοῦ ἔτι περιόντος τοιαῦτα τολμῶσι καταψεύδεσθαι, πόσῳ γε μᾶλλον μετ' ἐμὲ ποιεῖν οἱ[4] μετ' ἐμὲ τολμήσουσιν;

III. Ἵνα οὖν μὴ τοιοῦτόν τι γένηται, τούτου ἕνεκα ἠξίωσα καὶ ἐδεήθην, τῶν ἐμῶν κηρυγμάτων ἃς ἔπεμψά σοι βίβλους μηδενὶ μεταδοῦναι, μήτε ὁμοφύλῳ μήτε ἀλλοφύλῳ, πρὸ πείρας, ἀλλ' ἐάν τις δοκιμασθεὶς ἄξιος εὑρεθῇ, τότε αὐτῷ κατὰ τὴν Μωϋσέως[5] ἀγωγὴν παραδοῦναι, καθ' ἣν τοῖς ἑβδομήκοντα παρέδωκε τοῖς τὴν καθέδραν αὐτοῦ παρειληφόσιν· ἵνα οὕτως τὰς πίστεις φυλάξωσι καὶ πανταχῇ τὸν τῆς ἀληθείας κανόνα παραδῶσιν, ἑρμηνεύοντες τὰ πάντα πρὸς τὴν παράδοσιν ἡμῶν, καὶ μὴ αὐτοὶ ὑπὸ ἀμαθείας[6] κατασπώμενοι, ὑπὸ τῶν κατὰ τὴν ψυχὴν στοχασμῶν εἰς πλάνην ἑλκόμενοι, ἄλλους εἰς τὸν ὅμοιον τῆς ἀπωλείας ἐνέγκωσι βόθυνον. καὶ τὰ

fiteri: quod absit. Id enim repugnare est Dei legi, a Moyse prolatae, et a Domino nostro testimonium habenti de perpetua sua duratione: quoniam sic dixit: *Coelum et terra transibunt: Jota unum aut unus apex non praeteribit a Lege.* Marc. 13, 31. Mat. 5, 18. Illud autem dixit, ut omnia evenirent. At illi nescio quo modo sensum meum compertum habentes, quae ex me audierunt verba, melius me qui ea locutus sum, aggrediuntur interpretari; dicentes iis quos instituunt, id esse sententiam meam, quod ego ne quidem cogitavi. Si autem me adhuc vivo talia ementiri audent, quanto magis post me idem audebunt facere, qui post me erunt?

III. Ne igitur quid hujusmodi contingat, eapropter oravi et deprecatus sum, mearum praedicationum quae ad te misi volumina nemini ante periculum factum tradas, neque tribuli, neque alienigenae; verum si quis post probationem dignus repertus fuerit, tunc ipsi ex institutione Moysis concedas, juxta quam Septuaginta viris qui cathedram illius exceperunt, dedit: ut sic fidem servent et ubique veritatis canonem tradant, cuncta interpretati ad traditionem nostram, et ne ipsi ab imperitia pertracti, ab animi conjecturis in errorem inducti, alios in eamdem perditionis foveam adducant. Et quidem quae mihi

1. μωϋσέος O.
2. ἑρμηνεύειν addunt O et Turr., deest in praefationis Fragmento.
3. Pro οὐδὲ lacuna in Fragmento.
4. οἱ om. Fragm. Tum τολμήσουσιν O et Fragm. c. Turr., ποιήσουσιν C.
5. μωϋσέος O. et Fragm.
6. ἀμαθίας O et Fragm.

μὲν ἐμοὶ δόξαντα καλῶς ἐσήμανά σοι, τὸ δέ σοι δοκοῦν, κύριέ μου, πρεπόντως ἐπιτέλει. ἔρρωσο.

ΔΙΑΜΑΡΤΥΡΙΑ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ ΛΑΜΒΑΝΟΝΤΩΝ[1].

I. Ἀναγνοὺς οὖν ὁ Ἰάκωβος[2] τὴν ἐπιστολὴν μετεκαλέσατο τοὺς πρεσβυτέρους, καὶ αὐτοῖς ἀναγνοὺς ἔφη· ἀναγκαίως καὶ πρεπόντως περὶ τῆς ἀληθείας ἀσφαλίζεσθαι ὁ ἡμέτερος ὑπέμνησε Πέτρος, ὅπως τὰς τῶν αὐτοῦ κηρυγμάτων διαπεμφθείσας ἡμῖν βίβλους μηδενὶ μεταδώσωμεν ὡς ἔτυχεν, ἢ ἀγαθῷ τινὶ καὶ εὐλαβεῖ, τῷ καὶ διδάσκειν αἱρουμένῳ ἐμπεριτόμῳ τε ὄντι πιστῷ. καὶ[3] ταῦτα μὴ πάντα ὁμοῦ, ἵνα ἐὰν ἐν τοῖς πρώτοις ἀγνώμων φωραθῇ, τὰ δεύτερα μὴ πιστευθῇ. διὸ μὴ ἔλαττον ἔτεσιν ἓξ δοκιμαζέσθω· καὶ εἶθ' οὕτως, κατὰ τὴν Μωϋσέως ἀγωγήν, ἀγαγόντα αὐτὸν ἐπὶ ποταμὸν ἢ πηγήν, ὅπερ ἐστὶ ζῶν ὕδωρ, ἔνθα ἡ τῶν[4] δικαίων γίνεται ἀναγέννησις, μὴ ὁρκίσαι, ἐπεὶ μὴ ἔξεστιν, ἀλλὰ στῆναι αὐτῷ κελεῦσαι πρὸς τῷ ὕδατι καὶ ἐπιμαρτύρασθαι, ὡς καὶ αὐτοὶ ἀναγεννώμενοι κελευσθέντες ἐποιήσαμεν τοῦ μὴ ἁμαρτεῖν χάριν.

II. Λεγέτω δέ· μάρτυρας ἔχοιμι οὐρανόν, γῆν, ὕδωρ, ἐν οἷς τὰ πάντα περιέχεται, πρὸς[5] τούτοις δ' ἅπασι καὶ τὸν διὰ πάντων διήκοντα ἀέρα,

videbantur, pulchre tibi significavi: quod vero tibi placebit, Domine mi, decenter exsequere. Vale.

CONTESTATIO PRO IIS QUI LIBRUM ACCIPIUNT.

I. Itaque Jacobus, lecta epistola, convocavit Presbyteros, cumque illis legisset, ait: necessario et congruenter de veritate stabilienda noster admonuit Petrus, ut praedicationum suarum nobis missos libros nemini temere concedamus, tantum viro bono et religioso, quique docere voluerit, ac sit fidelis circumcisus; eosque non cunctos simul: quo, si in prioribus improbus inventus fuerit, posteriores in fidem suam non accipiat. Quare non minus annis sex comprobetur: sicque postea, secundum Moysis institutionem, qui libros traditurus est adducat eum ad flumen aut fontem, qui est aqua viva, ubi justorum fit regeneratio; et non quidem ad jusjurandum adigat, quoniam non licet, sed jubeat ipsum adstare juxta aquam, et contestari, sicut et cum renasceremur, jussi fecimus, nos non peccaturos.

II. Dicat autem: testes habeam coelum, terram, aquam, quibus omnia continentur, atque insuper his omnibus aërem quoque, qui universa pervadit

1. Nulla in O et Fragm. inscriptio, neque locus ei relictus.
2. ἰαακῶβος O.
3. καὶ οὐ O ultima voce subnotata.
4. τῶν inserui c. O et Fragm.
5. πρὸ O et Fragm. Tum δὲ ἅπασιν C.

οὗ ἄνευ οὐκ ἀναπνέω, ὡς ἀεὶ ὑπήκοος ἔσομαι τῷ τὰς βίβλους μοι [1] *τῶν κηρυγμάτων διδόντι, καὶ αὐτάς τὰς βίβλους, ἃς ἄν μοι δῷ, οὐ μὴ μεταδῶ τινὶ κατ᾽ οὐδένα τρόπον, οὐ γράψας, οὐ γεγραμμένον δούς, οὐ γράφοντι* [2] *ἀναδιδούς, οὐκ αὐτός, οὐ δι᾽ ἄλλου, οὐ δι᾽ ἄλλης τινὸς ἀγωγῆς ἢ δόλου ἢ μηχανῆς, ἢ ἀμελῶς* [3] *φυλάσσων ἢ τιθῶν ἢ νεύων ἢ ἄλλῳ οἱῳδήποτε τρόπῳ ἢ ἐπινοίᾳ ἑτέρῳ αὐτὰ μεταδιδούς. πλὴν ἐὰν* [4] *δοκιμάσω τινὰ ἄξιον, ὡς αὐτὸς ἐκρίθην, ἢ καὶ πλεῖον δοκιμάσας, πλὴν οὐκ ἔλαττον ἔτεσιν ἕξ· τῷ τε* [5] *εὐλαβεῖ καὶ ἀγαθῷ, διδάσκειν ἐπαναιρουμένῳ, ὡς παρέλαβον παραδώσω, καὶ ταῦτα ἐπὶ τῇ τοῦ ἐπισκόπου μου* [6] *γνώμῃ ποιησάμενος.*

III. *Ἄλλως δὲ οὐδ᾽ ἂν τέκνον ἢ ἀδελφὸς* [7] *ἢ φίλος ἢ ἄλλως πώς ποτε γένους μοι ἀνήκων, ἐάνπερ ἀνάξιος ᾖ, τοῦδε μὴ μεταδοῦναι χάριν, ὡς οὐ προσῆκεν* [8]. *οὔτε ἐπιβουλὴν φοβηθήσομαι, οὐ δώροις κολακευθήσομαι· ἀλλ᾽ εἰ καὶ δόξειέ μοί ποτε τὰ διδόμενά μοι τῶν κηρυγμάτων βιβλία μὴ ἀληθῆ εἶναι, οὐδ᾽ οὕτως μεταδώσω, ἀλλ᾽ ἀποδώσω. ἀποδημῶν δὲ σὺν ἐμοὶ αὐτὰ κομίσω, ἅπερ ἂν τύχω κεκτημένος. εἰ δὲ μὴ βουληθῶ μετ᾽ ἐμαυτοῦ* [9] *αὐτὰ περιφέρειν, ἐπὶ τῆς οἰκίας μου εἶναι αὐτὰ οὐκ ἐάσω, ἀλλὰ τῷ*

ac sine quo non respiro, quod semper obediens ero illi, qui hos mihi praedicationum libros largitur, quodque hos libros, quos mihi dederit, nemini ullo pacto tradam, non scribam, non scriptos dabo, non scripturo dedam; non ipse, non per alium, nec per aliam quamdam rationem, vel fraudem vel machinam; aut indiligenter custodiam, vel alteri sistens vel permittens, aut alio quocumque modo vel consilio ea scripta alteri concedens. Nisi si aliquem probavero dignum, quemadmodum ipse judicatus sum, vel adhuc magis exploravero, certe non minus annis sex: pio et bono, docendi munus capessenti, sicut ego accepi, tribuam, idque ex Episcopi mei sententia faciam.

III. Aliter neque si filius sit aut frater, aut amicus, aut alio quolibet modo ad genus meum pertinens, si indignus exstiterit; ejus gratia non tradam, uti non decet. Nec vero insidias formidabo; non muneribus deliniar. Sed et si aliquando donata mihi praedicationum volumina non esse vera mihi videbuntur, neque sic largiar, sed reddam. Cum autem peregre profectus fuero, ipsa portabo mecum, quaecumque possedero. Quod si noluerim ea mecum

1. Ita Ottob. Ms., ut maluit S, qui quidem edidit *μου* c. C. Tum *αὐτάς μου* S, *αὐτάς μοι* C.

2. S proponit *γράψοντι*. Lectionem vulg. confirmant O et Fragm. Dein *οὐδ᾽ ἄλλου, οὐδ᾽ ἄλλης* O.

3. *ἀμελοῖς* Fragm. Dein dedi *ἢ τιθῶν ἢ νεύων* c. O et Fragm., quo evitetur tautologia Clerici lectionis *ἤ τι προστιθεὶς* (*ἢ τιθῶν* C) *ἢ νοθεύων*, et enuntiationis finis habeat, ad quod quadret.

4. *ἂν* C.

5. *τότε* C.

6. *μου* subjunxi c. O.

7. Scribendum, ut videtur, *οὐδ᾽ ἂν τέκνον ᾖ ἢ ἀδελφός*. In sequentibus excidit verbum, a quo pendeat Infinitivus *μεταδοῦναι* S. Lectionem vulg. exhibet O.

8. S conj. *προσῆκον*.

9. Ita S, *μεθ᾽ ἑαυτοῦ* O c. C.

ἐπισκόπῳ μου τῷ τὴν αὐτὴν ἔχοντι πίστιν καὶ ἀπὸ τῶν αὐτῶν ὁρμωμένῳ παρακαταθήσομαι[1]. εἰ δὲ καὶ τύχοι με νοσῆσαι[2] καὶ τὸν θάνατον ὑποπτεῦσαι, ἐὰν ἄτεκνος ὦ, ὁμοίως ποιήσω. ἀλλ' εἰ καὶ τελευτῶ τέκνον ἔχων οὐκ ἄξιον ἢ μηδέπω δυνάμενον, ὁμοίως ποιήσω. τῷ γὰρ ἐπισκόπῳ μου παρακαταθήσομαι, ἵνα εἰ μὲν τύχοι ἐφ' ἡλικίας γενόμενος ἄξιος εἶναι τῆς πίστεως, ὡς πατρῴαν παρακαταθήκην τῷ τέκνῳ ἀποδώσῃ[3], κατὰ τὸν τῆς διαμαρτυρίας[4] λόγον.

IV. Ὅτι δὲ οὕτως ποιήσω, πάλιν τὸ δεύτερον διαμαρτύρομαι οὐρανόν, γῆν, ὕδωρ, ἐν οἷς τὰ πάντα περιέχεται, πρὸς[5] τούτοις ἅπασι καὶ τὸν διὰ πάντων διήκοντα ἀέρα, οὗ ἄνευ οὐκ ἀναπνέω, ὡς ἀεὶ ὑπήκοος ἔσομαι τῷ τὰς βίβλους μοι[6] τῶν κηρυγμάτων διδόντι, καὶ φυλάξω κατὰ πάντα ὡς[7] διεμαρτυράμην, ἢ καί τι πλεῖον. φυλάσσοντι οὖν μοι τὰς συνθήκας μέρος ἔσται μετὰ τῶν ὁσίων, ποιήσαντι δὲ παρ' ἃ συνεθέμην, ἐχθρὸν εἴη μοι τὸ πᾶν καὶ ὁ διὰ πάντων διήκων αἰθὴρ καὶ ὁ ὑπὲρ τὰ ὅλα Θεός, οὗ κρείττων, οὗ μείζων οὐδείς[8]. ἀλλ' εἰ καὶ εἰς ἑτέρου Θεοῦ ἐπίνοιαν[9] γένωμαι, κἀκεῖνον νῦν ὄμνυμι ὡς οὐκ ἄλλως ποιήσω, εἴτ' ἔστιν, εἴτ' οὐκ ἔστιν· πρὸς τούτοις δ'[10] ἅπασιν εἰ ψεύσομαι, κατάθεμα ἔσομαι

circumferre, in domo mea esse non permittam, sed Episcopo meo eamdem fidem profitenti et ab iisdem proficiscenti commendabo. Si vero contigerit me aegrotare ac mortem vereri, si absque liberis fuero, similiter agam. Sed et si moriar, filium habens indignum aut nondum capacem, pariter faciam. Scilicet committam meo Episcopo, ut si puer adultus fide dignus fuerit, ille tamquam paternum depositum filio reddat, juxta modum contestationis.

IV. Quod autem ita facturus sim, iterum secundo contestor coelum, terram, aquam, quae omnia complectuntur, insuperque his omnibus cuncta pervagantem aërem, sine quo non spiro, quod perpetuo obtemperabo ei, qui libros mihi praedicationum tribuit, et observabo secundum universa quemadmodum contestatus sum, aut adhuc magis. Itaque mihi pacta servanti pars erit cum sanctis: agenti vero contra ea quae pactus sum inimica mihi sit rerum universitas et cuncta peragrans aether quique est super omnia Deus, quo melior, quo major nullus. Si etiam in cognitionem veniam alterius Dei, hunc quoque nunc juro, me aliter non acturum, sive ille existat, sive ille non existat. Ad haec omnia, si fallam, ero exsecrandus, vivens et

1. παρακαθήσομαι O.
2. Ita O et ex conject. C, νομῆσαι id. in textu.
3. ἀποδώσει O.
4. μαρτυρίας O.
5. πρὸ O.
6. μου C.
7. ὅσα C. Subinde scripsi ἢ καὶ c. O, ut jam conj. S, εἰ καὶ C.
8. οὐδ' εἷς C.
9. ὑπόνοιαν C. Postea εἴτε O.
10. δὲ C. Tum ψεύσομαι O c. S, ψεύσωμαι C.

ζῶν καὶ θανὼν καὶ αἰωνίῳ κολασθήσομαι κολάσει. καὶ μετὰ τοῦτο ἄρτου καὶ ἅλατος[1] μετὰ τοῦ παραδιδόντος μεταλαβέτω.

V. Ταῦτα τοῦ Ἰακώβου εἰπόντος ὠχρίασαν ἀγωνισάμενοι[2] οἱ πρεσβύτεροι. συνιδὼν οὖν ὁ Ἰάκωβος, ὅτι λίαν πεφόβηνται, ἔφη· ἀκούσατέ μου, ἀδελφοὶ καὶ σύνδουλοι[3]. ἐὰν τὰς βίβλους πᾶσιν ὡς ἔτυχε παράσχωμεν, καὶ αὐταὶ[4] ὑπὸ τολμηρῶν ἀνδρῶν τινῶν νοθευθῶσιν ἢ ταῖς ἑρμηνείαις διαστραφῶσιν, ὡς ἤδη τινὰς ἠκούσατε πεποιηκότας, ἔσται λοιπὸν καὶ τοῖς ὄντως τὴν ἀλήθειαν ζητοῦσιν ἀεὶ πλανᾶσθαι. διὸ ἄμεινον παρ' ἡμῖν αὐτὰς εἶναι, καὶ μεταδιδόναι μετὰ πάσης τῆς προειρημένης ἀσφαλείας τοῖς θέλουσι ζῆν εὐσεβῶς[5] καὶ ἄλλους σώζειν. εἰ δέ τις μετὰ τὸ οὕτως διαμαρτύρασθαι ἄλλως ποιήσει, εὐλόγως αἰωνίᾳ ὑποπεσεῖται κολάσει. τίνι γὰρ λόγῳ ἄλλων ἀπωλείας αἴτιος γενόμενος αὐτὸς οὐκ ἀπολεῖται; τῶν οὖν πρεσβυτέρων ἐπὶ τῇ τοῦ Ἰακώβου γνώμῃ ἡσθέντων καὶ εἰπόντων· εὐλόγηται ὁ σὲ ὡς πάντα προειδὼς καλῶς ἡμῖν καταστήσας ἐπίσκοπον. καὶ ταῦτα εἰπόντων αὐτῶν ἐγερθέντες προςηυξάμεθα τῷ τῶν ὅλων πατρὶ[6] καὶ Θεῷ· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν[7].

mortuus, atque aeterno puniar supplicio. Et post hoc panem ac sal cum largitore sumat.

V. Haec Jacobo dicente Presbyteri timore impalluerunt. Conspicatus ergo Jacobus quod vehementer metuerent, ait: Audite me, fratres et conservi. Si libros unicuique temere praebuerimus, illique a viris quibusdam audacibus corrumpantur, aut interpretationibus pervertantur, sicut jam quosdam fecisse audiistis, restabit ut qui plane veritatem quaerunt, semper errent. Quocirca praestat, ut libri apud nos maneant, tradamusque eos cum omni supradicta cautione iis qui pie vivere aliosque salvos facere cupiunt. Ac si aliquis post hanc contestationem aliter agat, merito in aeternum supplicium incidet. Qua enim ratione qui aliorum perditionis caussa exstitit, ipse non peribit? Cum ergo Presbyteri sententia Jacobi delectati fuissent atque dixissent: Benedictus sit qui te, ut cunctorum praescius, pulchre nobis constituit Episcopum: haec, inquam, cum dixissent, surgentes precati sumus universorum Patrem ac Deum; cui gloria in saecula. Amen.

1. ὕδατος O.
2. ἀγωνιάσαντες C.
3. φίλοι O. Deinceps ἔτυχεν παρασχῶμεν C.
4. Ita S, αὐτοὶ C, αὗται O.
5. εὐσεβῶς adjeci c. O.
6. πατέρι C.
7. Post haec in O subscriptio: ὅρκος.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ ΠΡΟΣ ΙΑΚΩΒΟΝ[1].

Κλήμης Ἰακώβῳ τῷ κυρίῳ[2] καὶ ἐπισκόπων ἐπισκόπῳ, διέποντι δὲ τὴν Ἱερουσαλὴμ, ἁγίαν Ἑβραίων[3] ἐκκλησίαν, καὶ τὰς πανταχῇ Θεοῦ προνοίᾳ ἱδρυθείσας καλῶς, σύν τε πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις καὶ τοῖς λοιποῖς ἅπασιν ἀδελφοῖς, εἰρήνη εἴη[4] πάντοτε.

I. Γνώριμον ἔστω σοι, κύριέ μου, ὅτι Σίμων, ὁ διὰ[5] τὴν ἀληθῆ πίστιν καὶ τὴν ἀσφαλεστάτην αὐτοῦ τῆς διδασκαλίας ὑπόθεσιν τῆς ἐκκλησίας θεμέλιος[6] εἶναι ὁρισθεὶς καὶ δι' αὐτὸ τοῦτο ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Ἰησοῦ ἀψευδεῖ στόματι μετονομασθεὶς Πέτρος· ἡ ἀπαρχὴ τοῦ κυρίου ἡμῶν· ὁ τῶν ἀποστόλων πρῶτος, ᾧ πρώτῳ[7] ὁ πατὴρ τὸν υἱὸν ἀπεκάλυψεν· ὃν ὁ Χριστὸς εὐλόγως ἐμακάρισεν· ὁ κλητὸς καὶ ἐκλεκτὸς καὶ συνέστιος καὶ συνοδοίπορος· ὁ καλὸς[8] καὶ δόκιμος μαθητής· ὁ τῆς δύσεως τὸ σκοτεινότερον τοῦ κόσμου μέρος ὡς πάντων ἱκανώτερος φωτίσαι κελευσθεὶς καὶ κατορθῶσαι δυνηθεὶς — καὶ δὴ μέχρι ποῦ μηκύνω τὸν λόγον, μὴ βουλό-

EPISTOLA CLEMENTIS AD JACOBUM.

Clemens Jacobo Domino et Episcoporum Episcopo, regenti autem Hierosolymam, sanctam Hebraeorum Ecclesiam, omnesque quae ubique Dei providentia pulchre fundatae sunt, cumque Presbyteris ac Diaconis et caeteris omnibus fratribus, pax sit semper.

I. Notum tibi sit, Domine mi, quod Simon, qui propter veram fidem et firmissimam doctrinae suae basim Ecclesiae fundamentum esse definitus est, atque ob id ab ipso Jesu ore non fallaci transnominatus est Petrus; primitiae Domini nostri; Apostolorum primus, cui primo Pater Filium revelavit; quem Christus merito beatum praedicavit; vocatus et electus et convictor et comes; bonus ac probatus discipulus; qui Occidentis obscuriorem mundi plagam, ut omnium magis idoneus, illustrare praeceptus est, atque id recte perficere po-

1. ἀπὸ Ῥώμης O rubro charactere in marg. salutationi exadversum, et C.

2. „fratri domini“ versio latina Rufini.

3. Ἑβραίων om. var. lect. ap. C, et O.

4. εἰς var. lect. ap. C.

5. διὰ c. O. Deest in textu Cotelerii, qui quidem subjunxit: „Supple διὰ ex vita S. Clementis, prout habetur in Codice Regio 804. Ea vita ex illo codice saepe a nobis citabitur, continet autem tum Clementinam Epitomen, impressa auctiorem, additis non paucis ex opere Clementinorum, sed innoxiis, tum plurima ex Epistola hac, tum Martyrium Clementis, quod edendum curavimus.“ Et Ruf. legit ut O.

6. Ita O et ex conject. C, in cuj. textu θέμενος. Et Cod. Reg. 804 et Ruf. θεμέλιος. Cfr. Hom. XVII, 19.

7. πρῶτον O, „cui et primo“ Ruf.

8. ὡς καλὸς Ruf.

μενος σημῆναι τὸ λυποῦν[1], ὃ ἐξ ἀνάγκης κἂν βραδὺ πάντως εἰπεῖν με δεῖ; — οὗτος αὐτός, διὰ τὴν ἄμετρον πρὸς ἀνθρώπους στοργὴν σαφῶς, δημοσίᾳ, ἐπὶ τοῦ ἐνεστῶτος πονηροῦ[2], τὸν ἐσόμενον ἀγαθὸν ὅλῳ τῷ κόσμῳ μηνῦσαι βασιλέα, μέχρις ἐνταῦθα τῇ Ῥώμῃ[3] γενόμενος, θεοβουλήτῳ διδασκαλίᾳ σώζων ἀνθρώπους, αὐτὸς τοῦ νῦν βίου βιαίως τὸ ζῆν μετήλλαξεν.

II. Πρὸς αὐταῖς δὲ ταῖς ἡμέραις αἷς ἤμελλε τελευτᾶν, συνηθροισμένων τῶν ἀδελφῶν, αἰφνιδίως λαβόμενός μου τῆς χειρὸς ἐγερθεὶς ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας ἔφη· ἀκούσατέ μου ἀδελφοὶ καὶ σύνδουλοι· ἐπεί, ὡς ἐδιδάχθην ἀπὸ τοῦ με ἀποστείλαντος κυρίου τε καὶ διδασκάλου Ἰησοῦ Χριστοῦ, αἱ τοῦ θανάτου μου ἠγγίκασιν ἡμέραι, Κλήμεντα τοῦτον ἐπίσκοπον ὑμῖν χειροτονῶ, ᾧ τὴν ἐμὴν τῶν λόγων πιστεύω καθέδραν, τῷ ἀπ' ἀρχῆς μοι μέχρι τοῦ τέλους συνοδεύσαντι καὶ οὕτως πασῶν μου τῶν ὁμιλιῶν ἐπακούσαντι· συνελὼν ἐρῶ, ὃς ἐν πᾶσι πειρασμοῖς μου κοινωνήσας τῇ πίστει προςκαρτερῶν[4] εὑρέθη· ὃν πλεῖον[5] πάντων πεπείραμαι θεοσεβῆ, φιλάνθρωπον, ἁγνόν, πολυμαθῆ, σώφρονα, ἀγαθόν, δίκαιον, μακρόθυμον, καὶ γενναίως εἰδότα φέρειν τὰς ἐνίων τῶν κατηχουμένων ἀχαριστίας. διὸ αὐτῷ μεταδίδωμι τὴν ἐξουσίαν τοῦ δεσμεύειν καὶ λύειν, ἵνα περὶ παντὸς οὗ ἂν χειροτονήσῃ ἐπὶ τῆς[6] γῆς ἔσται δεδογματισμένον ἐν οὐρανοῖς. δήσει γὰρ ὃ δεῖ δεθῆναι, καὶ λύσει ὃ δεῖ λυθῆναι, ὡς τὸν τῆς ἐκκλησίας εἰδὼς

tuit. Sed quousque sermonem protraho, nolens significare quod triste est, quod necessario, licet tarde, omnino dicere me oportet? Hic ipse, ob immensam erga homines caritatem, clare, palam, repugnante licet malo, futurum bonum toti mundo ut indicaret Regem, hucusque Romam veniens, et Deo placita doctrina salvans homines, ipse praesentem vitam per vim cum morte commutavit.

II. In ipsis autem diebus, quibus brevi moriturus erat, congregatis fratribus, subito apprehensa manu mea consurgens, coram Ecclesia dixit: Audite me fratres et conservi: Quoniam, sicut edoctus sum ab eo, qui misit me, Domino et Magistro Jesu Christo, dies mortis meae appropinquat, Clementem hunc Episcopum vobis ordino; cui meam sermonum Cathedram credo; qui mihi ab initio usque ad finem comes exstitit, sicque omnes sermones meos audivit: breviter dicam, qui in omnibus tentationibus meis particeps, in fide perseverans inventus est: quem plus caeteris expertus sum religiosum, humanum, castum, eruditum, temperantem, bonum, justum, patientem, et scientem fortiter ferre nonnullorum Catechumenorum ingratum animum. Quocirca ipsi trado ligandi et solvendi potestatem, ut quodcumque in terris ordinaverit, sit decretum in coelis. Ligabit enim quod ligari oportet, et solvet quod oportet

1. λοιποῦν O.

2. πονηροῦ αἰῶνος Ruf. et Cod. Reg. 804. Tum ἐσομένου („futuri seculi") conj. C. Dein dedi μηνῦσαι c. O et Ruf., μηνύσας C.

3. Leg. τῆς Ῥώμης S.

4. προκαρτερῶν O.

5. πλείω C.

6. τῆς adjunxi c. O.

κανόνα. αὐτοῦ οὖν ἀκούσατε, ὡς γνόντες ὅτι ὁ τὸν [1] ἀληθείας προκαθεζόμενον λυπῶν εἰς Χριστὸν ἁμαρτάνει καὶ τὸν πατέρα τῶν ὅλων παροργίζει· οὗ εἵνεκεν οὐ ζήσεται. καὶ αὐτὸν οὖν δεῖ τὸν προκαθεζόμενον ἰατροῦ τόπον ἐπέχειν [2], οὐ θηρίου ἀλόγου θυμὸν ἔχειν.

III. Αὐτοῦ ταῦτα λέγοντος ἐγὼ προσπεσὼν ἐπιδεόμην [3] αὐτοῦ, παραιτούμενος τὴν τῆς καθέδρας τιμήν τε καὶ ἐξουσίαν. ὁ δ' ἀπεκρίνατο· περὶ τούτου με μὴ [4] ἀξίου· τοῦτο γὰρ γενέσθαι δέδοκταί μοι, καὶ ταύτῃ μᾶλλον εἰ παραιτῇ· ὅτι ἡ τοιαύτη καθέδρα οὐ φιλοκαθεδροῦντος τολμηροῦ χρείαν ἔχει, ἀλλ' εὐλαβοῦς τὸν τρόπον καὶ πολυμαθοῦς [5] τὸν λόγον. δὸς δὲ τὸν κρείττονα, ὃς ἐμοί σου πλεῖον συνώδευσε καὶ τῶν λόγων ἐπήκουσε καὶ τὴν διοίκησιν τῆς ἐκκλησίας ἐκμεμάθηκεν, καὶ οὐκ ἀναγκάσω σε καλῶς ποιεῖν οὐ θέλοντα· ἀλλ' οὐ δυνήσει [6] νῦν τόν σου κρείττονα παρασχεῖν· σὺ γὰρ δι' ἐμοῦ τῶν σωζομένων ἐθνῶν ἡ [7] κρείττων ἀπαρχή. πλὴν καὶ τὸ ἕτερον λόγισαι, ὅτι εἰ [8] τὸν κίνδυνον τῆς ἁμαρτίας φοβούμενος οὐκ ἀναδέχῃ τῆς ἐκκλησίας τὴν διοίκησιν, εὖ [9] ἴσθι εἰδὼς ὅτι πλεῖον ἁμαρτάνεις, ὅστις τοῖς θεοσεβέσιν ὥσπερ πλέουσι καὶ κινδυνεύουσι βοηθεῖν δυνάμενος οὐ θέλεις, διασκοπῶν μόνον τὸ ἴδιον καὶ οὐ τὸ κοινῇ πᾶσι συμ-

solvi, tamquam qui Ecclesiae regulam noverit. Ipsum ergo audite, ut scientes quod, qui contristaverit veritatis praesidem, peccat in Christum, et universorum Patrem irritat: quapropter non vivet. Caeterum ipsum praesidem oportet medici locum tenere, non autem ferae bestiae furorem habere.

III. Haec illo dicente ego procidens rogabam eum, Cathedrae honorem et potestatem deprecans. At ille respondit: Hac de re noli me orare: hoc enim fieri statutum est, eoque magis quod excusas; quia haec Cathedra non opus habet temerario sedendi in ea cupido, sed viro moribus sancto et in doctrina erudito. Porro da mihi praestantiorem, qui plus te mecum peregrinatus fuerit, et sermones meos audierit, ac Ecclesiae administrationem didicerit; et non cogam te, nolentem bene agere. Sed non poteris nunc meliorem quam tu es exhibere. Tu namque inter eos qui per me ex gentibus servati sunt, locum optimarum primitiarum obtines. Sed et aliud reputa: quod si peccati periculum metuens Ecclesiae gubernationem non suscipis, certus esto te amplius peccare, qui cum possis Dei cultoribus, velut navigantibus et periclitantibus, succurrere, id facere recusas, quod tuum est dumtaxat considerans, et non quod in commune omnibus expedit. Quod autem periculum

1. τῆς C, ὁ τὸν τῆς maluit S. Et Epit. c. 145 ut O.

2. ἀπέχειν Cl. contra Codd. auctoritatem. Deceptus est S de lectione Cotelerii.

3. ἐδεόμην O.

4. μή με C.

5. φιλομαθοῦς var. lect. Turriani et Cod. Reg. 804. Cfr. Hom. III, 65. Tum πλέον O.

6. δυνήσῃ O, qui dein κρίττονα.

7. Ita O et duo Codd. Regii, εἶ C ex Turr. pro Epist. Pontif. II, 14. Dein λογίσαι O.

8. εἰ deest in Cod. Hom. Paris.

9. σὺ C.

φέρον. ὅτι δὲ τὸν κίνδυνον πάντως ἀναδέξασθαί σε δεῖ, ἐμοῦ τοῦτο ἀξιοῦν μὴ παυομένου εἰς τὴν τῶν πάντων βοήθειαν, ὀρθῶς ἐπίστασαι[1]. ὅσῳ οὖν μοι ταχύτερον συνευδοκήσεις, τοσοῦτόν με τῆς ἀθυμίας κουφίσεις.

IV. Οἶδα δὲ καὶ αὐτὸς, ὦ Κλήμης[2], λύπας καὶ ἀθυμίας καὶ κινδύνους καὶ ψόγους τοὺς ἐξ ἀπαιδεύτων ὄχλων σοι δωρούμενος, οὓς δυνήσῃ γενναίως φέρειν, ἐνορῶν τῆς ὑπομονῆς τὸν ἐκ Θεοῦ σοι μέγαν ἀποδιδόμενον μισθόν. ἀλλὰ καὶ δικαίως συνενθυμήθητί μοι, πότε σου τῆς ξυμμαχίας χρείαν ἔχει ὁ Χριστός, νῦν ὅτε ὁ πονηρὸς κατὰ τῆς αὐτοῦ νύμφης πόλεμον ἤρατο, ἢ εἰς τὸν ἐπιόντα χρόνον, ὅτε νικήσας βασιλεύσει[3] μηδεμιᾶς τοῦ λοιποῦ χρείαν ἔχων βοηθείας; οὐχὶ καὶ τῷ βραχὺν ἔχοντι νοῦν[4] δῆλον, ὅτι νῦν; πάσῃ οὖν προαιρέσει ἐν τῷ τῆς παρούσης ἀνάγκης χρόνῳ τάχυνον ξυμμαχῆσαι βασιλεῖ ἀγαθῷ, μισθοὺς μεγάλους μετὰ νίκην ἀποδιδόναι πεφυκότι. χαίρων οὖν ἐπισκόπησον, εὐκαίρως ταύτῃ μᾶλλον, ὡς διοίκησιν ἐκκλησίας παρ' ἐμοῦ μεμαθηκώς, εἰς τὴν τῶν ἡμῖν προσφευγόντων ἀδελφῶν σωτηρίαν.

V. Πλὴν καὶ βραχέα σε[5] ἐπὶ πάντων διὰ πάντας τὰ τῆς διοικήσεως ὑπομνῆσαι θέλω. σὲ μὲν χρὴ ἀνεπιλήπτως βιοῦντα σπουδῇ μεγίστῃ πάσας τὰς τοῦ[6] βίου ἀσχολίας ἀποσείεσθαι, μήτε ἐγγυητὴν γινόμενον μήτε

omnino suscipere te oportet, me id rogare non cessante in cunctorum subsidium, optime novisti. Quanto ergo citius mihi assensus fueris, tanto me tristitia levabis.

IV. Novi autem etiam ipse, o Clemens, quod tibi conciliem molestias et moerores et pericula et probra ab inerudita plebe importanda; quae fortiter poteris ferre, respiciens ad patientiae magnam mercedem tibi a Deo reddendam. Sed et illud mecum juste considera: quando tuo auxilio opus est Christo, nunc cum Malus adversus sponsam illius bellum suscepit, an in sequenti tempore, quando victoria parta regnabit, nullo amplius subsidio indigens? Nonne etiam exigui ingenii viro claret, quod in praesenti tempore? Omnibus ergo animi viribus in hoc praesentis necessitatis tempore festina opem ferre bono Regi, magnas remunerationes post victoriam reddere solito. Laeto igitur animo Episcopatum suscipe, opportune eo magis quod Ecclesiae dispositionem a me didicisti, ad fratrum qui ad nos confugerunt salutem.

V. Verumtamen et breviter coram omnibus et propter omnes, quae ad eam dispositionem pertinent, in mentem tibi revocabo. Te quidem oportet irreprehensibiliter vivere, et maximo studio omnes vitae occupationes abjicere:

1. Ita S ex Ruf., ἐπίσταμαι C et O.
2. Κλήμη O constanter. 3. βασιλεύει O.
4. βραχὺ (βραχὺν conj. S) νοῦν ἔχοντι C.
5. σε addidi c. O. Pronomen deesse recte vidit S. βραχαίας Cod. Clementinorum Parisiens.; βραχέως conj. C.
6. τοῦ accessit ex O. Tum ἀποσείεσθαι O c. Cod. 804, ἀποσίεσθαι Cod. Clement. Paris. constanter. De hac scripturae discrepantia C consuli jubet Salmas. Not. ad Inscript. Herodis p. 64 seq. Cfr. Constit. Apost. II, 6. Can. Apost. 16.

συνήγορον μηδὲ ἑτέρῳ τινὶ βιωτικῷ παρεμπεπλεγμένον πράγματι. οὐ γὰρ κριτὴν καὶ δικαστὴν χρημάτων ἢ ἀσχολημάτων καθεστάναι σε θέλει τῶν νῦν βιωτικῶν πραγμάτων ὁ Χριστός, ἵνα συνεχόμενος εἰς τὰς νῦν τῶν ἀνθρώπων φροντίδας μὴ εὐσχολῇς χωρίζειν λόγῳ ἀληθείας ἀνθρώπων τοὺς κρείττονας ἀπὸ τῶν χειρόνων. ἀλλὰ ταῦτα μὲν οἱ μανθάνοντες ἀλλήλοις παρεχέτωσαν [1], καὶ ἀπὸ τῶν σώζειν δυναμένων λόγων μὴ ἀπασχολείτωσαν [2]. ὡς γάρ σοι ἀσεβές ἐστι τὰς βιωτικὰς φροντίδας ἀναδέξασθαι καταλείψαντα [3] ποιεῖν ὃ ἐκελεύσθης, οὕτως ἑκάστῳ λαϊκῷ ἁμαρτία ἐστίν, ἐὰν μὴ ἀλλήλοις καὶ ἐν ταῖς βιωτικαῖς χρείαις παρίστανται. καί σε δὲ περὶ ὧν χρὴ ἀμέριμνον εἶναι οἱ πάντες ποιεῖν ἐὰν μὴ νοῶσιν, παρὰ τῶν διακόνων μανθανέτωσαν· ἵνα μόνης τῆς ἐκκλησίας τὴν φροντίδα ἔχῃς, πρός τε τὸ διοικεῖν αὐτὴν καλῶς καὶ τὸ τοὺς τῆς ἀληθείας λόγους παρέχειν.

VI. Ἐπεὶ ἐὰν βιωτικαῖς μερίμναις ἀσχοληθῇς, καὶ σεαυτὸν καὶ τοὺς ἀκροατὰς ἐνεδρεύσεις· τὰ γὰρ συμφέροντα ἐφοδιάζειν διὰ τὴν ἀσχολίαν οὐ δυνηθεὶς [4] καὶ σὺ ὡς μὴ διδάξας τὸ συμφέρον κολασθήσῃ, οἱ δὲ μὴ μαθόντες ἀγνοίας αἰτίᾳ ἀπολοῦνται. διὸ σὺ μὲν αὐτοῖς [5] εὐσχολῶν [6] προκαθέσθητι, πρὸς τὸ εὐκαίρως παρέχειν τοὺς σώζειν αὐτοὺς δυναμένους

ut non sis fidejussor, neque advocatus, neque ullo alio implicitus saeculari negotio. Non enim judicem et cognitorem pecuniarum vel negotiorum rerumque ad hanc vitam pertinentium constituere te vult Christus, ut praesentibus hominum curis detentus tempus non habeas ad separandos juxta veritatis modum homines bonos a malis. Verum illa quidem ii sibi invicem exhibeant qui discunt, et te a sermonibus salvos facere valentibus non avocent. Quemadmodum enim tibi impium est, saeculares curas suscipere, relicto eo quod facere jussus es: ita singulis laicis peccatum est, si sibi invicem etiam in mundanis necessitatibus praesto non sint. Equidem si cuncti non cogitent facere, uti tu in rebus, in quibus id decet, secure et tranquille vivas, a Diaconis edoceantur; quo solius Ecclesiae sollicitudinem geras, tum ad scite eam administrandam, tum ad tradendos sermones veritatis.

VI. Nam si curis saecularibus occupatus fueris, et te ipsum et auditores decipies. Conducibilia enim praebere per occupationem non valens, et tu quasi qui utilia non docueris punieris, et qui non edocti erunt, ignorantiae causa peribunt. Quocirca tu quidem fac ut absque occupatione illis praesideas, quo tempestive sermones quibus salvari possint praebeas: sicque te audiant,

1. παρασχέτωσαν C. Subinde S: Scribendum haud dubie, nisi forte totum aliquod membrum excidit, σὲ δ' vel καὶ σέ. Rufini interpretatio haec est: „et te nemo occupet ab his studiis, per quae salus omnibus datur.“

2. ἀποσχολήτωσαν C, ἀσχολείτωσαν Cod. 804, ἀποσχολείτωσαν S.

3. καταλείψαντι Cod. 804.

4. δυνηθῇς O.

5. Ita O et Cod. Reg. 804, αὐτὸς C.

6. εὐσχολῶν conj. C, cuj. Codd. ut O εὐσχολεῖν.

λόγους. καὶ οὕτως ἐπακουέτωσάν[1] σου, εἰδότες ὅτι ὁ τῆς ἀληθείας πρεσβύτης ὃ ἂν δήσῃ ἐπὶ γῆς, δέδεται καὶ ἐν οὐρανῷ, ὃ δ' ἂν λύσῃ, λέλυται. σὺ δὲ δήσεις ἃ δεῖ δεθῆναι καὶ λύσεις ἃ δεῖ λυθῆναι. καὶ τὰ μὲν κατὰ σὲ τὸν προεστῶτα ταῦτά ἐστι καὶ τὰ τούτοις ὅμοια.

VII. Τὰ δὲ κατὰ τοὺς πρεσβυτέρους ἔστω τάδε. πρὸ πάντων τοὺς νέους πρὸς γάμον ζευγνύτωσαν ἐν τάχει[2], προλαμβάνοντες τῆς νεαζούσης ἐπιθυμίας τὰ παγιδεύματα. ἀλλὰ μηδὲ τῶν ἤδη γερόντων περὶ γάμου ἀμελήτωσαν· ἐνίοις γὰρ καὶ γηράσασιν ἀλκαία[3] ἔνεστιν ἐπιθυμία. ἵνα οὖν μὴ ἡ πορνεία νομὴν λαβοῦσα καθ' ὑμῶν[4] εἰς ὑμᾶς τὸν αὐτὸν ἐμβάλλῃ[5] λοιμόν, προασφαλίζεσθε καὶ ἐρευνᾶτε, μή πως τὸ τῆς μοιχείας λανθανόντως ἐν ὑμῖν ἀναφθῇ πῦρ. πολὺ γὰρ δεινὸν ἡ μοιχεία, τοσοῦτον ὅσον τὰ δευτερεῖα ἔχειν αὐτὴν τῆς κολάσεως· ἐπεὶ τὰ πρωτεῖα τοῖς ἐν πλάνῃ οὖσιν ἀποδίδοται, κἂν σωφρονῶσιν. διὸ ὑμεῖς ὡς ἐκκλησίας πρεσβύτεροι ἐξασκήσατε τὴν Χριστοῦ νύμφην εἰς σωφροσύνην· νύμφην δὲ λέγω τῆς ἐκκλησίας τὸ σύστημα. ἐὰν γὰρ σώφρων καταληφθῇ ὑπὸ νυμφίου βασιλέως, τιμῆς μεγίστης τεύξεται, καὶ ὑμεῖς μεγάλης εὐφρασίας, ὡς κλητοὶ γάμων, ἀπολαύσετε[6]. ἐὰν δὲ ἡμαρτηκυῖα φωραθῇ, αὐτὴ μὲν ἔκβλητος ἔσται[7], ὑμεῖς δὲ δίκην δώσετε[8], εἴ πως παρὰ τὴν ὑμετέραν ἀμέλειαν γέγονεν ἡ ἁμαρτία.

scientes, legatus veritatis quodcumque ligaverit super terram, ligatum esse et in coelo, et quodcumque solverit, solutum esse. Tu autem ligabis quae ligari oportet, et solves quae solvenda sunt. Atque ad te quidem, qui praees, quae pertinent, ista sunt, et his similia.

VII. Quae vero ad Presbyteros spectant, ista sint. Ante omnia juvenes nuptiis cito jungant, laqueos ferventis in juventa cupiditatis praeveniendo. Sed nec de conjugio jam senum curam abjiciant: nam in nonnullis, etiam cum senuerint, valida inest cupiditas. Ne igitur fornicatio, adversum vos grassandi occasione accepta, pestem in vos invehat, praecavete, et conquirite, ne forte in vobis occulte adulterii ignis fuerit accensus. Multum quippe grave peccatum est adulterium; in tantum ut secundum in poenis obtineat locum; quandoquidem primus debetur iis qui in errore degunt, quamvis temperanter vivant. Quare vos, velut Ecclesiae Presbyteri, Christi sponsam ad castitatem exercete. Sponsam autem dico Ecclesiae corpus et congregationem. Si enim pudica inventa fuerit a sponso Rege, maximum honorem consequetur; vosque grandi laetitia, velut invitati ad nuptias, fruemini. Si vero in peccato deprehensa fuerit, ipsa quidem ejicietur; vos autem poenas dabitis, si forte per vestram negligentiam peccatum commissum fuerit.

1. ἐπακουσάτωσάν C.
2. Cfr. Const. Apost. IV, 11. Epiph. Panar. p. 142. Hom. Clem. III, 68.
3. ἀκμαία O, in cuj. marg. man. rec. παραπλήσια ἐν τῷ η' τῶν διατάξεων κεφ. κς'.
4. καθ' ὑμῖν O.
5. ἐμβάλῃ O.
6. O c. Ruf. „perfruemini", ἀπολαύοντες C.
7. ἔκβλητός ἐστι O.
8. Ita O et Cod. Reg. 804, δώσητε C. Subinde εἰ πῶς O et Ruf., μή πως C.

VIII. Διὸ πρὸ πάντων περὶ σωφροσύνης φροντίζετε· λίαν γὰρ παρὰ τῷ Θεῷ χαλεπὴ ὥρισται ἡ πορνεία. πορνείας δὲ [1] εἴδη πολλά, ὡς καὶ αὐτὸς Κλήμης ὑμῖν διηγήσεται. πλὴν πρώτη μοιχεία ἐστὶ τὸ [2] ἄνδρα μὴ ἰδίᾳ μόνῃ χρήσασθαι γυναικὶ καὶ γυναῖκα μὴ ἰδίῳ μόνῳ χρήσασθαι ἀνδρί. ἐὰν σώφρων ᾖ τις, καὶ φιλάνθρωπος γενέσθαι δύναται, οὗ εἵνεκεν ἐλέους αἰωνίου τεύξεται. ὡς δὲ ἡ μοιχεία μέγα κακόν [3], οὕτως ἡ φιλανθρωπία μέγιστον ἀγαθόν. διὸ ἀγαπᾶτε πάντας ὑμῶν τοὺς ἀδελφοὺς σεμνοῖς καὶ ἐλεήμοσιν ὀφθαλμοῖς, τοῖς μὲν ὀρφανοῖς ποιοῦντες τὰ γονέων, ταῖς δὲ χήραις τὰ ἀνδρῶν, παρέχοντες μετὰ πάσης εὐφροσύνης [4] τὰς τροφάς· τοῖς ἀκμαίοις τοὺς γάμους, καὶ τοῖς αὐτῶν ἀτέχνοις [5] διὰ τῶν ἐπιτηδευμάτων ἐννοούμενοι τὰς προφάσεις τῆς ἀναγκαίας τροφῆς· τεχνίτῃ ἔργον, ἀδρανεῖ ἔλεος.

IX. Οἶδα δὲ ταῦτα ποιήσειν ὑμᾶς, ἐὰν ἀγάπην εἰς τὸν ὑμέτερον ἱδρύσητε νοῦν. πρὸς δὲ τὴν [6] αὐτῆς εἴσοδον μία τίς ἐστιν ἱκανὴ πρόφασις, ἡ [7] κοινὴ τῶν ἁλῶν μετάληψις. διὸ σπουδάζετε πυκνότερον συνέστιοι ἀλλήλων γίνεσθαι, ὡς δύνασθε, ὅπως αὐτὴν μὴ ἀπεμπολήσητε· αἰτία γάρ ἐστι τῆς εὐποιΐας, ἡ δὲ εὐποιΐα τῆς σωτηρίας. κοινοὺς οὖν πάντες πᾶσι

VIII. Quocirca ante omnia de pudicitia solliciti estote. Quippe apud Deum admodum grave quid censetur fornicatio. Caeterum species fornicationis multae sunt, ut et ipse Clemens vobis enarrabit. Attamen primum adulterium est, virum non sola sua uti uxore, et uxorem non solo suo uti viro. Si quis castus exstiterit, humanus etiam fieri potest; propter quod aeternam consequetur misericordiam. Quemadmodum autem adulterium magnum malum est, ita humanitas maximum bonum. Idcirco diligite omnes fratres vestros sanctis et misericordibus oculis, orphanis quidem parentum, viduis autem virorum curam exhibentes, praebentes alimoniam cum omni liberalitate; aetate vigentibus conjugium providentes; atque inter illos iis qui artem nesciunt, commenti per vitae instituta occasiones ad vivendi necessitatem; artifici operam, debili misericordiam.

IX. Scio autem vos haec facturos, modo caritatem vestra in mente statueritis: ad quam introducendam unus est modus accommodatus, mensae et salis in commune perceptio. Quare studete inter vos frequentius convivia agitare, quantum potestis, ne caritatem amittatis: causa enim est beneficentiae, beneficentia vero salutis. Cuncti ergo cunctis in Deo fratribus communem

1. δὲ om. O, in cuj. marg. man. rec. ἐν τῷ ς' τῶν διατάξεων κεφ. κη'.

2. τὸν C.

3. μέγα καὶ κακόν O, qui paulo post om. ἀγαθόν.

4. σωφροσύνης Ruf. Idem „juniores tamen viduas nuptiis copulate“, quasi legerit ταῖς ἀκμαίαις S.

5. τέκνοις O c. Cod. 804 et Turriani libro. Vulgatam lect. exhibet et Ruf. In marg. Ottoboniani: ἐν τῷ ν' κεφ. β'.

6. τῆς Cl, quem S male confundit c. Cot.

7. ἡ accessit ex O. Deinde ἁλῶν O et Cod. 804, ἄλλων C in textu.

τοῖς κατὰ Θεὸν ἀδελφοῖς τοὺς ἑαυτῶν παρέχετε βίους, εἰδότες ὅτι πρόσκαιρα δωρούμενοι αἰώνια λήψεσθε. πολλῷ μᾶλλον πεινῶντας τρέφετε, καὶ διψῶσι παρέχετε ποτόν [1], γυμνοῖς ἔνδυμα, τοὺς νοσοῦντας ἐπισκέπτεσθε, τοῖς ἐν φυλακαῖς ἐπιφαινόμενοι [2] ὡς δύνασθε βοηθεῖτε, τοὺς ξένους μετὰ πάσης προθυμίας εἰς τοὺς ἑαυτῶν οἴκους λαμβάνετε. πλὴν ἵνα μὴ τὸ κατ' εἶδος λέγω, πᾶν καλὸν ἡ φιλανθρωπία ὑμᾶς ποιεῖν διδάξει, ὥσπερ ἡ μισανθρωπία τοῖς μὴ βουλομένοις σώζεσθαι τὴν κακοπραξίαν ὑποδείκνυσιν.

X. Οἱ πράγματα ἔχοντες ἀδελφοὶ ἐπὶ τῶν ἐξουσιῶν κοσμικῶν [3] μὴ κρινέσθωσαν, ἀλλ' ὑπὸ τῶν τῆς ἐκκλησίας πρεσβυτέρων συμβιβαζέσθωσαν παντὶ τρόπῳ, ἑτοίμως αὐτοῖς πειθόμενοι. πλὴν καὶ τὴν πλεονεξίαν οὕτως φεύγετε, ὡς προφάσει προσκαίρου κέρδους ἀπὸ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν ζημιοῦν δυναμένην. ζυγά, μέτρα, σταθμία [4], τὰ τῶν ῥοπῶν δίκαια ἐπιμελῶς φυλάσσετε, πρὸς τὰς παρακαταθήκας εὐγνωμονεῖτε. πλὴν ταῦτα καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια μέχρι τέλους ποιεῖν ὑπομενεῖτε, ἐὰν ἀχώριστον μνήμην περὶ τῆς ἐκ Θεοῦ γινομένης κρίσεως ἐν ταῖς καρδίαις ἔχητε. τίς γὰρ ἂν ἁμαρτήσῃ, πεπληροφορημένος [5] ὅτι ἐκ Θεοῦ δικαίου, τοῦ νῦν

vestrum praebete victum, scientes quod temporalia dando aeterna consequimini. Multo magis nutrite esurientes, et sitientibus potum date, nudis indumentum; aegrotos visitate; iis qui in carcere sunt intervenientes pro viribus succurrite; peregrinos omni cum alacritate in domibus vestris suscipite. Verum ne singulatim dicam, omne bonum ut faciatis docebit vos caritas erga homines; quemadmodum apud eos, qui salvi esse nolunt, odium erga homines male agere suggerit.

X. Fratres, qui lites habent, apud potestates saeculi non judicentur, sed ab Ecclesiae Presbyteris concilientur quocumque modo, quibus prompte obediant. Ad haec avaritiam ita fugite, ut quae occasione temporalis lucri possit aeternis bonis privare. Stateras, mensuras, libras, pondera justa sedulo custodite; in depositis bene vos gerite ac fideliter. Atque haec et similia usque ad finem facere sustinebitis, si de futuro per Deum judicio memoriam perpetuam corde retineatis. Quis enim peccet, certo persuasus, quod a Deo justo, qui nunc solus patiens et bonus est, in consummatione saeculi judicium fore de-

1. *πότον* O. Cfr. Hom. III, 69.

2. Ita O. Legebamus primum *ἐπιφερόμενοι*, sed propius inspecto Ms. scriptum esse deprehendimus *ἐπιφενόμενοι* pro *ἐπιφαινόμενοι*, quod exhibet Cod. 804, utque legi debere patet ex epistolae nostrae cap. 12, et ex Hom. XI, 4. XII, 32.“ C.

3. *κοσμικῶν* adjunxi ex marg. O, ubi scriptum est: *ἴσως λείπει κοσμικῶν κατὰ τὸ ἐν τῷ κεφ. μς' τοῦ β' βιβλίου τῶν διατάξεων.* „apud cognitores saeculi“ Ruf. Cfr. Hom. III, 69.

4. *στάθμια* O. Totum locum Rufinus ita interpretatur: „pondera, mensuras, stateras, pro locis quibusque aequissima custodite“, unde apparet, pro *ῥοπῶν* legisse eum *τόπων*, quod idem est in Cod. Reg. 804 (et in O). Cotelerius non post *σταθμία*, sed post *ῥοπῶν* interpunxit: ego *τὰ τῶν ῥοπῶν δίκαια* in unum conjunxi. S.

5. *πεπληρωφορημένος* O.

μόνου[1] μακροθύμου καὶ ἀγαθοῦ, ἐπὶ τῇ τοῦ βίου συντελείᾳ ὡρίσθη γενέσθαι[2] κρίσις, ἵνα οἱ ἀγαθοὶ τοῦ λοιποῦ τῶν ἀπορρήτων ἀγαθῶν ἀϊδίως ἀπολαύσωσιν, οἱ δὲ ἁμαρτωλοὶ εὑρεθέντες ὡς κακοὶ ἀπορρήτου κολάσεως τεύξωνται[3] τὸν αἰῶνα. καὶ ταῦτα μὲν οὕτως ἔχειν, εἰ μὴ ὁ τῆς ἀληθείας προφήτης ἐνόρκως εἰρήκει[4] ἔσεσθαι, τάχα ἂν εὔλογον ἦν ἀμφιβάλλειν.

XI. Διὸ προφήτου ἀληθοῦς[5] ὄντες μαθηταί, ἀποθέμενοι τὴν διχόνοιαν ἐξ ἧς γίνεται ἡ κακοπραξία, προθύμως τὸ εὐποιεῖν ἀναδέξασθε. εἰ δὲ περὶ τῶν εἰρημένων ἔσεσθαι ἀμφιβάλλει τις ὑμῶν, μὴ αἰδεσθεὶς ὁμολογήτω, εἴπερ τῆς αὐτοῦ φροντίζει ψυχῆς, καὶ ὑπὸ τοῦ προεστῶτος πληροφορηθήσεται. εἰ δ' ὀρθῶς πεπίστευκε, θαρρῶν πολιτευέσθω, ὡς μέγα καταδίκης πῦρ φεύγων καὶ εἰς ἀΐδιον ἀγαθῶν[6] Θεοῦ βασιλείαν εἰσερχόμενος.

XII. Οἱ μὲν οὖν τῆς ἐκκλησίας διάκονοι τοῦ ἐπισκόπου συνετῶς[7] ῥεμβόμενοι ἔστωσαν οἱ[8] ὀφθαλμοί, ἑκάστου τῆς ἐκκλησίας πολυπραγμονοῦντες τὰς πράξεις, τίς μέλλει ἁμαρτάνειν, ἵνα νουθεσίᾳ καταληφθεὶς ὑπὸ τοῦ προκαθεζομένου τάχα οὐ μὴ τελέσῃ[9] τὸ ἁμάρτημα· τοὺς λειποτάκτας ἐπιστρεφέτωσαν, τοῦ μὴ ἐπιλείπειν τοὺς[10] συνερχομένους τῶν λόγων ἐπακούειν, ὅπως τὰς ἑκάστοτε τῇ καρδίᾳ προσπιπτούσας ἀθυμίας ἔκ τε βιωτι-

finitum est? ut boni deinceps ineffabilibus bonis perpetuo fruantur, qui vero peccatores inventi fuerint, tamquam mali inenarrabili supplicio afficiantur in sempiternum. Et ista quidem ita se habere, nisi veritatis Propheta futurum jurejurando affirmasset, forte par erat dubitare.

XI. Quocirca cum sitis veri Prophetae discipuli, deposita vacillatione animi, ex qua mala opera oriuntur, alacriter bene agere recipite. Quod si circa ea quae futura diximus aliquis vestrum ambigit, non erubescat confiteri, si quidem curam habet animae suae, et a praeposito satisfiet ipsi: sin vero recte credidit, confidens vivat, quasi qui magnum condemnationis ignem effugerit, et in aeternum bonorum Dei regnum sit ingressurus.

XII. Porro Ecclesiae Diaconi Episcopo sint, scite oberrando, oculi; singulorum Ecclesiae hominum opera perscrutantes, quis peccato proximus sit, quo a praeside admonitione praeventus peccatum forte non perficiat. Ecclesiae desertores corrigant, ut non desistant congregati audire sermones, quo animi molestias, quae passim cordi ex mundanis casibus et pravis colloquiis

1. μόνου haud dubie mutandum in μόνον. In hoc tantum aevo, ait auctor epistolae, Deus se exhibet μακρόθυμον καὶ ἀγαθόν, in altero aevo exercebit δικαιοσύνην. S.
2. γενέσθαι ὡρίσθη C.
3. τεύξονται O.
4. εἰρήνης O.
5. Ita O c. Ruf., ἀληθῶς C.
6. ἀΐδιαν ἀγαθὴν C.
7. „cum verecundia" Ruf., quasi legerit σὺν αἰδοῖ. Cfr. Const. Apost. II, 44. Hom. III, 67. S.
8. οἱ addidi c. O.
9. τελεύσῃ C.
10. Expungendum τοὺς, nisi alia corruptela in reliquis latet. S.

κῶν συμπτώσεων καὶ ὁμιλιῶν κακῶν λόγῳ [1] ἀληθείας καθαίρεσθαι δύνωνται· ἐπεὶ γὰρ ἂν χρόνῳ πολλῷ χερσεύσωσιν [2], πυρὸς ἔργον γίνονται. τοὺς δὲ καὶ κατὰ σάρκα νοσοῦντας μανθανέτωσαν καὶ τῷ ἀγνοοῦντι πλήθει προσαντιβαλλέτωσαν, ἵν' [3] ἐπιφαίνωνται, καὶ τὰ δέοντα ἐπὶ τῇ τοῦ προκαθεζομένου γνώμῃ παρεχέτωσαν. τοῦτο δὲ κἂν λάθρα αὐτοῦ ποιῶσιν, οὐχ ἁμαρτάνουσιν [4]. ταῦτα μὲν οὖν καὶ τὰ τούτοις ὅμοια οἱ διάκονοι προνοήτωσαν [5].

XIII. Οἱ κατηχοῦντες πρῶτον κατηχηθέντες κατηχήτωσαν [6]· ὅτι περὶ ψυχῶν [7] ἀνθρώπων τὸ ἔργον· πρὸς γὰρ τὰς πολλὰς τῶν μανθανόντων γνώμας συναρμόζεσθαι δεῖ τὸν τῶν λόγων ὑφηγητήν. πολυμαθῆ οὖν καὶ ἀνεπίληπτον, πολύπειρόν [8] τε καὶ δῆλον τὸν κατηχοῦντα εἶναι δεῖ, ὡς αὐτοὶ εἴσεσθε [9] Κλήμεντα μετ' ἐμὲ κατηχεῖν μέλλοντα. πολὺ γάρ ἐστιν ἐμὲ νῦν τὸ κατ' εἶδος λέγειν. πλὴν ἐὰν ὁμονοήσητε, δυνήσεσθε εἰς τὸν τῆς ἀναπαύσεως ἐνεχθῆναι λιμένα, ἔνθα μεγάλου βασιλέως ἐστὶν εἰρηνικὴ [10] πόλις.

XIV. Ἔοικε [11] γὰρ ὅλον τὸ πρᾶγμα τῆς ἐκκλησίας νηῒ μεγάλῃ, διὰ σφοδροῦ [12] χειμῶνος ἄνδρας φερούσῃ ἐκ πολλῶν τόπων ὄντας καὶ μίαν

incidunt, verbo veritatis possint purgare; si etenim multo tempore inculti manent, ignis materia fiunt. Quinetiam Diaconi corpore aegros perquirant et ignoranti plebi indicent, ut appareant atque visitent; et necessaria ex praesidis sententia praebeant. Hoc vero quamvis clam eo fecerint, non peccabunt. Ista equidem et illis similia Diaconis curae sint.

XIII. Qui alios in religione instituunt, ipsi prius instructi alios instruant: quia de hominum animis agitur. Oportet quippe ad multas discentium sententias et voluntates aptari eum, qui verbum Dei subministrat et docet. Sit ergo necesse est Catechista valde doctus, irreprehensibilis, multa expertus et perspicuus; sicut ipsi experiemini fore Clementem, post me Catechistae officio functurum. Longum enim est nunc me singula recensere. Verum si concordiam tenueritis, poteritis portum quietis attingere, ubi Regis summi exstat urbs pacifica.

XIV. Similis namque est totus Ecclesiae status navi magnae, quae per validam tempestatem fert viros diversorum locorum unam boni regni civitatem incolendi

1. Ita O et Ruf. „praedicatione veritatis", λόγια C.
2. ὠχερσεύσωσι O.
3. ἵνα C.
4. Ita O c. S, ἁμαρτάνωσιν C. Tum addidi οὖν c. O.
5. προνοείτωσαν O.
6. κατηχείτωσαν O.
7. ψυχῆς C.
8. πέπειρόν C. Subinde ἄδειλον (impavidus) Ruf., quod commendat S.
9. Lectionem εἴσεσθε „ut ipsi experiemini" largitus est O. Ita Cotelerii conjectura non opus est, qui Infinitivo ἔσεσθαι expresso post αὐτοὶ deesse δοκιμάσετε vel quid simile opinabatur. „sicut ipsi probabitis fore Clementem hunc post me" Ruf.
10. εἰρήνη O.
11. O in marg. man. rec. ἐν τῷ β' τῶν διατάξεων ἐν κεφ. ιζ'.
12. σφοδρῶς O.

τὴν[1] ἀγαθῆς βασιλείας πόλιν οἰκεῖν θέλοντας. ἔστω μὲν οὖν ὑμῖν ὁ ταύτης δεσπότης Θεός, καὶ παρεικάσθω ὁ μὲν κυβερνήτης[2] Χριστῷ, ὁ πρωρεὺς ἐπισκόπῳ, οἱ ναῦται πρεσβυτέροις, οἱ τοίχαρχοι διακόνοις, οἱ ναυστολόγοι τοῖς κατηχοῦσιν, τοῖς ἐπιβάταις τὸ τῶν ἀδελφῶν πλῆθος, τῷ βυθῷ ὁ κόσμος, αἱ ἀντίπνοιαι τοῖς πειρασμοῖς[3], οἱ δὲ διωγμοὶ καὶ οἱ κίνδυνοι καὶ αἱ[4] παντοδαπαὶ θλίψεις ταῖς τρικυμίαις, τὰ δὲ ἀπόγεια[5] τῶν χειμάρρων καὶ τὰ φυσήματα ταῖς τῶν πλάνων καὶ τῶν ψευδοπροφητῶν ὁμιλίαις, τὰ δὲ ἀκρωτήρια καὶ τὰ τραχέα τῶν τόπων τοῖς ἐν ὑπεροχαῖς δεινὰ ἀπειλοῦσι δικασταῖς, διθάλασσοι δὲ καὶ θηριώδεις τόποι τοῖς ἀλογίστοις καὶ ἐνδοιάζουσι περὶ τῶν τῆς[6] ἀληθείας ἐπαγγελμάτων. οἱ ὑποκριταὶ τοῖς πειραταῖς παρεικασμένοι νοείσθωσαν· πλὴν ἰσχυρὰν ἴλιγγα καὶ ταρταρείαν[7] χάρυβδιν καὶ φόνια προσρήγματα καὶ θανατώδεις διαλύσεις μόνας[8] τὰς ἁμαρτίας εἶναι νομίζετε. ἵνα οὖν οὐρίᾳ[9] πλέοντες εἰς τὸν λιμένα τῆς ἐλπιζομένης πόλεως ἀκινδυνότερον ἐνεχθῆτε, ἐπηκόως εὔχεσθε· εὐχαὶ δὲ ἐπήκοοι γίνονται ταῖς εὐπραγίαις.

XV. Εὐσταθείτωσαν[10] οὖν οἱ ἐπιβάται ἑδραῖοι ἐπὶ τῶν ἰδίων καθεζόμενοι τόπων, ἵνα μὴ τῇ ἀταξίᾳ σεισμὸν ἢ ἑτεροκλινίαν παρέχωσιν. οἱ ναυστολόγοι τοὺς μισθοὺς ὑπομιμνησκέτωσαν. οἱ διάκονοι μηδὲν ἀμελεί-

cupidos. Sit ergo vobis navis dominus Deus: et assimilentur gubernator quidem Christo, proreta Episcopo, nautae Presbyteris, praefecti laterum Diaconis, naustologi Catechistis, vectoribus universa fratrum multitudo, mari mundus, venti adversi tentationibus, persecutiones vero et pericula et omnigenae afflictiones decumanis fluctibus, ex continenti venientes torrentes et flatus sermonibus seductorum ac pseudoprophetarum, at promontoria et loca confragosa judicibus dignitate eminentibus et crudelia minantibus, loca autem bimaria et fera iis hominibus qui ratione carent ac de promissionibus veritatis dubitant; hypocritae piratis similes habeantur: sed et validum vorticem et tartaream Charybdin et cruenta fragmina et mortiferas subversiones sola esse peccata existimate. Quo igitur vento secundo navigantes in urbis speratae portum absque gravi periculo deferamini, orate precibus quae exaudiri dignae sint: preces autem tales fiunt bonis operibus.

XV. Itaque in quiete firmi maneant epibatae, in propriis locis sedentes; ne perturbato ordine concussum et ad alterum latus inclinationem excitent. Naustologi de mercede commoneant. Diaconi nihil eorum quae ipsis credita

1. τινὰ C. Postea ἔστω μὲν ἡμῖν O.
2. κυβερνύτης O.
3. περισπαγμοῖς O.
4. αἱ adjunxi ex O.
5. Ita O et ex conjectura C, ἀπόγια id. in textu. Tum ταῖς ὁμιλίαις O c. S, αἱ — ὁμιλίαι C. τῶν ante ψευδοπροφητῶν accessit ex O.
6. τῶν O.
7. Ita S, ταρταρέα C, ταρταραιαν O.
8. Conjectaverim νεώς. S. Tum post ἁμαρτίας O praebet αἰτίας.
9. οὔρια O.
10. Εὐσταθήτωσαν C. Postea οἰκείων pro ἰδίων O.

τωσαν[1] ὧν ἐπιστεύθησαν, οἱ πρεσβύτεροι ὥσπερ ναῦται καταρτιζέτωσαν ἐπιμελῶς τὰ χρήζοντα ἑκάστῳ. ὁ ἐπίσκοπος ὡς πρωρεὺς ἐγρηγορὼς τοῦ κυβερνήτου μόνου τοὺς λόγους ἀντιβαλλέτω. ὁ Χριστὸς[2] καὶ[3] σωτήρ, κυβερνήτης φιλείσθω, καὶ μόνος περὶ ὧν λέγει πιστευέσθω. οἱ δὲ πάντες τῷ Θεῷ περὶ τοῦ οὐρίᾳ[4] πλέειν προσευχέσθωσαν. οἱ πλέοντες πᾶσαν θλῖψιν προσδοκάτωσαν, ὡς μέγαν[5] καὶ ταραχώδη βυθὸν παραπλέοντες, τὸν κόσμον· ὁτὲ[6] μὲν ἀθυμοῦντες, διωκόμενοι, σκορπιζόμενοι, πεινῶντες, διψῶντες, γυμνητεύοντες[7], στενοχωρούμενοι· καὶ πάλιν ὁτὲ[8] μὲν ἑνούμενοι, συναυλιζόμενοι, ἡσυχάζοντες· ἀλλὰ καὶ ναυτιῶντες, ἰλιγγιῶντες, ἀπεμῶντες[9], τουτέστιν ἐξομολογούμενοι τὰ παραπτώματα ὥσπερ νοσοποιοὺς χολάς, τὰς ἐκ πικρίας ἁμαρτίας λέγω καὶ τὰ ἐξ ἐπιθυμιῶν ἀτάκτων σωρευθέντα κακά, ἅτινα τῷ ὁμολογῆσαι ὥσπερ ἀπεράσαντες[10] κουφίζεσθε τῆς νόσου, προσιέμενοι τὴν ἐκ τῆς ἐπιμελείας σωτήριον ὑγείαν.

XVI. Πλὴν γινώσκετε πάντες πάντων ὑμῶν πλεῖον κάμνοντα τὸν ἐπίσκοπον, ὅτι ἕκαστος ὑμῶν τὴν αὐτοῦ θλῖψιν πάσχει, αὐτὸς δὲ τὴν αὐτοῦ καὶ τὴν ἑκάστου. διό, ὦ Κλήμης, ἑκάστῳ κατὰ τὸ δυνατὸν προκαθέσθητι βοηθός, τὰς πάντων φορτισθεὶς φροντίδας. ὅθεν τό σε οἰκο-

sunt negligant. Presbyteri velut nautae diligenter praeparent unicuique necessaria. Episcopus tamquam proreta vigilanter solius gubernatoris doctrinam secum reputet. Christus ac Salvator ut gubernator diligatur, solusque in iis quae dicit credatur. Cuncti vero Deum de prospera navigatione orent. Navigantes omnem angustiam exspectent, ut qui magnum ac turbidum pelagus transfretent, mundum scilicet: interdum quidem afflicti, persecutionem patientes, dissipati, esurientes, sitientes, nudi, coangustati; rursus autem interdum adunati, congregati, quieti; sed et nauseantes, vertigine affecti, vomentes, hoc est confitentes delicta tamquam morbidam bilem, peccata dico ex amaritudine profecta, et mala ex inordinatis cupiditatibus accumulata, quae per confessionem veluti evomentes a morbo allevamini, recipientes salutarem ex sedulitate sanitatem.

XVI. Cuncti tamen scitote, plus vobis omnibus Episcopum laborare: quoniam unusquisque vestrum suam patitur molestiam, ille vero suam et singulorum. Quocirca, o Clemens, ita praeside, ut unicuique pro viribus sis adjutor, qui omnium sollicitudinibus onustus es. Unde quod hanc dispensationem susci-

1. ἀμελήτωσαν C.
2. τοῦ Χριστοῦ Ruf. interpunctione mutata.
3. ὁ C. Excidisse fortasse ὡς post σωτήρ suspicatur S.
4. οὔρια O.
5. μέγα C.
6. Ita O c. S, ὅτε C.
7. γυμνιτεύοντες O.
8. Ita S, ὅτε C, ὅ τε O. ὁτὲ μὲν vitiose in textum irrepsisse putat S. Tum συναλιζόμενοι C.
9. ἀπερῶντες O.
10. ἀπεμήσαντες C. Dein προθέμενοι pro προσιέμενοι var. lect. ap. C.

νομεῖν ἀναδέξασθαι, χάριν οἶδα εἰληφὼς οὐ δεδωκώς· ἀλλὰ θάρρει [1] καὶ γενναίως φέρε, ὡς εἰδὼς ὅτι ἀποδώσει σοι ὁ Θεὸς εἰς τὸν λιμένα τῆς ἀναπαύσεως καταντήσαντι τὸ μέγιστον τῶν ἀγαθῶν, ἀναφαίρετον μισθόν, καθ᾿ ὅτι [2] ὑπὲρ τῆς τῶν πάντων σωτηρίας τὸν μείζονα ἀνεδέξω κάματον. ὥστε ἐάν σε πολλοὶ τῶν ἀδελφῶν διὰ τὴν ἐπ᾿ ἄκρον [3] δικαιοσύνην μισήσωσιν, τὸ αὐτῶν μὲν μῖσος οὐδέν σε βλάψει, ἡ δὲ τοῦ δικαίου Θεοῦ φιλία πολύ σε ὀνήσει [4]. ὥστε πειρῶ τὸν ἐξ ἀδικίας γινόμενον ἔπαινον ἀποσείεσθαι, διὰ δὲ δικαίαν διοίκησιν τὸν ἐκ Χριστοῦ ἐπωφελῆ θηρεύειν ἔπαινον.

XVII. Ταῦτα εἰπὼν καὶ τὰ [5] τούτων πλείονα πάλιν τῷ πλήθει προσεμβλέψας εἶπεν· καὶ ὑμεῖς δέ, ἀγαπητοί μου ἀδελφοὶ καὶ σύνδουλοι, τῷ προκαθεζομένῳ ἀληθείας κατὰ πάντα ὑπείξατε, τοῦτ᾿ [6] εἰδότες, ὅτι ὁ τοῦτον λυπήσας Χριστόν, οὗ τὴν καθέδραν πεπίστευται, οὐκ ἐδέξατο, καὶ ὁ [7] Χριστὸν μὴ δεξάμενος ὡς ἀθετήσας τὸν πατέρα λογισθήσεται, διὸ τῆς ἀγαθῆς βασιλείας ἀποβληθήσεται. οὗ εἵνεκεν πειρᾶσθε, κατὰ πάσας συνόδους ἔρχεσθαι [8], ἵνα μὴ ὡς λειποτάκται ὑπὸ τῆς τοῦ ταξιάρχου ἀθυμίας ἁμαρτίας ἔγκλημα λάβητε. διὸ πρὸ πάντων οἱ πάντες τὰ ὑπὲρ αὐτοῦ φρονεῖτε, τοῦτ᾿ [9] εἰδότες ὅτι δι᾿ ἕκαστον ὑμῶν ὁ πονηρὸς αὐτῷ μόνῳ τὸ

pis, scio me gratiam accipere, non dare: sed confide et fortem te praesta, tamquam qui scias quod tibi Deus, in requietis portum appellenti, retribuet summum bonorum, mercedem stabilem, quandoquidem pro universorum salute majorem suscepisti laborem. Adeo ut si multi ex fratribus te ob supremam justitiam odio habuerint, eorum quidem odium nullatenus te laedet, justi autem Dei amicitia multum tibi conducet. Itaque nitere laudem injustitia partam depellere, per justam vero administrationem sectari utilem laudem ex Christo provenientem.

XVII. Haec et alia plura cum protulisset, rursus multitudinem intuens dixit: et vero vos, dilecti mei fratres et conservi, praesidi veritatis in omnibus obsecundate, illud scientes, quod qui hunc contristaverit, Christum, cujus cathedram tenet, non recepit; et qui Christum non receperit, quasi qui Patrem rejecerit reputabitur, ideoque a bono regno ejicietur. Qua de causa ad omnes conventus venire satagite, ne velut desertores, per imperatoris anxietatem, peccati probrum accipiatis. Idcirco ante omnia cuncti quae pro ipso faciunt sentite, id cognoscentes, quod propter unumquemque vestrum Diabolus ipsi

1. θάρσει O.
2. καθό τι O.
3. Ita O et ex conject. C, in cuj. textu ἔπακρον. Subinde μισήσουσιν idem. Et Ruf. „odio habuerint“, ut C.
4. ὠνήσει C.
5. τὴν O.
6. τοῦτο. Cfr. Hom. III, 66. C.
7. ὡς C.
8. καὶ (εἰς in marg.) πάσας συνόδους ἔρχεσθαι C, ἐν πάσαις συνόδοις συνέρχεσθαι var. lect. ap. eundem. Rufinus „propter quod satagite ad omnem collectam et congregationem semper convenire“. Tum S mavult: ἀπὸ τῆς τοῦ ταξιάρχου ἀσυλίας. Cfr. Hom. III, 69.
9. τοῦτο C.

πλεῖον ἐχθραίνων προσπολεμεῖ. ὑμεῖς οὖν πειρᾶσθε, τῇ πρὸς αὐτὸν στοργῇ καὶ τῇ πρὸς ἀλλήλους εὐνοίᾳ διατελεῖν καὶ αὐτῷ ἐπακούειν, ἵνα καὶ αὐτὸς κουφίζηται καὶ ὑμεῖς σωθῆναι δυνηθῆτε.

XVIII. Ἔνια δὲ καὶ ἀφ' ἑαυτῶν νοεῖν ὀφείλετε, διὰ τὸ αὐτὸν μὴ δύνασθαι ἐν φανερῷ λέγειν διὰ τὰς ἐπιβουλάς· οἷον ἐὰν ἐχθραίνῃ τινί, μὴ ἀναμένετε αὐτὸν εἰπεῖν, τῷ δὲ μὴ προσαμιλλᾶσθε, ἀλλὰ φρονίμως ἕπεσθε[1] αὐτοῦ τῷ βουλήματι, ἐχθροὶ γινόμενοι οἷς ἐχθραίνει, καὶ μὴ ὁμιλοῦντες οἷς μὴ ὁμιλεῖ· ἵνα ἕκαστος, ἐπιδικαζόμενος τοῦ πάντας φίλους ἔχειν, αὐτὸν διαλλάττων σώζηται, τῆς αὐτοῦ ἐπακούων ὁμιλίας. εἰ δέ τις φίλος μενεῖ[2] οἷς αὐτὸς ἐχθραίνει, καὶ λαλεῖ οἷς αὐτὸς οὐχ ὁμιλεῖ, εἷς ἐστὶ καὶ αὐτὸς τῶν ὀλοθρεύειν[3] θελόντων τὴν ἐκκλησίαν· τῷ γὰρ σώματι συνὼν ὑμῖν[4], τῇ γνώμῃ μὴ ὢν μεθ' ὑμῶν, καθ' ὑμῶν ἐστίν, πολλῷ χείρων τῶν ἔξωθεν φαινομένων ἐχθρῶν, μετὰ δοκούσης φιλίας σκορπίζων τοὺς ἔσω.

XIX. Καὶ ταῦτα εἰπὼν ἐν μέσῳ ἐπὶ πάντων μοι τὰς χεῖρας ἐπιθεὶς εἰς τὴν αὐτοῦ καθέδραν καθεσθῆναί με ἐδυσώπησεν. καθεσθέντι δὲ τοῦτό μοι εὐθέως ἔφη· ἀξιῶ σε ἐπὶ πάντων μου τῶν συμπαρόντων ἀδελφῶν, ὅπως ὁπόταν τοῦ ἐνταῦθα, ὡς ἐμοὶ ὀφείλεται, ἀπαλλάξω βίον, σὲ Ἰακώβῳ τῷ ἀδελφῷ τοῦ κυρίου διαπέμψαι[5] ἐν ἐπιτομῇ ἀναγραψάμενον μέχρι καὶ

soli magis inimicus bellum infert. Vos ergo contendite, in amore erga ipsum et in mutua benevolentia perseverare, eique obedire; ut et ipse sublevetur, et vos possitis salutem consequi.

XVIII. Quinetiam nonnulla ex vobis ipsis debetis intelligere, quae ipse manifesto dicere propter insidias non possit: verbi gratia, si alicui sit infensus, ne exspectetis ipse dicat: illi vero nolite in contentione assistere; sed prudenter hujus voluntatem sequimini, odio habentes quos odio prosequitur, nec loquentes cum iis cum quibus non loquitur; ut quilibet dum studet universorum amicitiam habere, reconciliatus ei salvus fiat, ejus obediens sermoni. Quod si quis amicus permaneat his quos ipse odit, et loquatur cum quibus ipse non disserit, unus etiam ipse eorum est qui Ecclesiam exterminare cupiunt: corpore enim vobiscum manens, sententia vobiscum non exsistens, contra vos est; multo pejor iis qui extra inimici apparent, quippe qui cum apparente amicitia eos qui intra sunt dispergat.

XIX. Atque his dictis in medio coram omnibus manus mihi imponens in sua cathedra sedere me erubescentem compulit. Cumque sedissem, hoc statim mihi dixit: Rogo te coram omnibus adstantibus fratribus meis, ut postquam ex hac, quemadmodum mihi necesse est, vita migravero, Jacobo fratri Domini mittas in epitome, describasque etiam usque ad cogitationes pueritiae tuae, et

1. ἕπεσθαι O.
2. μὲν ἢ C, male.
3. ὀλεθρεύειν O.
4. ἡμῖν O. Tum idem ἡμῶν, καθ' ἡμῶν, καθ' ἡμῶν pro ὑμῶν, καθ' ὑμῶν.
5. Planius Epit. c. 147: ἀξιῶ σε ἐπὶ πάντων μου τῶν συμπαρόντων ἀδελφῶν, ὁπηνίκα τοῦ ἐνταῦθα μεταστῶ βίου, ὡς ἡ

τῶν ἐκ παίδων σου[1] λογισμῶν, καὶ ὡς ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τοῦ νῦν συνώδευσάς μοι, ἐπακούων τῶν κατὰ πόλιν ὑπ' ἐμοῦ κηρυχθέντων λόγων [τε καὶ πράξεων· ἔπειτα πρὸς τῷ τέλει[2] καὶ τὴν τοῦ θανάτου μου πρόφασιν, ὡς προεῖπον[3], δηλῶσαι μὴ ὀκνήσεις. οὔτε γὰρ λίαν αὐτὸν λυπήσει τοῦτο, εἰδότα ὅτι ὃ πάντως ἔδει με παθεῖν εὐσεβῶς ἀπεδόμην, μεγίστης δὲ παραμυθίας τεύξεται, μαθὼν ὅτι μετ' ἐμὲ οὐκ ἀμαθὴς ἀνὴρ καὶ ζωοποιοὺς λόγους ἀγνοῶν καὶ ἐκκλησίας κανόνα οὐκ εἰδὼς τὴν τοῦ διδάσκοντος ἐπιστεύθη καθέδραν. πλάνου[4] γὰρ ὁμιλία τῶν ἀκουόντων ὄχλων ἀναιρεῖ[5] τὰς ψυχάς.

XX. Ὅθεν ἐγώ, κύριέ μου Ἰάκωβε, αὐτοῦ ταῦτα εἰπόντος ὑποσχόμενος οὐκ ὤκνησα[6], ὡς ἐκελεύσθην, τὸ πολὺ τῶν κατὰ πόλιν λόγων τῶν ἤδη σοι προγραφέντων καὶ ὑπ' αὐτοῦ διαπεμφθέντων ἐν βίβλοις ἐπὶ κεφαλαίων ποιῆσαι, ὥσπερ σημείου χάριν, καὶ οὕτως διαπέμψαι σοι, ἐπιγράψαντα[7], Κλήμεντος τῶν Πέτρου ἐπιδημιῶν κηρυγμάτων ἐπιτομή. πλὴν τοῦ ἐκτιθέναι ὡς ἐκελεύσθην ἄρξομαι.

quo modo ab initio usque nunc me comitatus es, sermonibus a me per civitates praedicatis et actibus meis intendens: deinde in fine mortis quoque meae occasionem, sicut dixi, declarare non pigebit. Neque enim ea res valde ipsum contristabit, gnarum, me pie id persolvisse, quod omnino perpeti necesse erat: maxima vero afficietur consolatione, cum didicerit quod post me non ineruditus vir nec vivificorum ignarus sermonum Ecclesiaeque regulam nesciens docentis acceperit cathedram. Imperiti enim ac seductoris sermo audientis vulgi animas interimit.

XX. Unde ego, Domine mi Jacobe, his ab eo dictis pollicitus non tardavi, sicut jussus sum, magnam partem sermonum per civitates habitorum, qui jam tibi descripti sunt ac per ipsum missi, in libris breviter comprehendere, quasi indicandi gratia, sicque ad te destinare, cum hac inscriptione: Clementis Epitome praedicationum Petri in peregrinationibus. Caeterum exponere ut jussus sum incipiam.

τοῦ θεοῦ κέκρικε πρόνοια, πάντα τῷ κυρίῳ Ἰακώβῳ τῷ ἀδελφῷ τοῦ κυρίου μου ἐν ἐπιτομῇ ἀναγραψάμενον διαπέμψαι κτλ.

1. ἐκ παιδός σου Cod. 804 et Epit. l. c. S.

2. Ita O c. Cod. 804 et Epit. l. l., τὰ τέλει C.

3. ὡς προεῖπον om. O.

4. Ita de conject. C, cujus textus et O. exh. πλάνος.

5. ἀναίρει C.

6. ὀκνήσω O.

7. ἐπιγράψας Cod. 804 et Epit. c. 147, quod praestat.

ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ ΤΩΝ ΠΕΤΡΟΥ ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ ΚΗΡΥΓΜΑΤΩΝ ΕΠΙΤΟΜΗ.

ΟΜΙΛΙΑ Α'.

I. *Ἐγὼ Κλήμης, Ῥωμαίων πολίτης ὤν, καὶ τὴν πρώτην ἡλικίαν σωφρόνως ζῆσαι δεδύνημαι*[1], *τῆς ἐννοίας μου ἐκ παιδὸς ἀποσχολούσης τὴν ἐν ἐμοὶ ἐπιθυμίαν εἴς τε ἀθυμίας καὶ πόνους. συνῆν γάρ μοι λογισμὸς οὐκ οἶδα πόθεν τὴν ἀρχὴν λαβών, περὶ θανάτου πυκνὰς ποιούμενος ὑπομνήσεις, ὅτι ἄρα θανὼν οὐκ εἰμὶ καὶ οὐδὲ μνήμην τις ποιήσει μού ποτε, τοῦ ἀπείρου χρόνου πάντων*[2] *τὰ πάντα εἰς λήθην φέροντος, ἔσομαι δὲ οὐκ ὤν, οὐκ ὄντας*[3] *εἰδώς, οὐ γινώσκων, οὐ γινωσκόμενος, οὐ γεγονώς, οὐ γινόμενος· καὶ ἀρά ποτε γέγονεν ὁ κόσμος, καὶ πρὸ τοῦ γενέσθαι τί ἐτὸς*[4] *ἦν; εἰ γὰρ ἦν ἀεί, καὶ ἔσται· εἰ δὲ γέγονε, καὶ λυθήσεται· καὶ μετὰ λύσιν τί ἄρα ἔσται πάλιν, εἰ μὴ τάχα σιγὴ καὶ λήθη; καὶ*[5] *τάχα ἔσται τι, ὃ νῦν νοῆσαι οὐ δυνατόν.*

II. *Ταῦτά τε καὶ τὰ τούτοις ὅμοια οὐκ οἶδα πόθεν ἀπαύστως ἐνθυμούμενος ὀδυνηρὰν εἶχον λύπην τοσοῦτον, ὡς ὠχριακότα με τήκεσθαι· καὶ*

CLEMENTIS DE PRAEDICATIONIBUS PETRI INTER PEREGRINANDUM EPITOME.

HOMILIA PRIMA.

I. Ego Clemens, civis Romanus, primam aetatem pudice ac temperanter vivere valui, cum a pueritia mens mea atque cogitatio inhaerentem mihi cupiditatem avocaret ad moerores et molestias. Inerat enim consideratio, nescio unde oborta, quae crebro mortis commonebat: quod utique post mortem non sim, neque usquam mei mentionem quisquam facturus sit, scilicet immenso tempore cunctorum cuncta in oblivionem adducente, sim autem non exsistens, eos qui sunt non cognoscens; nec cognoscens, nec cognitus; quique aliquando non fuerim, et tunc non sim? Et an factus sit mundus; et antequam fieret, quidnam fuerit? Nam si semper exstitit, semper erit: si autem factus est, etiam dissolvetur: et post dissolutionem quid erit iterum, nisi forte silentium et oblivio? Et forsan erit aliquid, quod nunc cogitare est impossibile.

II. Haec atque his similia, nescio unde, indesinenter cogitans, acerbam adeo cepi tristitiam, ut pallerem ac tabescerem: et quod molestissimum, si quando

1. Scripserim c. O *δεδυνημένος*, sed obstat *καὶ* copula praecedens. Nominativus absolutus primae periodi epigraphes modo toti narrationi eleganter praefigeretur.
2. *πάντως* conj. S.
3. Fortasse *οὐ τὰ ὄντα* pro *οὐκ ὄντας*. S. Tum *οὐ γὰρ γεγονώς* O pr. man.
4. *ἄρα* C.
5. *καὶ ἢ* O.

τὸ δεινότατον, εἴ ποτε ἀπώσασθαι τὴν φροντίδα ὡς ἀνωφελῆ ἐβουλευσάμην, ἀκμαιότερόν μοι μᾶλλον τὸ πάθος ἐγίνετο. καὶ ἠχθόμην ἐπὶ τούτῳ, οὐκ εἰδὼς σύνοικον καλὴν ἔχων ἔννοιαν, ἀθανασίας ἀγαθὴν [1] αἰτίαν μοι γενησομένην [2], ὡς ὕστερον τῇ πείρᾳ ἐπέγνων καὶ Θεῷ τῷ πάντων δεσπότῃ ηὐχαρίστησα. ὑπὸ γὰρ τῆς κατ' ἀρχὰς θλιβούσης με ἐννοίας εἰς τὴν τῶν πραγμάτων ζήτησιν καὶ εὕρεσιν ἠναγκάσθην ἐλθεῖν· καὶ τότε ἐταλάνιζον οὓς τὴν ἀρχὴν δι' ἄγνοιαν μακαρίζειν ἐκινδύνευον.

III. Ἐκ παιδὸς οὖν ἡλικίας ὢν ἐν τοιούτοις λογισμοῖς, χάριν τοῦ μαθεῖν τι βέβαιον, εἰς τὰς τῶν φιλοσόφων ἐφοίτων διατριβάς· καὶ οὐθὲν ἕτερον ἑώρων, ἢ δογμάτων ἀνασκευὰς καὶ κατασκευὰς καὶ ἔρεις καὶ φιλονεικίας καὶ συλλογισμῶν τέχνας καὶ λημμάτων ἐπινοίας. καὶ ὁτὲ [3] μὲν ἐπεκράτει, φέρε λέγειν, ὅτι ἀθάνατος ἡ ψυχή, ὁτὲ δὲ ὅτι θνητή. εἴ ποτε οὖν ἐπεκράτει λόγος ὅτι ἀθάνατος, ἔχαιρον· ὁπότε δὲ ὅτι θνητή, ἐλυπούμην· πλεῖον δὲ [4] ἠθύμουν, ὅτι οὐδ' ὁπότερον εἰς τὸν ἐμὸν βεβαιῶσαι νοῦν ἠδυνάμην. πλὴν [5] συνενόουν ὅτι αἱ δόξαι τῶν ὑποθέσεων παρὰ τοὺς ἐκδικοῦντας ψευδεῖς ἢ ἀληθεῖς ὑπολαμβάνονται, καὶ οὐχ ὡς ἔχουσιν ἀληθείας φαίνονται. ἐπιστήσας οὖν ἤδη ποτὲ ὅτι οὐ παρὰ τὰς ἐκδικουμένας

eam sollicitudinem tamquam inutilem repellere cogitarem, vehementior multo me urgebat affectus: eamque rem aegre ferebam, nesciens quod contubernalem praeclaram haberem eam cogitationem, quae mihi bona immortalitatis foret causa, quemadmodum postea experientia agnovi, et Deo cunctorum Domino gratias egi. Cum enim me ab initio illa consideratio premeret, ad rerum inquisitionem et inventionem venire coactus sum: tuncque miseros judicavi, quos principio per ignorantiam beatos praedicare ausus fueram.

III. Igitur cum a puerili aetate in hujusmodi degerem cogitationibus, quo aliquid certi addiscerem, ad philosophorum adventabam scholas; nihilque aliud cernebam, quam dogmatum destructiones et adstructiones, item lites et contentiones, et syllogismorum artificia, necnon sumptionum excogitationes: et interdum quidem praevalebat, verbi gratia, animam esse immortalem, interdum autem mortalem esse. Si quando igitur sermo de illius immortalitate obtinebat, laetabar; cum vero sermo de mortalitate, tristis eram: magis autem rursus animum despondebam, quod neutrum possem menti meae infigere: verum reputabam mecum, sententias controversiarum pro viribus propugnatorum veras aut falsas existimari, non autem tales videri, quales revera sunt. Jam igitur

1. ἀγαθῆς C.

2. γενομένην C. τῷ ante πάντων excidit e recensione Clerico — Schwegleriana.

3. ὁτὲ μὲν — ὁτὲ δὲ S O, ὅτε μὲν — ὅτε δὲ C.

4. Ita locum sanavi ex O. Prope accedit Epitome, quam admonente Cotelerio S in auxilium vocavit. Vbb. ὅτι θνητή, ἐλυπούμην· πλεῖον δὲ ἠθύμουν desunt in textu Ci.

5. Rufinus clarius: „sed hoc tantum intelligebam, quod sententiae ac definitiones rerum non pro natura sui ac veritate causarum, sed pro ingeniis defendentium falsae imaginarentur aut verae.“

ὑποθέσεις ἡ κατάληψις γίνεται, ἀλλὰ παρὰ τοὺς ἐκδικοῦντας αἱ δόξαι ἀποφέρονται [1], ἔτι μᾶλλον ἰλιγγίων ἐν τοῖς πράγμασιν. διὸ ἐκ τοῦ τῆς ψυχῆς βάθους ἐστέναζον· οὔτε γάρ τι βεβαιῶσαι οἷός τ' [2] ἤμην, οὔτε τὴν τῶν τοιούτων φροντίδα ἀποσείσασθαι ἐδυνάμην, καί περ βουλόμενος, ὡς [3] φθάσας εἶπον· ὅτι ἐμαυτῷ πυκνότερον ἡσυχάζειν ἐπιτάσσοντος, οὐκ οἶδ' ὅπως [4] λανθανόντως μεθ' ἡδονῆς ὁ τῶν τοιούτων με εἰσήρχετο λογισμός.

IV. Καὶ πάλιν ἀπορούμενος ἔλεγον ἐμαυτῷ· τί ματαιοπονῶ σαφοῦς ὄντος τοῦ πράγματος; ὅτι εἰ μὲν θανὼν οὐκ εἰμί, νῦν ὄντα με λυπεῖσθαι οὐ προσῆκεν [5]. διὸ τηρήσω τὸ λυπεῖσθαι εἰς τὴν τότε, ὅτε οὐκ ὢν οὐ λυπηθήσομαι. εἰ δ' ἄρα εἰμί, τί νῦν ἐκ περισσοῦ μοι πρόςεστι τὸ λυπεῖσθαι; καὶ εὐθέως μετὰ τοῦτο ἕτερός με εἰσῄει λογισμός. ἔλεγον γάρ· μή τί [6] γε τοῦ νῦν με λυποῦντος ἐκεῖ χεῖρον παθεῖν ἔχω, μὴ βεβιωκὼς εὐσεβῶς, καὶ παραδοθήσομαι κατ' ἐνίων φιλοσόφων λόγους Πυριφλεγέθοντι καὶ Ταρτάρῳ ὡς Σίσυφος ἢ Τιτυὸς [7] ἢ Ἰξίων ἢ Τάνταλος, καὶ ἔσομαι ἐν ᾅδου τὸν αἰῶνα κολαζόμενος; πάλιν [8] τε ἀνθυπέφερον, λέγων, ἀλλ' οὐκ ἔστι ταῦτα. καὶ πάλιν ἔλεγον, εἰ δὲ ἔστιν; ἀδήλου [9] οὖν ὄντος τοῦ πράγματος, ἔλεγον, ἀκινδυνότερόν ἐστι μᾶλλον εὐσεβῶς βιῶσαί με. καὶ πῶς

animadvertens, comprehensionem non oriri ex rebus ad agitandum propositis, sed pro ingenio disputantium statui dogmata, adhuc magis hisce de rebus perplexus haerebam: quare ex animae profundo gemebam; neque enim poteram firmi aliquid decernere, neque de istis sollicitudinem valebam depellere, etsi, quemadmodum dixi antea, id vellem; quoniam cum mihi frequenter quietem imperarem, nescio quo modo latenter horum cum voluptate subibat me cogitatio.

IV. Et iterum haesitans dicebam apud me: Quid inaniter laboro, cum manifesta sit res? Quod si quidem post mortem non ero, nunc, quando sum, contristari me non oportet. Quocirca tristitiam ad illum diem reservabo, in quo, cum futurus non sim, non contristabor. Si autem ero, cur nunc mihi superfluo inest tristitia? Statimque postea alia me subiit cogitatio. Dicebam quippe: an non illic pejus quidpiam eo quod me nunc cruciat, passurus sum, si pie non vixero, ac secundum quorundam philosophorum sermones Pyriphlegethonti tradendus sum et Tartaro, quemadmodum Sisyphus vel Tityus vel Ixion vel Tantalus, atque in inferno aeternum puniar? Iterumque replicabam dicens: Sed ista non sunt. Rursusque aiebam: At si sunt. Cum igitur, inquiebam, incerta res sit, multo magis extra periculum est, pie me vivere.

1. Hic quoque legendum est ἀποφαίνονται, ut Epit. cap. 3. C.
2. τε C. Subinde οὐδὲ pro οὔτε O.
3. ὡς om. O.
4. οἶδά πως C. Tum id. μοι p. με.
5. προσήκει Epit. c. 4. Fortasse εἰς τηνικαῦτα p. εἰς τὴν τότε. Cfr. Epit. l. c. S.
6. ἔλεγον γάρ, εἰ μή C.
7. Τίτυος C.
8. καὶ πάλιν τε O.
9. οὐ δήλου C.

δυνήσομαι τοῦ δικαίου χάριν, εἰς ἄδηλον ἐλπίδα ἀφορῶν, τῶν τοῦ σώματος κρατεῖν ἡδονῶν; ἀλλ' οὐδὲ τί ποτέ ἐστι δίκαιον ἄρεσκον[1] *Θεῷ πεπληροφόρημαι, οὔτε εἰ ἡ ψυχὴ ἀθάνατος ἢ θνητὴ γινώσκω· οὔτε τις λόγος βέβαιος εὑρίσκεται, οὔτε τῶν τοιούτων λογισμῶν ἡσυχάζειν δύναμαι.*

V. *Τί οὖν χρὴ ποιεῖν ἢ τοῦτο*[2]*; εἰς Αἴγυπτον πορεύσομαι, καὶ τοῖς τῶν ἀδύτων ἱεροφάνταις τε*[3] *καὶ προφήταις φιλιωθήσομαι, καὶ μάγον ζητήσας καὶ εὑρὼν χρήμασι πολλοῖς πείσω, ὅπως ψυχῆς ἀναπομπήν, τὴν λεγομένην νεκρομαντείαν*[4] *ποιήσῃ, ἐμοῦ ὡς περὶ πράγματός τινος πυνθανομένου· ἡ δὲ πεῦσις ἔσται περὶ τοῦ μαθεῖν εἰ ἀθάνατος ἡ ψυχή. ἡ δὲ τῆς ψυχῆς ἀπόκρισις, ὅτι ἀθάνατός ἐστιν, οὐκ ἐκ τοῦ λαλῆσαι ἢ καὶ ἀκοῦσαι ἔσται*[5] *μοι γνῶναι, ἀλλ' ἐκ τοῦ ὀφθῆναι μόνον, ἵνα αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς ἰδὼν αὐτὴν αὐτάρκη καὶ ἱκανὴν ἀπόφασιν ἔχω, ἐκ τοῦ μόνον φανῆναι, ὅτι ἔστιν· καὶ οὐκ ἔτι δυνήσεται τὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἴδια τὰ τῆς ἀκοῆς ἀνατρέψαι ἄδηλα ῥήματα. ὅμως καὶ αὐτὴν ταύτην τὴν σκέψιν ἀντέβαλόν*[6] *τινι συνήθει φιλοσόφῳ, ὃς συνεβούλευέ μοι, τοῦτο μὴ τολμᾶν, κατὰ πολλοὺς τρόπους. εἴτε γὰρ οὐκ εἰσακούσεται, φησίν, ἡ ψυχὴ τῷ μάγῳ, σὺ*

Et quo pacto justitiae gratia, ad incertam respiciens spem, potero corporis voluptates comprimere? Sed nec quidnam sit justum Deo acceptum, plene certoque novi, nec utrum anima immortalis sit cognosco, an mortalis: neque ulla certa ratio invenitur, neque hos mentis motus sedare possum.

V. Quid igitur me facere oportet, nisi hoc? In Aegyptum proficiscar, et adytorum hierophantis ac prophetis amicus efficiar; magoque quaesito et invento multa pecunia persuadebo, ut animae evocationem, quam necromantiam vocant, faciat, tamquam videlicet ego de aliquo negotio sciscitер: erit autem interrogatio, ut discam utrum anima sit immortalis. At responsio animae de sua immortalitate non ex loquela ipsius aut mea auditione erit mihi comperta, sed ex sola visione; ut his ipsis oculis illam videns sufficientem ac idoneam habeam declarationem quod exsistat, ex eo solo quod apparuerit; nec amplius incerta auditus verba oculorum poterunt firmitatem evertere. Attamen hanc quoque deliberationem cuidam philosopho, necessario meo, edisserui, qui consilium mihi dedit, id ne auderem, multas ob rationes. Sive enim, inquit, mago non obtemperabit anima, tu, tamquam qui legibus ista facere prohiben-

1. *δίκαιον καὶ ἄρεσκον* C.

2. Schweglero invito ita interpunctionem mutavi, non invita indole linguae graecae. Edd. distinguunt: *Τί οὖν χρὴ ποιεῖν; ἢ τοῦτο, εἰς κτλ.*

3. *τε* accessit ex O, ubi pr. man. scripserat *ἱεροφάντες*.

4. *νεκυομαντίαν* O. „Legendum *τῇ λεγομένῃ νεκρομαντείᾳ*: ars enim mortuos evocandi *νεκρομαντεία* dicitur: vid. Recogn. I, 5. (per eam, quam necromantiam vocant)“ D. „Sed et minus apte *νεκρομαντεία* vocari queat magica ipsa evocatio, quomodo dixerit Cicero Tusc. Q. I, 16: „„inde ea, quam meus amicus Appius *νεκρομαντία* faciebat.““ Stephanus legebat: „„inde ea, quae — *νεκρομαντεῖα* faciebat.““ Cl.

5. *ἔστι* O.

6. *ἀντέβαλλόν* C.

τοῖς ταῦτα ποιεῖν ἀπαγορεύουσι νόμοις ὡς ἀντιπράξας δυσσυνειδήτως βιώσεις· εἰ δὲ ἐπακούσεται, μετὰ τοῦ δυσσυνειδήτως σε βιοῦν, οἶμαι τὰ τῆς εὐσεβείας σοι μηκέτι προχωρεῖν, οὗ εἵνεκεν καὶ [1] ἐτόλμησας. ἐχθραίνειν γὰρ τὸ θεῖον λέγουσιν ἐπὶ τοῖς τῇ λύσει θανόντων σωμάτων σκύλλουσι τὰς ψυχάς. ἐγὼ δὲ ταῦτα ἀκούσας ὀκνηρότερος μὲν πρὸς τὸ τοιοῦτον ἐγχειρῆσαι ἐγενόμην, τῆς δὲ ἀπαρχῆς μου οὐκ ἐπαυσάμην βουλῆς, ἀλλ' ὡς ἐμποδισθεὶς τὴν ὁρμὴν ἠθύμουν.

VI. Καὶ ἵνα μή σοι τὰ τοιαῦτα μακρῷ διηγήσομαι λόγῳ, ἐν τοσούτοις λογισμοῖς καὶ πράγμασιν ὄντος μου φήμη τις ἠρέμα, ἐπὶ τῆς Τιβερίου Καίσαρος βασιλείας, ἐξ ἐαρινῆς τροπῆς τὴν ἀρχὴν λαμβάνουσα ηὔξανεν ἑκάστοτε καὶ ὡς ἀληθῶς ἀγαθὴ Θεοῦ ἄγγελος διέτρεχε [2] τὸν κόσμον, τὸ τοῦ Θεοῦ βούλημα σιγῇ [3] στέγειν μὴ δυναμένη. ἑκάστοτε οὖν πλείων καὶ μείζων ἐγένετο [4], λέγουσα, ὥς τίς ποτε ἐν Ἰουδαίᾳ, ἐξ ἐαρινῆς τροπῆς λαβὼν τὴν ἀρχήν, Ἰουδαίοις τὴν τοῦ ἀϊδίου Θεοῦ εὐαγγελίζεται βασιλείαν, ἧς ἀπολαύειν λέγει ἐάν τις αὐτῶν προκατορθώσῃ [5] τὴν πολιτείαν· τοῦ δὲ πιστεύεσθαι αὐτὸν χάριν, ὅτι θειότητος γέμων ταῦτα πνέει, πολλὰ θαυμάσια σημεῖά τε καὶ τέρατα διαπράττεται κελεύσει μόνῃ, ὡς παρὰ Θεοῦ εἰληφὼς τὴν ἐξουσίαν· κωφοὺς γὰρ ποιεῖ ἀκούειν, τυφλοὺς ἀναβλέπειν,

tibus repugnaveris, male tibi conscius vives: sin vero obedierit, praeterquam quod mala in conscientia vives, non amplius tibi bene cessura existimo ea quae ad pietatem pertinent, cujus ergo ista ausus es. Nam Deum aiunt odio eos prosequi, qui animas mortuorum a corporibus separatas divexant. Ego autem his auditis segnior quidem ad illud aggrediendum effectus sum, a consilio tamen quod initio ceperam non destiti, sed velut ab impetu desiderii retardatus dolebam.

VI. Ac ne ista tibi longo sermone explicem, cum in talibus cogitationibus et negotiis ego versarer, sub imperio Tiberii Caesaris fama quaedam sensim, a verna tempestate initio sumpto passimque crevit, et revera bonus Dei nuncius mundum peragravit, Dei voluntatem silentio tegere non valens. Ubique igitur amplior et major fiebat, referens, quod quidam in Judaea, principio sumpto a verno tempore, aeterni Dei regnum Judaeis annunciet, quo fruiturum esse ex illis dicit eum, qui vitam rectam emendatamque ducat: quo autem credatur ipsum divinitatis plenum haec loqui ac inspirare, multa mirabilia, signa et prodigia edit sola jussione, quasi qui a Deo acceperit potestatem: surdos enim facit audire, caecos videre, pedibus debiles ambulare, clau-

1. καὶ mutandum in ταῦτ' vel ἐκεῖν'. S. οὗ ἕνεκεν τὰ τοιαῦτα ἐτόλμας Epit. c. 5. Quae sequuntur in Epit. c. 5. ita leguntur: ἐχθραίνειν γὰρ τὸ θεῖον λέγουσιν ἐπὶ τοῖς σκύλλουσι τὰς ψυχὰς μετὰ τὴν ἀπὸ τοῦ σώματος ἐκείνων διάλυσιν.

2. διήρχετο C.

3. Ita O c. Epit. c. 6. σιγᾶν, στέγειν C, σιγᾶν καὶ στέγειν S auctore Gallandio.

4. ἐγίνετο O.

5. προσκατορθώσει C. Tum deest δὲ in O.

κυλλοὺς ποιεῖ περιπατεῖν, χωλοὺς ἀνορθοῖ[1], πᾶσαν νόσον ἀπελαύνει, πάντα δαίμονα φυγαδεύει· ἀλλὰ καὶ λεπροὶ ψωροὶ ἐκ διαστήματος μόνον ἐνορῶντες αὐτῷ ἰώμενοι ἀπαλλάσσονται, νεκροὶ δὲ προσφερόμενοι ἐγείρονται, καὶ οὐδέν ἐστιν ὃ ἀδυνατεῖ ποιεῖν· καὶ ὅσῳ γε μᾶλλον ὁ χρόνος προέκοπτεν, πολὺ μείζων διὰ πλειόνων τῶν ἐπιδημούντων καὶ[2] βεβαιοτέρα ἐγίνετο, οὐκ ἔτι φήμη λέγω, ἀλλὰ τοῦ πράγματος ἡ ἀλήθεια· ἤδη γάρ ποτε καὶ συστήματα κατὰ τόπους ἐγίνετο βουλῆς καὶ σκέψεως[3], τὸ τίς ἂν εἴη ὁ φανεὶς καὶ τί βούλεται λέγειν.

VII. Καὶ δήποτέ τις πρὸς αὐτῷ τῷ ἔτει ἐν[4] φθινοπωρινῇ τροπῇ δημοσίᾳ στὰς ἐβόα λέγων· ἄνδρες Ῥωμαῖοι, ἀκούσατε· ὁ τοῦ Θεοῦ υἱὸς ἐν Ἰουδαίᾳ πάρεστιν, ἐπαγγελλόμενος πᾶσι τοῖς βουλομένοις ζωὴν αἰώνιον, ἐὰν τὰ[5] κατὰ γνώμην τοῦ πέμψαντος αὐτὸν πατρὸς βιώσωσιν. διὸ μεταβάλλεσθε τὸν τρόπον, ἀπὸ τῶν χειρόνων ἐπὶ τὰ κρείττονα, ἀπὸ τῶν προσκαίρων ἐπὶ τὰ αἰώνια· γνῶτε[6] ἕνα Θεὸν εἶναι τὸν ἐπουράνιον, οὗ τὸν κόσμον ἀδίκως οἰκεῖτε ἔμπροσθεν τῶν αὐτοῦ δικαίων ὀφθαλμῶν· ἀλλ' ἐὰν μεταβάλλησθε καὶ κατὰ τὴν αὐτοῦ βούλησιν βιώσητε, εἰς ἕτερον αἰῶνα ἐνεχθέντες καὶ ἀΐδιοι γινόμενοι τῶν ἀπορρήτων αὐτοῦ ἀγαθῶν ἀπολαύσετε[7]· ἐὰν δὲ ἀπειθήσητε, αἱ ψυχαὶ ὑμῶν μετὰ τὴν τοῦ σώματος λύσιν εἰς τὸν τόπον τοῦ πυρὸς βληθήσονται, ὅπου ἀϊδίως κολαζόμεναι ἀνωφέ-

dos recta incedere: omnem morbum depellit, omnem daemonem fugat: sed et leprosi scabri, eo eminus tantum viso, sanati abeunt, mortui vero oblati suscitantur, nihilque est quod facere nequeat. Atque quo plus temporis praeteribat, eo major firmiorque per complures advenientes exsistebat, non amplius, inquam, fama, sed rei veritas. Jam vero et coetus per loca fiebant consultationis et deliberationis causa, quisnam esset qui apparuisset, et quid vellet dicere.

VII. Caeterum eodem anno, autumni tempore, quidam publice stans clamavit, dicens: Viri romani, audite; Dei Filius in Judaea adest, cunctis volentibus promittens vitam aeternam, si vitam duxerint ex voluntate Patris qui misit illum. Quocirca mores mutate, a deterioribus ad meliora transite, a temporalibus ad aeterna: agnoscite unum esse Deum, qui in coelis est, cujus mundum injuste habitatis ante justos illius oculos: verum si convertamini et juxta voluntatem ejus vivatis, in aliud saeculum sublati aeternique effecti ineffabilibus ipsius bonis perfruemini; sin vero morem non gesseritis, animae vestrae post dissolutionem a corpore in ignis locum conjicientur, ubi aeternum punitae inutili ducentur poenitentia. Nam tempus poenitentiae praesens est ista

1. κυλλοὺς· χωλοὺς ὀρθοῖ O.
2. καὶ om. O, qui antea scr. μείζον (sic).
3. Locus haud dubie corruptus. Post σκέψεως Epit. c. 6 addit ἕνεκα. Sed maxime offendit τό: scribe saltem τοῦ. S.
4. ἐν praetermiserunt Cl. et S.
5. Dele τά, nam prorsus redundat. D. ἐὰν τὰ κατὰ γνώμην — πράξωσιν Epit. c. 7. S.
6. γνῶτες O.
7. Ita O c. Epit., ἀπολαύσητε C. κατὰ τὴν τ. σ. p. μετὰ τὴν τ. σ. tacite edidit Cl. repetiitque S, Codd. lectionem in Annot. cr. pro conjectura annotans.

λητα μετανοήσουσιν. ὁ γὰρ τῆς μετανοίας καιρὸς ἡ νῦν ἑκάστου ζωὴ τυγχάνει. ἐγὼ μὲν οὖν ταῦτα ἀκούων ἠχθόμην, ὅτι οὐδεὶς ἐκ τοσούτων ὄχλων τηλικαύτην ἀγγελίαν ἀκούσας εἴρηκεν, εἰς Ἰουδαίαν πορεύσομαι, ἵνα ἴδω εἰ ταῦθ᾽ οὗτος λέγων ἀληθεύει, ὡς ὅτι υἱὸς Θεοῦ ἐπιδεδήμηκε τῇ Ἰουδαίᾳ, ἀγαθῆς καὶ αἰωνίας ἐλπίδος χάριν, τὴν τοῦ ἀποστείλαντος πατρὸς βούλησιν ἐκφαίνων· ἐπεὶ[1] καὶ ὅπερ λέγουσιν αὐτὸν κηρύσσειν, οὐκ ἔστι μικρόν· ὧν μὲν γὰρ τὰς ψυχὰς διαβεβαιοῦται αἰωνίους οὔσας αἰωνίων ἀπολαύσειν ἀγαθῶν, ὧν δὲ ἐν πυρὶ ἀσβέστῳ ῥιφθείσας[2] τὸν αἰῶνα κολασθήσεσθαι.

VIII. Ταῦτα ἐγὼ λέγων περὶ ἄλλων καὶ ἐμαυτῷ ὡμίλησα λέγων· τί ἄλλους μέμφομαι, ἐν τῷ αὐτῷ τῆς ἀμελείας ὑπάρχων ἐγκλήματι; ἀλλ᾽ εἰς Ἰουδαίαν ὁρμήσω, πρότερον τὸν ἐμὸν διαθεὶς βίον. καὶ δὴ οὕτω[3] βουλευσαμένου μου πολὺς ὁ τῆς παρολκῆς ἐγενήθη χρόνος, τῶν βιωτικῶν πραγμάτων δυσεκλύτων ὄντων. πέρας γοῦν συννοήσας ὧδέ[4] ποτε τὴν τοῦ βίου φύσιν, ὅτι ἐλπίδι ἐκπλοκῶν τοὺς σπεύδοντας ἐνεδρεύει, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὅν ποτε εἰσεκλάπην χρόνον ἐλπίσι δονούμενος, καὶ ὅτι οὕτως ἀσχολούμενοι οἱ ἄνθρωποι ἀποθνήσκομεν[5], τὰ πάντα μου ὡς ἔτυχεν ἀφεὶς εἰς Πόρτον[6] ὥρμησα, καὶ εἰς λιμένα ἐλθών τε[7] καὶ ἀναχθεὶς ἀνέμων

singulorum vita. Porro his ego auditis moleste ferebam, nullum ex tanta hominum multitudine, tam magno accepto nuncio, dixisse: In Judaeam proficiscar ut cognoscam, utrum iste haec proferens vera loquatur, nempe Dei Filium in Judaeam advenisse, propter bonam aeternamque spem, qui voluntatem Patris a quo missus est manifestet: namque quod eum aiunt praedicare, non est exiguum: quorumdam enim animas affirmat, utpote immortales, immortalibus bonis fruituras; aliorum vero, in ignem inexstinctum projectas, aeternum puniendas esse.

VIII. Haec de aliis cum dicerem, etiam mecum his verbis locutus sum: Quare alios vitupero, qui in eodem crimine negligentiae versor? Verum ad Judaeam properabo, postquam res meas composuero. Ita vero cum statuissem, multum in dilatione tempus praeteriit, hujusce vitae negotiis vix explicari valentibus. Tandem itaque considerata vitae natura, quod spe implicans festinantibus insidietur, quin etiam quantum temporis abreptum fuerit mihi spebus jactato, quodque sic occupati homines morimur, cuncta mea, prout erant, relinquens ad Portum properavi, et in portum veniens atque in altum subvectus

1. ἐπεὶ adjunxi c. O et Epit.
2. ῥιφείσας O, qui dein κολασθήσεται, nota marginali correctum in vulg.
3. οὕτως C.
4. ὧδέ D, ὁ δὴ O c. C. Tum ἐκπλέκων C, qui tamen ἐμπλέκων conj.
5. Errat Schweglerus de Cotelerio, ἀποθνίσκομεν eum edidisse asserens; Tu Clericum (Ed. 1724) intellige.
6. πόρτον O, πόντον C. Jam Clericus: forte πόρτον, portum, nempe romanum: vide Martyr. Ign. c. 6 et Epit. c. 78. Tum εἰς τὸν λιμένα C.
7. τε om. O.

ἔχθραις ἀντὶ τοῦ εἰς Ἰουδαίαν εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἠνέχθην· καὶ ἀνέμων ἀπορίᾳ ἐπισχεθεὶς ἐκεῖ συνεφοίτων τοῖς φιλοσόφοις, καὶ τὰ τῆς φήμης καὶ τοῦ [1] ἐν Ῥώμῃ φανέντος ἔλεγον τοὺς λόγους. οἱ δὲ [2] ἀπεκρίναντο, ὅτι τὸν μὲν ἐν Ῥώμῃ φανέντα οὐκ ἴσμεν, περὶ δὲ τοῦ ἐν Ἰουδαίᾳ γενομένου καὶ υἱοῦ Θεοῦ ὑπὸ τῆς φήμης λεγομένου, καὶ παρὰ πολλῶν τῶν κἀκεῖθεν ἐληλυθότων ἠκούσαμεν, καὶ περὶ πάντων ὧν λαλῶν ἐποίει θαυμασίων ἐμάθομεν.

IX. Ἐμοῦ δὲ εἰπόντος, ἤθελόν τινι συντυχεῖν τῶν ἑωρακότων αὐτόν, εὐθὺς ἤγόν με λέγοντες, ἔστι τις ἐνταῦθα, οὐ μόνον ἱστορήσας αὐτὸν ἀλλὰ καὶ τῆς ἐκεῖθεν γῆς ὑπάρχων, ἀνὴρ Ἑβραῖος, ὀνόματι Βαρνάβας, ὃς καὶ ἕνα τῶν αὐτοῦ μαθητῶν ἑαυτὸν εἶναι λέγει, καὶ ἐνταῦθά που καθεζόμενος τῆς ἐκείνου ὑποσχέσεως τοὺς λόγους τοῖς βουλομένοις ἑτοίμως λέγει. καὶ δὴ συνῆλθον αὐτοῖς. καὶ ἐλθών, σὺν τῷ παρεστῶτι ὄχλῳ ἔστην ἐπακούων τῶν λόγων, καὶ συνενόουν τἀληθῆ [3] οὐ διαλεκτικῇ τέχνῃ λέγοντα, ἀλλὰ ἀκάκως καὶ ἀπαρασκευάστως ἐκτιθέμενον ἅ τε ἤκουσε καὶ ἑώρακε τὸν τοῦ Θεοῦ φανέντα υἱὸν πεποιηκέναι τε καὶ εἰρηκέναι· πολλοὺς δὲ μάρτυρας τῶν ὑπ' αὐτοῦ λεγομένων [4] θαυμασίων τε' καὶ λόγων, καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ παρεστῶτος ὄχλου, παρεῖχεν.

X. Ἐπειδὴ δὲ πρὸς τὰ ἀπανούργως λεγόμενα οἱ ὄχλοι ἡδέως [5] διετί-

ventis adversantibus pro Judaea Alexandriam appuli, ubi ventorum importunitate detentus ad philosophos ventitabam, atque eum rumorem sermonesque illius qui Romae visus fuerat referebam. At illi responderunt: eum quidem, qui Romae apparuit, nescimus, de illo autem qui in Judaea degit ac Filius Dei a fama dicitur, et audivimus a multis qui illinc veniunt, et de omnibus miraculis quae loquendo facit accepimus.

IX. Cumque dicerem: cuperem incidere in aliquem qui eum vidisset, statim duxerunt me, aientes: est hic quidam, qui non solum vidit eum, sed et ea ex regione oriundus est, vir Hebraeus, nomine Barnabas, qui se quoque ait unum esse ex illius discipulis; et hic sedens rerum ab ipso promissarum sermones volentibus ultro refert. Et quidem cum iis progressus sum. Ac veniens cum adstante multitudine steti sermones audiens; atque intellexi, vera eum non dialectica arte dicere, sed sine malitia et praeparatione exponere, quae audierat et viderat a Dei Filio, qui conspectus fuerat, facta et dicta. Multos autem testes miraculorum et sermonum, ab ipso editorum, ex ipsa etiam assistente plebe producebat.

X. Quandoquidem vero ad dicta minime subdola populus libenter atten-

1. καὶ τοῦ O et ex conject. D, μετὰ τοῦ C.

2. οἵ τ' O. Tum addidi τὸν ante μὲν c. O. Ita legendum esse recte observat S.

3. ταληθῆς O. Tum ἁπλῶς p. ἀκάκως conj. S, ut Ruf. et Epit. c. 9. Ceterum cfr. infra ἀπανούργως.

4. Lege γενομένων. D.

5. ἡδέως οἱ ὄχλοι C.

θεντο, οἱ ἐκ παιδείας κοσμικῆς ὁρμώμενοι φιλόσοφοι γελᾶν αὐτὸν καὶ χλευάζειν ἐπεβάλοντο[1], ἰσκώπτοντες καὶ διασύροντες θράσει ἀμέτρῳ, ὡς μεγάλοις ὅπλοις κεχρημένοι τοῖς συλλογισμοῖς. ὁ δὲ ἀπωθούμενος αὐτῶν τὸν λῆρον οὐ συνέτρεχεν αὐτῶν τῇ πανούργῳ πεύσει[2], ἀλλ' ἀκαταπλήκτως ὧν ἔλεγεν οὐκ ἀφίστατο. καί ποτέ τις αὐτοῦ ἐπύθετο, διὰ τί κώνωψ ἐγένετο, καὶ[3] βραχύτατον ὄν, ἓξ πόδας ἔχον, ἔχει[4] καὶ πτερά, ἐλέφας δέ, τὸ μέγιστον τῶν ζώων, ἄπτερος ὢν τέσσαρας μόνους ἔχει πόδας. ὁ δὲ μετὰ τὴν πεῦσιν τὸν ἐμποδισθέντα ἀναλαβὼν λόγον, ὡς πρὸς τὴν πεῦσιν ἀποκρινάμενος[5], τὸν αὐτῷ ἀπ' ἀρχῆς προκείμενον ἀνελάμβανε λόγον τούτῳ μόνῳ προοιμίῳ χρώμενος καθ' ἑκάστην ἐγκοπήν· ἡμεῖς τοῦ πέμψαντος ἡμᾶς τοὺς λόγους καὶ τὰς θαυμασίους πράξεις εἰπεῖν ὑμῖν μόνον ἔχομεν ἐντολήν, καὶ ἀντὶ τῆς λογικῆς ἀποδείξεως μάρτυρας παρέχομεν ὑμῖν τῶν ἐξ ὑμῶν[6] παρεστώτων πολλούς, ὧν ἐγὼ τὰ[7] εἴδη μέμνημαι, ὡς ἐμψύχους εἰκόνας, ἱκανὰς μαρτυρίας. λοιπὸν τῆς[8] ὑμετέρας ἐστὶν ἐξουσίας, ὑπείκειν ἢ ἀπειθεῖν. τοῦ δὲ λέγειν ὑμῖν τὸ συμφέρον οὐ παύσομαι, ὅτι ἐμοὶ μὲν ζημία τὸ σιωπᾶν, ὑμῖν δὲ τὸ ἀπειθεῖν βλάβη. ἀλλὰ καὶ τῶν εἰκαίων

debat, ex eruditione saeculari prodeuntes philosophi ridere eum ac subsannare aggressi sunt, immodica audacia cavillantes atque probris incessentes, et quasi armis validis utentes syllogismis. At ille ineptias eorum repellens, versutae ipsorum interrogationi non occurrebat; sed intrepide a sermone suo non desistebat. Et aliquando quidam rogabat eum, cur ita factus esset culex, ut cum minimum quid sit, et sex pedes habeat, insuper et alas gerat; elephas vero, animalium maximum, cum careat alis, quatuor tantum pedes habeat Ille autem post interrogationem abruptum resumens sermonem, quasi ad percontationem respondisset, propositum sibi ab initio sermonem repetiit, hoc solo utens prooemio per singulas interpellationes: nobis demandatum solummodo est, ut vobis sermones et mirabilia gesta illius qui misit nos, referamus; ac pro logica demonstratione testes vobis producimus eorum qui ex vobis hic adstant complures quorum ego facies recordor, velut vivas imagines, idonea testimonia. Caeterum in vestra potestate situm est, obsequi, vel fidem non habere. Ego certe non cessabo vobis exponere quod utile est: quoniam mihi quidem damnum est, tacere; vobis vero, non credere, noxa. Sed et futilium

1. ἐπεβάλλοντο C.
2. Ita C in calce edit. et S, in textu πνεύσει C, πεύσῃ O, πανούργῳ omisso.
3. Dele καὶ, quod versu insequenti perperam omissum hic irrepsit. S.
4. Leg. καὶ ἔχει vel καὶ ἔχον. S. Epit. c. 10: διὰ τί κώνωψ ἐγένετο, καὶ βραχύτατος ὤν, ἓξ πόδας ἔχων καὶ πτερὰ φέρει.
5. S proponit ἀποκρινόμενος.
6. Fort. leg. ἐξ ὑμῶν τῶν. S.
7. τὰ excidit ap. Cl. et S. Tum D legi vult εἰκόνας. ἱκαναῖς μαρτυρίαις λοιπὸν — ὑπείκειν κτλ. At nihil mutandum, cl. Epit. c. 10. Verba ἱκανὰς μαρτυρίας appositionis locum obtinent. „Produco vobis homines multos, testes locupletes, quum sint quasi εἰκόνες ἔμψυχοι“. S.
8. τῆς addidi c. O.

ὑμῶν προβλημάτων τὰς ἀποδείξεις[1] ἀποδοῦναι ἠδυνάμην, εἰ φιλαληθῶς ἐπυνθάνεσθε. κώνωπος δὲ καὶ ἐλέφαντος τὴν αἰτίαν τῆς διαφόρου δημιουργίας νῦν ὑμῖν οὐκ ἔστιν εἰπεῖν[2] εὔκαιρον τοῖς τῶν ὅλων ἀγνοοῦσι Θεόν.

XI. Ταῦτα αὐτοῦ λέγοντος, ὡς ἐκ συμφωνίας ἄτακτον ἠφίεσαν γέλωτα, κατασιωπᾶν καὶ ἀπορεῖν αὐτὸν πειρώμενοι ὡς βάρβαρόν τινα δαιμονῶντα. ἐγὼ δὲ ταῦτα ὁρῶν, ζήλῳ οὐκ οἶδ' ὅπως ληφθείς, εὐσεβεῖ θυμῷ τοῦ λοιποῦ σιγᾶν οὐκ ἐκαρτέρουν, ἀλλὰ μετὰ παρρησίας ἐβόων λέγων· εὐλόγως ὁ Θεὸς ὑμῖν[3] ἀκατάληπτον τὴν αὐτοῦ βούλησιν ἔθετο, ἀναξίους προϊδών, ὡς ἐκ[4] τῶν νῦν τοὺς κριτικὸν νοῦν ἔχοντας πληροφορῶν φαίνεται. ἐπεὶ γὰρ νῦν τῆς αὐτοῦ βουλήσεως κήρυκες ἐξαπεστάλησαν, οὐ γραμματικὴν ἐπαγγελλόμενοι τέχνην, ἀλλ' ἁπλοῖς καὶ ἀπανούργοις λόγοις[5] τὴν αὐτοῦ βούλησιν ἐκφαίνοντες, ὡς πάνθ' ὁντιναοῦν ἀκούσαντα νοεῖν τὰ λεγόμενα, καὶ οὐ μετὰ ἕξεώς τινος φθονερᾶς, παρέχειν πᾶσιν ἑαυτὴν μὴ βουλομένης[6]· πάρεστε ὑμεῖς, πρὸς τῷ μὴ νοεῖν τὸ ὑμῖν συμφέρον, ἐπὶ τῇ ὑμετέρᾳ βλάβῃ γελᾶν τὴν εἰς τὴν ὑμετέραν καταδίκην ἐν βαρβάροις πολιτευσαμένην ἀλήθειαν, ἣν καὶ ὑμῖν ἐπιδημήσασαν ξενίσαι οὐ βούλεσθε, διὰ τὰς ἀσελγείας ὑμῶν, καὶ τὸ λιτὸν τῶν λόγων αὐτῆς, ἵνα μὴ ἐλεγχθῆτε,

vestrarum quaestionum demonstrationes dare poteram, si veritatis studio interrogassetis. Verum causam diversae creationis culicis et elephanti nunc vobis aperire intempestivum esset, qui Deum omnium rerum ignoratis.

XI. Haec eo dicente quasi ex communi consensu petulantem risum emiserunt, illum nitentes ad silentium et ad angustias redigere tamquam barbarum quemdam insanum. Quae cum ego intuerer, zelo nescio qua ratione correptus, per iram piam amplius tacere non sustinui, sed cum fiducia clamavi dicens, jure Deus voluntatem suam incomprehensibilem vobis esse voluit, indignos praesciens, sicut ex praesentibus dat plene intelligere iis qui mentis judicio utuntur. Quia enim nunc ejus voluntatis praecones missi sunt, non grammaticam profitentes artem, sed simplicibus et sinceris verbis consilium ipsius demonstrantes (adeo ut quilibet qui audierit, intelligat quae dicuntur) neque cum affectu quodam invido, se ipsum cunctis praebere nolente, adestis vos, ut, praeterquam quod non intelligitis, quod vobis expedit, damno vestro veritatem rideatis, quae apud barbaros ad vestram condemnationem versatur, quamque ad vos advenientem non vultis hospitio recipere propter libidines vestras, et ver-

1. ἀπολύσεις scribendum esse putat Cl. Tum ἐδυνάμην C.
2. εἰπεῖν οὐκ ἔστιν C. Tum τὸν τῶν p. τῶν var. lect. in Epit. c. 10.
3. ἡμῖν O. Etiam Rec. I, 9 „vobis."
4. ἐξ O.
5. λόγοις transcripsi ex O, quo Si conjectura ἁπλῶς καὶ ἀπανούργως superflua redditur. Cf. Rec. 1, 9. Tum πάντα ὀντιναυοῦν C, πάντα ὀντιναοῦν S.
6. βουλόμενοι conjecit amanuensis ad oram Cod. O, cujus textus βουλομένης, ut C. Ibidem πρὸς τῷ O et S c. Epit., πρὸς τὸ C.

ὅτι εἰκῇ[1] φιλόλογοί ἐστε, καὶ οὐ φιλαληθεῖς φιλόσοφοι· μέχρι μὲν οὖν πότε λαλεῖν μανθάνετε, οἱ τὸ καλῶς[2] λαλεῖν οὐκ ἔχοντες; πολλὰ γὰρ ὑμῶν ῥήματα ἑνὸς οὐκ ἄξια λόγου. τί ἄρα ἐρεῖ ὑμῶν τὸ ἑλληνικὸν πλῆθος μία ψυχὴ γενόμενον, εἴπερ ἔσται[3] κρίσις, ὡς οὗτος λέγει; διὰ τί, ὦ θεέ, τὴν σὴν βούλησιν οὐκ ἐκήρυξας ἡμῖν; οὐ πάντως ἀκούσεσθε, εἴπερ ἀποκρίσεως καταξιωθήσεσθε, τάδε[4]· ἐγὼ πάσας τὰς ἐσομένας πρὸ καταβολῆς κόσμου εἰδὼς προαιρέσεις, ἰδίως[5] ἑκάστῳ πρὸς τὸ αὐτοῦ ἄξιον λανθανόντως προαπήντησα· τοῦτο δὲ αὐτὸ ὅτι οὕτως ἔχει, βουληθεὶς τοὺς προσπεφευγότας μοι πληροφορῆσαι, διὰ τί ἀπαρχῆς ἐκ προτέρων γενεῶν τὴν ἐμὴν βούλησιν δημοσίᾳ οὐκ εἴασα κηρυχθῆναι, νῦν πρὸς τῷ τέλει τοῦ βίου[6] κήρυκας ἐμῆς βουλῆς ἀπέστειλα, οἳ[7] καὶ γελῶνται καὶ ὑβριζόμενοι χλευάζονται ὑπὸ τῶν μηδὲν ὠφελεῖσθαι θελόντων καὶ ἐπιτεταμένως τὴν ἐμὴν φιλίαν παραιτησαμένων. ὢ μεγάλης ἀδικίας, μέχρι φόνου[8] κινδυνεύουσι κήρυκες, καὶ ταῦτα ὑπὸ τῶν εἰς σωτηρίαν καλουμένων ἀνδρῶν.

XII. Τοῦτο δὲ τὸ ἀδίκως γινόμενον κατὰ τῶν ἐμῶν κηρύκων ἀπ' ἀρ-

borum illius vilitatem, ne arguamini, quod temere philologi estis seu amatores sermonum, non autem veritatis amatores philosophi. Quousque ergo discitis loqui, qui pulchre loqui nescitis? Multa quippe verba vestra unius verbi pretio non sunt aestimanda. Quid autem dicet graeca vestra multitudo, unanimis facta, si judicium futurum est, ut iste ait? Quare, Deus, voluntatem tuam non praedicasti nobis? Nonne audietis, si omnino responsionem accipietis, haec: Ego cum omnes futuras voluntates ante constitutionem mundi cognoscerem, unicuique pro merito suo latenter praevius occurri; quod autem id ipsum ita se habeat volens iis, qui ad me confugerunt, plene manifestare, cur ab initio, a primis generationibus voluntatem meam palam non siverim praedicari, nunc circa saeculi finem praecones mei consilii misi, qui et irridentur, et contumeliis affecti deluduntur ab iis qui nequaquam volunt adjuvari, quique meam amicitiam vehementer repudiarunt. O magnam injuriam! mortis etiam periculum subeunt praedicatores; idque per eos homines, qui ad salutem vocantur.

XII. Porro illud injuste factum adversus praecones meos a principio apud

1. Ita O. c. Epit., εἰ καὶ C, qui εἰκαῖοι conj.

2. καλῶς accessit ex O et Epit. Deinde πολλὰ γὰρ περ' ὑμῶν O.

3. ἔστι O.

4. Ita O et S auctore D, τὰ δὲ C.

5. Ita S auctore D, εἰδὼς C, deest in O, et absque damno deesse potest. Ep.: κ. πρ. εἰδὼς ἑκάστῳ. Ad oram Cod. O haec scholia: πάσας τὰς ἐσομένας πρὸ καταβολῆς κόσμου εἰδὼς προαιρέσεις ὁ θεὸς ἑκάστῳ πρὸς τὸ αὐτοῦ ἄξιον λανθανόντως προαπήντησεν. Et ex adverso: θεὸς ἀπολογούμενος ἐν ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως πρὸς τοὺς ἀπίστους.

6. τοῦ βίου vertit C, quasi perinde esset ac τοῦ αἰῶνος, sententia postulante, sed sine exemplo, quod quidem sciam. Cl.

7. οἱ C, quod S recte mutavit in οἵ. At non omittere debebat καὶ γελῶνται. In marg. Cod. O alia manus adnotavit: οὐκ εἰσὶ ταῦτα ἐν τῇ ἑτέρᾳ ἐκδόσει.

8. Ita O et nonnulli Codd. Epitomes, φθόνου C.

ἀπεστάλησαν, ἀκαθάρτου λέγω καὶ καθαροῦ, ὅ τε κόραξ ὁ μέλας, καὶ ἡ λευκὴ περιστερὰ δευτέρα. καὶ ἀπὸ μὲν τοῦ ἀρχηγέτου τοῦ ἔθνους ἡμῶν Ἀβραὰμ δύο πρῶτοι γεγόνασιν, πρῶτος Ἰσμαήλ, εἶτα Ἰσαὰκ ὁ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ εὐλογημένος. ἀπὸ δὲ τοῦ[1] αὐτοῦ Ἰσαὰκ ὁμοίως πάλιν δύο, Ἡσαῦ ὁ ἀσεβής, καὶ Ἰακὼβ ὁ εὐσεβής. οὕτως τῇ τάξει[2] πρῶτος, ὡς πρωτότοκος τῷ κόσμῳ, ὁ ἀρχιερεύς, εἶτα ὁ νομοθέτης[3].

XVII. Ὁμοίως ἡ γὰρ [πρὸς τὸν Ἡλίαν[4] συζυγία ὀφείλουσα ἐλθεῖν ἑκοῦσα ἀπελείφθη εἰς ἕτερον καιρόν, ἄλλοτε εὐκαίρως αὐτὴν ἀπολαύειν[5] βουλευσαμένη. διὸ καὶ ὁ ἐν γεννητοῖς γυναικῶν πρῶτος ἦλθεν, εἶτα ὁ ἐν υἱοῖς ἀνθρώπων δεύτερος ἐπῆλθεν. ταύτῃ τῇ τάξει[6] ἀκολουθοῦντα δυνατὸν ἦν, νοεῖν τίνος ἐστὶ Σίμων, ὁ πρὸ ἐμοῦ εἰς τὰ ἔθνη πρῶτος ἐλθών, καὶ τίνος ὢν τυγχάνω, ὁ μετ' ἐκεῖνον ἐληλυθώς, καὶ ἐπελθὼν ὡς σκότῳ φῶς, ὡς ἀγνοίᾳ γνῶσις, ὡς νόσῳ ἴασις. οὕτως δή, ὡς ὁ[7] ἀληθὴς ἡμῖν προφήτης εἴρηκεν, πρῶτον ψευδὲς δεῖ ἐλθεῖν εὐαγγέλιον[8] ὑπὸ πλάνου τινός, καὶ εἶθ' οὕτως μετὰ καθαίρεσιν τοῦ ἁγίου τόπου εὐαγγέλιον ἀληθὲς κρύφα διαπεμφθῆναι εἰς ἐπανόρθωσιν τῶν ἐσομένων αἱρέσεων· καὶ μετὰ ταῦτα πρὸς τῷ τέλει πάλιν πρῶτον Ἀντίχριστον ἐλθεῖν δεῖ, καὶ τότε τὸν

rituum duae imagines missae sunt, impuri inquam et puri, nempe niger corvus, et deinde columba alba. Item ex principe gentis nostrae Abrahamo duo primi nati sunt, primus Ismaël, postea Isaac qui a Deo benedictus est. Ex eodem similiter Isaaco duo adhuc exstiterunt, impius Esau, et pius Jacob. Ad hunc modum ordine primus, ut mundo primogenitus, pontifex, deinde legislator.

XVII. Ita etiam quae ventura erat conjugatio circa Eliam, sponte dimissa est ad aliud tempus, commenta se alias oportune seipsa fruituram. Quare primus venit, qui inter *natos mulierum;* deinde secundus advenit, qui *inter filios hominum.* Hunc sequendo ordinem fieri poterit, ut intelligatur ad quam seriem pertineat Simon, qui ante me primus venit ad gentes; et ad quam ego pertineo, qui veni post illum, et successi velut lumen tenebris, velut ignorantiae scientia, velut morbo sanitas. Ita quippe, ut nobis dixit verus Propheta, primo venire oportet falsum evangelium ab impostore quodam, et sic deinde, post sancti loci eversionem, verum evangelium ad correctionem futurorum haereseon clam mitti. Et post haec, circa finem, iterum primus veniet Antichristus,

1. τοῦ accessit ex O.

2. οὗτος τῇ τέξει C, in marg. οὕτως τ. τ. pro conjectura; οὕτως (sic) τῇ τάξει O. Dein προτότοκος C.

3. Aaron et postea Moyses. Exod. VI, 20. VII, 7. Num. XXVI, 59 et I Paralip. VI, 3. XXIII, 13. C.

4. De Joanne Baptista dicto Elia, Matth. XI, 14. XVII, 12, 13. Luc. I, 17. C.

5. ἀπολαβεῖν O. Tum inserui ὁ c. eodem. Cfr. Matth. XI, 11. Credner, Beiträge I, 286. 305.

6. Ita O, ut jam proposuerat D. Tum scripsi ἦν ex conject., ἧ C, ἦν O.

7. ὁ adjunxi c. O.

8. Cfr. Baur, Paulus p. 219. S.

ὄντως Χριστὸν ἡμῶν Ἰησοῦν ἀναφανῆναι, καὶ μετὰ τοῦτον [1] αἰωνίου φωτὸς ἀνατείλαντος πάντα τὰ τοῦ σκότους ἀφανῆ γενέσθαι.

XVIII. Ἐπεὶ οὖν, ὡς ἔφην, τὸν κανόνα τῆς συζυγίας ἀγνοοῦσί τινες, ἔνθεν οὐκ ἐπίστανται τίς τυγχάνει ὁ ἐμοῦ προοδεύσας Σίμων. εἰ γὰρ ἐγινώσκετο, οὐκ ἂν ἐπιστεύετο. νῦν δὲ ἀγνοούμενος οὐκ ὀρθῶς πιστεύεται [2]· καὶ ὁ τὰ μισούντων ποιῶν ἠγάπηται, καὶ ὁ ἐχθρὸς ὡς φίλος ἀποδέδεκται, καὶ θάνατος ὢν ὡς σώζων πεπόθηται, καὶ πῦρ ὢν φῶς νενόμισται, καὶ πλάνος ὢν ὡς ἀληθεύων ἀκούεται. ταῦτα ἀκούσας ἐγὼ Κλήμης· τίς ἄρα τυγχάνει, ἔφην, οὗτος ὁ τοσοῦτος ὢν ἀπατεών [3], μαθεῖν ἤθελον. καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· εἰ θέλεις μαθεῖν, πάρεστί σοι τὸ γνῶναι, παρ' ὧν κἀγὼ τὰ κατ' αὐτὸν πάντα ἠκρίβωκα.

XIX. Ἰοῦστα τις ἐν ἡμῖν ἐστι Συροφοινίκισσα, τὸ γένος Χαναναῖτις, ἧς τὸ θυγάτριον ὑπὸ χαλεπῆς νόσου συνείχετο, ἣ καὶ τῷ κυρίῳ ἡμῶν προςῆλθε βοῶσα καὶ ἱκετεύουσα, ὅπως αὐτῆς τὸ θυγάτριον θεραπεύσῃ. ὁ δὲ καὶ ὑφ' ἡμῶν ἀξιωθεὶς εἶπεν· οὐκ ἔξεστιν ἰᾶσθαι τὰ ἔθνη, ἐοικότα κυσίν, διὰ τὸ διαφόροις χρῆσθαι [4] τροφαῖς καὶ πράξεσιν, ἀποδεδομένης τῆς κατὰ τὴν βασιλείαν [5] τραπέζης τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ. ἡ δὲ τοῦτο ἀκούσασα, καὶ τῆς αὐτῆς τραπέζης, ὡς κύων, ψιχίων ἀποπιπτόντων συμμεταλαμβάνειν [6],

tuncque verus Christus noster Jesus apparebit; post quem orto sole aeterno cuncta tenebrarum evanida fient.

XVIII. Cum ergo, sicut dixi, conjugationis canonem quidam nesciant, inde ignorant qualis existat Simon, qui ante me prodiit. Nam si cognosceretur, non ei haberetur fides. Jam vero quia ignoratur, non recte creditur: et qui opera inimicorum facit, diligitur, et hostis quasi amicus receptus fuit, et qui est mors, velut salvator desideratus est, et qui ignis, lumen existimatus, quique seductor est, auditur quasi vera praedicans. His auditis ego Clemens: Quisnam est, dixi, iste tantus deceptor, scire vellem. Et Petrus respondit: Si cupis discere, licet tibi cognoscere ab iis, a quibus et ego cuncta illius accurate rescivi.

XIX. Justa quaedam apud nos est, Syrophoenissa, genere Chananitis, cujus filiola gravi morbo detinebatur; quaeque ad Dominum nostrum accessit, clamans et supplicans ut filiolae suae mederetur. At ille, etiam a nobis rogatus, dixit: non licet sanare gentes, quae canibus ideo similes sunt quod diversis utuntur et cibis et operibus, cum regni mensa filiis Israëlis tradita sit. Illa vero postquam id audiisset, et per illud quod de ejusdem mensae micis

1. τοῦτο C.
2. πεπίστευται C.
3. Ita de conject. C, in cuj. textu ἀπαταίων, ut O.
4. χρῆσθαι O c. S, χρᾶσθαι C. Cfr. tamen Lob. Phryn. p. 61 S.
5. βασίλειον O.
6. Post συμμεταλαμβάνειν deest δεομένη, sequentis ob vocis ὁμοιοτέλευτον. D.

μεταθεμένη ὅπερ ἦν, τῷ[1] ὁμοίως διαιτᾶσθαι τοῖς τῆς βασιλείας υἱοῖς τῆς εἰς τὴν θυγατέρα, ὡς ἠξίωσεν, ἔτυχεν ἰάσεως. οὐ γὰρ ἂν ἐθνικὴν οὖσαν καὶ ἐπὶ τῇ αὐτῇ πολιτείᾳ[2] μένουσαν ὁ τὴν ἀρχὴν διὰ τὸ μὴ ἐξεῖναι θεραπεύειν[3] ὡς ἐθνικὴν μείνασαν ἐθεράπευσεν.

XX. Αὐτὴ οὖν τὴν νόμιμον[4] ἀναδεξαμένη πολιτείαν ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἀνδρὸς ἐναντία φρονοῦντος ἡμῖν μετὰ τῆς ἰαθείσης θυγατρὸς ἰδίων οἴκων ἐκβέβληται. ἡ δὲ εὐγνωμονοῦσα πρὸς τὰς συνθήκας, καὶ ἐν περιουσίᾳ βίου ὑπάρχουσα, αὐτὴ[5] μὲν χήρα ἔμεινεν, τὸ δὲ θυγάτριον αὐτῆς ἀνδρί τινι εὐγνωμονοῦντι πρὸς τὴν ἀληθῆ πίστιν καὶ πένητι ὄντι συνηρμόσατο· ἡ δὲ καὶ τῆς θυγατρὸς προφάσει γάμου στερηθεῖσα, δύο παῖδας ὠνησαμένη καὶ παιδεύσασα, εἰς υἱῶν ἔσχε τόπον. ἅτινα τῷ μάγῳ Σίμωνι ἐκ παίδων συμπαιδευθέντα, πάντα τὰ κατ' αὐτὸν ἐκμεμαθήκασιν[6]. τοσαύτη γὰρ αὐτῶν ἦν ἡ φιλία, ὡς καὶ συσπεῦσαι αὐτῷ ἐν πᾶσιν οἷς βούλοιτο[7] αὐτοῖς ἑνοῦν.

XXI. Οὗτοι τῷ ἐνταῦθα ἐπιδημήσαντι Ζακχαίῳ συντυχόντες, καὶ τοῦ τῆς ἀληθείας δι' αὐτοῦ μεταλαβόντες λόγου, ἐπὶ τοῖς πρώτοις νεωτερισμοῖς μεταμεληθέντες, ταχέως τοῦ Σίμωνος καταγνόντες, πάντα αὐτῷ συνειδότες, ἅμα τῷ ἐπιδημῆσαί[8] με ἐνταῦθα, μετὰ τῆς ἀναθρεψαμένης αὐτοὺς

cadentibus (velut canis) particeps facta fuit, mutasset quod erat, utpote eodem ac filii regni usa victu, filiae sanitatem quam petierat obtinuit. Neque enim ethnicam, atque eodem in vitae genere permanentem, sanitate donasset, qui id initio non fecerat, quod non liceret in ethnica facere.

XX. Illa ergo vitam, quae juxta legem ducitur, amplexa, a suo viro, contraria nobis sentiente, cum sanata filia e domo propria ejecta est. Diligens autem ea quae pepigerat, et abundans opibus, ipse quidem mansit vidua, filiam vero suam viro ad veram fidem propenso ac pauperi conjugem dedit. Cumque propter filiam nuptiis se abstineret, duos pueros emens ac educans pro liberis habuit. Qui pueri una cum Simone Mago a teneris annis educti cuncta illius didicerunt. Tanta quippe inter eos erat amicitia, ut cum illo in omnibus concurrerent, in quibus vellet se illis adunare.

XXI. Hi Zacchaeum ibi agentem nacti, ac veritatis sermonem ab eo discentes, acta de prioribus facinoribus poenitentia, brevique Simonem damnantes, ut omnium illius sibi conscii, statim ac ego eo profectus sum, accesserunt ad me una cum eorum educatrice, et a Zacchaeo mihi sunt commendati, atque ex

1. τὸ O.
2. τὴν αὐτὴν πολιτείαν O.
3. μὴ θεραπεύων scribendum esse conj. D. Aut etiam verba ἐθνικὴν μείνασαν mutanda sunt in τοῦτο μὴ ποιήσας. S. Tum ἐθνικήν, ἐθνικήν μείνασαν ἐθεράπευεν C.
4. αὕτη οὖν αὕτη ἡ νόμιμον O.
5. Ita S, αὕτη C O.
6. ἐκμεμαθήκασιν O c. S, ἐκμαθήκασιν C, quod ipse postea emendavit. Tum depromsi ἡ ex O.
7. βούλοιτο O c. S, βούλαιτο C.
8. ἐπιδημῇ O.

προσελθόντες μοι, ὑπ' αὐτοῦ συσταθέντες μοι, καὶ ἔκτοτε πάντοτε σύνεισίν[1] μοι, τῶν τῆς ἀληθείας ἀπολαύοντες μαθημάτων. ταῦτα εἰπὼν ὁ Πέτρος, μεταπεμψάμενος, ἐκέλευσεν αὐτοῖς[2] πάντα μοι τὰ[3] κατὰ τὸν Σίμωνα ἀκριβῶς ἐκτίθεσθαι. οἱ δὲ τὸν Θεὸν μαρτυράμενοι μηδὲν ψεύσασθαι ἐξετίθεντο.

XXII. Ὡς πρῶτος ὁ Ἀκύλας ἤρξατο λέγειν οὕτως. ἄκουσον, ὦ[4] φίλτατε ἡμῖν ἀδελφέ, ὅπως ἀκριβῶς πάντα τὰ κατὰ τὸν ἄνδρα εἰδῇς, τίνος τε ὢν καὶ τίς καὶ πόθεν, τίνα τέ ἐστιν ἃ πράττει, καὶ πῶς καὶ διὰ τί. Σίμων οὗτος πατρὸς μέν ἐστιν Ἀντωνίου, μητρὸς δὲ Ῥαχήλ, Σαμαρεὺς τὸ ἔθνος, ἀπὸ Γιτθῶν[5] κώμης, τῆς πόλεως ἀπεχούσης σχοίνους ἕξ. οὗτος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῇ πρὸς Αἴγυπτον γεγονὼς ἑλληνικῇ παιδείᾳ[6] πάνυ ἐξασκήσας ἑαυτὸν καὶ μαγείᾳ πολὺ δυνηθεὶς καὶ φρενωθεὶς[7] θέλει νομίζεσθαι ἀνωτάτη τις εἶναι δύναμις καὶ αὐτοῦ τοῦ τὸν κόσμον κτίσαντος Θεοῦ· ἐνίοτε δὲ καί Χριστὸν ἑαυτὸν αἰνισσόμενος, ἑστῶτα[8] προσαγορεύει. ταύτῃ δὲ τῇ προσαγορείᾳ[9] κέχρηται, ὡς δὴ στησόμενος ἀεί, καὶ αἰτίαν φθορᾶς, ὥστε[10] τὸ σῶμα πεσεῖν, οὐκ ἔχων. καὶ οὔτε Θεόν, τὸν κτίσαντα τὸν κόσμον, ἀνώτατον εἶναι λέγει, οὔτε[11] νεκροὺς ἐγερθήσεσθαι πιστεύει.

eo tempore mecum semper commorantur, praeceptorum veritatis participes. Haec cum dixisset Petrus, vocatis illis praecepit, ut mihi omnia ad Simonem pertinentia diligenter exponerent. At illi, Deum attestati, se nullatenus mentituros, enarrarunt.

XXII. Et prior Aquila coepit ita dicere: Audi, carissime nobis frater, ut accurate cognoscas omnia viri illius, cujusnam sit, et quis et unde, et quaenam sint quae facit, et quo modo, quamque ob causam. Hic Simon patre quidem Antonio, matre vero Rachele ortus est; natione Samaritanus, ex Gitthis, vico qui sex schoenis ab urbe distat. Is Alexandriae ad Nilum versatus graeca disciplina cum multum se exercuerit, et arte magica polleat, mente elatus, se vult existimari esse Virtutem supremam, ipso quoque Deo mundi conditore superiorem. Interdum vero se Christum significans, Stantem appellat. Eam autem appellationem usurpavit, quasi qui exstiturus semper sit, nec habeat corruptionis causam, ut corpore concidat. Neque vero Deum, mundi creatorem, supremum esse ait: nec mortuos excitatum iri credit. Hierosoly-

1. αὐτοὺς προσελθόντες ἔκτοτε σύνεισί O, interpositis verbis omissis.

2. ἐκέλευσε πάντα sine αὐτοῖς O.

3. τὰ om. C.

4. ὦ deest in O. Cotelerium edidisse μετὰ τ. ἄν. male notat S: in Clericum animadvertendum erat.

5. Ita Ruf. et O, γένος, ἀπὸ Γετθῶν C. Et Epit. c. 25 Γιτθῶν, var. lect. ibidem Γητθῶν.

6. Vbb. τῇ πρὸς Αἴγυπτον γεγονὼς ἑλληνικῇ παιδείᾳ recepi ex O.

7. φενορωθεὶς O, qui subinde θέλει cum Epit. c. 25, θέλειν C.

8. ἕσθ' ὅτε O. Cfr. Baurii Gnosin p. 404 seqq. 308. S.

9. προσηγορίᾳ C.

10. ὥστε inseruit S ex Epit. l. c.

11. Ita S ex Epit. l. c. οὐ C. O. Deinde ἐγερθήσεσθαι p. ἐγηγέρθαι c. O.

τὴν Ἱερουσαλὴμ ἀρνεῖται, τὸ Γαριζὶν[1] ὄρος ἀντεισφέρει. ἀντὶ τοῦ ὄντως[2] Χριστοῦ ἡμῶν ἑαυτὸν ἀναγορεύει. τὰ δὲ τοῦ νόμου ἰδίᾳ προλήψει ἀλληγορεῖ[4]. καὶ κρίσιν ἔσεσθαι μὲν λέγει, οὐ προσδοκᾷ δέ. οὐ γὰρ ἂν ὑπὸ Θεοῦ κριθήσεσθαι πεπεισμένος[4], μέχρι αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ ἀσεβεῖν ἐτόλμα. ὅθεν ἔνιοι μὴ εἰδότες, ὅτι προκαταλύμματι[5] τῇ θεοσεβείᾳ κεχρημένος ὑποσυλᾷ τὰ τῆς ἀληθείας, καὶ τὴν ὁπώσποτε ὑπ'[6] αὐτοῦ ἐλπίδα καὶ κρίσιν λεγομένην ἔσεσθαι, ὡς πιστῷ[7] πιστεύοντες ἀπόλλυνται.

XXIII. Τὸ δὲ παρεισελθεῖν αὐτὸν εἰς τὸν τῆς ἀσεβείας[8] λόγον, γέγονεν οὕτως· Ἰωάννης τις ἐγένετο ἡμεροβαπτιστής[9], ὃς καὶ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ κατὰ τὸν τῆς συζυγίας λόγον ἐγένετο πρόοδος· καὶ ὥσπερ τῷ κυρίῳ γεγόνασιν δώδεκα ἀπόστολοι, τῶν τοῦ ἡλίου δώδεκα μηνῶν φέροντες τὸν ἀριθμόν, ὡσαύτως καὶ αὐτῷ ἔξαρχοι ἄνδρες γεγόνασι τριάκοντα, τὸν μηνιαῖον τῆς σελήνης ἀποπληροῦντες λόγον. ἐν ᾧ ἀριθμῷ μία τις ἦν γυνὴ λεγομένη Ἑλένη, ἵνα μηδὲ τοῦτο[10] ἀνοικονόμητον ᾖ. ἥμισυ γὰρ ἀνδρὸς οὖσα ἡ[11] γυνὴ ἀτελῆ τὸν τῆς τριακοντάδος τέθεικεν ἀριθμόν, ὥσπερ καὶ τῆς σελήνης[12], ἧς ἡ πορεία τοῦ μηνὸς[13] οὐ τέλειον ποιεῖται τὸν δρόμον.

mam negat, montemque Garizimum substituit. Pro vere Christo nostro seipsum praedicat. Legem propria praesumtione aliter interpretatur. Et judicium dicit quidem fore verum non exspectat. Persuasum enim habens, Deum non esse judicaturum, usque ad Deum ipsum impietatem suam ausus est extendere. Unde nonnulli, nescientes quod pietate erga Deum ut praetextu abutens, veritatem occulte depraedatur, qui ut credenti credant eam, quae quomodocumque ab eo dicitur, spem ac judicationem, pereunt.

XXIII. Ut autem ipse religionis opinionem invaderet, factum est ita. Johannes quidam exstitit, qui singulis diebus baptizaret, quique Domini nostri Jesu secundum conjugationis rationem fuit praecursor: et quemadmodum Dominus habuit duodecim Apostolos, duodecim mensium solis gerentes numerum, similiter is triginta viros principes habuit, menstruam lunae rationem implentes. Quo in numero una quaedam erat mulier dicta Helena; ut ne hoc quidem absque mysterio esset. Cum enim mulier dimidium sit viri, imperfectum tricenarii constituit numerum, sicut, et in luna, cujus incessus non perfectum

1. Γαριζεὶν C.
2. ὄντος O.
3. ἀλληγορεῖς O.
4. πεπιστευμένοις O.
5. προκαταλήμματι C. προκαλύμματι D. Ceterum προλήμμα eodem sensu occurrit. Cfr. Hom. VIII, 23. S.
6. ὑπὸ O.
7. πιστῶς C.
8. αὐτὸν τὸν τῆς θεοσεβείας C.
9. ἡμεροβαπτισθεὶς O.
10. Simili modo corona, quae Simonis Magi dicebatur, imperfectam referebat rotunditatem, ad modum lunae in cornua coeuntis. C.
11. ἡ adjunxi c. O.
12. Legatur ἡ σελήνη, quod postulat orationis series. D.
13. μὴ O.

τούτων δὲ τῶν τριάκοντα τῷ Ἰωάννῃ[1] πρῶτος καὶ δοκιμώτατος ἦν ὁ Σίμων, ὃς καὶ τοῦ μὴ ἄρξαι αὐτὸν μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ[2] Ἰωάννου αἰτίαν ἔσχε ταύτην.

XXIV. Ἀποδημοῦντος γὰρ αὐτοῦ εἰς Αἴγυπτον ἐπὶ τὴν τῆς μαγείας ἐπάσκησιν, τοῦ Ἰωάννου ἀναιρεθέντος, Δοσίθεός[3] τις τῆς ἀρχῆς ὀρεγόμενος, θάνατον αὐτοῦ ψευδῆ καταγγείλας, διαδέχεται τὴν αἵρεσιν. ὁ δὲ Σίμων μετ' οὐ πολὺ ἐπελθὼν καὶ τοῦ τόπου ὡς ἰδίου μεγάλως ἀντεχόμενος, τῷ Δοσιθέῳ συντυχὼν τὸν μὲν τόπον οὐκ ἀπῄτει, εἰδὼς ὅτι ὁ φθάσας τῆς ἀρχῆς παρὰ προαίρεσιν οὐ καθαιρεῖται. διὸ μετὰ προσποιητοῦ φιλίας ἐπ' ὀλίγον μὲν εἰς τὸν δεύτερον τοῦ Δοσιθέου τόπον δίδωσιν ἑαυτόν. ταχεὶς δὲ μετ' οὐ πολλὰς ἡμέρας τοῖς τριάκοντα συμμαθηταῖς, ὑποδιαβάλλειν ἤρξατο τὸν Δοσίθεον, ὡς μὴ παραδιδόντα γνησίως τὰ μαθήματα. καὶ τοῦτο ποιεῖν ἔλεγεν αὐτὸν οὐχ ὡς φθονοῦντα, ἀλλ' ὡς[4] ἀγνοοῦντα. καί ποτε ὁ Δοσίθεος, ὑπαισθόμενος τὴν τοῦ Σίμωνος ἔντεχνον διαβολήν, λύουσαν[5] αὐτοῦ τὴν πρὸς τοὺς πολλοὺς ὑπόνοιαν, τοῦ μὴ αὐτὸν εἶναι νομίζειν τὸν ἑστῶτα, θυμῷ ἐπὶ τὴν συνήθη[6] παραγενόμενος διατριβὴν ῥάβδῳ παίει εὑρὼν τὸν Σίμωνα, ἡ δὲ ὥσπερ καπνοῦ

mensis cursum conficit. Porro horum triginta Johanni primus ac probatissimus erat Simon: qui quidem quo minus post mortem Johannis princeps declaratus sit, hoc in causa fuit.

XXIV. Nam ipso peregre in Aegyptum profecto, propter magiae exercitationem, Johanne occiso, Dositheus quidam principatus appetens, cum ipsius Simonis mortem falso annunciasset, factus est sectae successor. At Simon paulo post reversus, et eum locum tamquam proprium affectans vehementer, nactus Dositheum locum quidem non repetiit, sciens, hominem qui contra ipsius voluntatem occupaverat principatum, non depositum iri. Quare per simulatam amicitiam brevi quidem in secundum a Dositheo locum irrepsit. Non multos autem post dies, intra numerum triginta condiscipulorum collocatus, coepit Dositheo derogare, tamquam qui non germane doctrinam traderet. Idque eum asserebat non invidia facere, sed inscientia. et aliquando Dositheus, Simonis artificiosam sentiens obtrectationem, eo tendentem, ut aboleretur plurimorum opinio, neque amplius ipse putaretur esse Stans, furore commotus, cum ad scholam solito convenisset, virga Simonem inventum verberat: at per

1. τῷ Ἰωάννῃ om. O.

2. τοῦ om. O.

3. δοσίθεός O constanter, Δωσίθεός C. Idem subinde τις ut voluit S, τε C.

4. ὡς addidi c. O.

5. Lege φύουσαν, „quae de illo apud multos suspicionem crearet.“ D. Rufini versio (Recogn. II, 11.) haec est: „verum Dositheus, ubi sibi derogari sensit a Simone, verens, ne opinio sua obscuraretur apud homines, qui eum putabant, ipsum esse Stantem.“ Cum hac interpretatione constare potest lectio vulgata, modo αὐτοῦ τὴν mutetur in τὴν αὐτοῦ. Eodem sensu προσεκλύειν legitur Hom. III, 2, ἐκλύειν XVII, 6. Quid ὑπόνοια significet, intelligitur ex seqq. S.

6. συνήθειαν O.

τοῦ Σίμωνος διελθεῖν ἔδοξε σῶμα. ἐπὶ τούτῳ[1] καταπλαγεὶς ὁ Δοσίθεος λέγει αὐτῷ, εἰ σὺ εἶ[2] ὁ ἑστώς, καὶ προσκυνῶ[3] σε. τοῦ Σίμωνος εἰπόντος, ἐγώ εἰμι, ὁ Δοσίθεος ἑαυτὸν γνοὺς οὐκ ὄντα τὸν ἑστῶτα, πεσὼν προσεκύνησεν, καὶ τοῖς εἰκοσιεννέα ἐξάρχοις συγκαταβαλὼν ἑαυτὸν εἰς τὸν ἑαυτοῦ τῆς ὑπονοίας τόπον ἔστησε τὸν Σίμωνα, καὶ οὕτως μετ' οὐ πολλὰς ἡμέρας ὁ Δοσίθεος, ἐκείνου στάντος, αὐτὸς πεσὼν ἐτελεύτησεν.

XXV. Ὁ δὲ Σίμων τὴν Ἑλένην παραλαβὼν ἐκπεριέρχεται[4], καὶ μέχρι τοῦ δεῦρο, ὡς ὁρᾷς, ἀναστατεῖ τοὺς ὄχλους. αὐτὴν δὲ τὴν Ἑλένην ἀπὸ τῶν ἀνωτάτω[5] οὐρανῶν κατενηνοχέναι λέγει τῷ κόσμῳ, κυρίαν οὖσαν, ὡς παμμήτορα[6] οὐσίαν καὶ σοφίαν, ἧς ἕνεκεν, φησίν, Ἕλληνές τε καὶ βάρβαροι ἐμαχέσαντο, εἰκόνα φαντασθέντες ἀληθείας[7], ἡ γὰρ ὄντως οὖσα τότε παρὰ τῷ πρωτίστῳ ὑπῆρχε Θεῷ. πλὴν τοιαῦτά τινα ἑλληνικοῖς μύθοις συμπεπλασμένα πιθανῶς ἀλληγορῶν ἀπατᾷ πολλούς, ἐξαιρέτως πολλὰ τερατώδη θαυμάσια ποιῶν, ὡς εἰ μὴ ᾔδειμεν ὅτι μαγείᾳ ταῦτα ποιεῖ, ἠπατήθημεν ἂν καὶ αὐτοί. ἀλλ' ἐπειδὴ συνεργοὶ αὐτοῦ ἦμεν τὸ καταρχάς[8], ὅτε τὰ τοιαῦτα ποιῶν τὸ τῆς θεοσεβείας οὐκ ἠδίκει μέρος, νῦν

corpus Simonis, quasi per fumum, visa est virga transire: super quo obstupefactus Dositheus ait ad eum: dic mihi, si tu es Stans, ut adorem te. Cumque Simon respondisset: ego sum, Dositheus videns, se non esse Stantem, cecidit et adoravit eum; atque in numerum viginti novem principum virorum se dejiciens, in eum locum qui ei opinione tributus fuerat constituit Simonem: sicque non multo post Dositheus, illo stante, ipse concidens defunctus est.

XXV. Simon vero, accepta Helena, circuit; et usque ad praesens, ut vides, turbas decipit ac commovet. Helenam vero dicit de supremis coelis in mundum deductam fuisse, atque esse Dominam, quasi cunctorum genitricem essentiam ac sapientiam: pro qua, inquit, graeci et barbari conflixerunt, imaginem opinantes veritatis: quae enim revera est, tunc apud illum primum omnium habitabat Deum. Et haec atque alia his similia, ex graecis fabulis conficta, persuasibiliter interpretans, decipit multos: cum praecipue edat multa prodigiosa miracula; ita ut nisi cognovissemus, illa eum per magiam efficere ipsi quoque fuissemus decepti. Illius equidem adjutores principio eramus,

1. τούτου O.
2. εἶ om. O.
3. Ita O c. S, προσκύνω C.
4. περιέρχεται C.
5. ἀνωτάτων C.
6. Ita D suffragante O, παμμητέρα C.
7. Alludit noster ad eorum sententiam, qui non Helenam, sed ejus duntaxat imaginem Trojae fuisse statuerunt, cum Graeci Barbarique sibi mutuas ejus causa clades facerent. Vid. Plat. de Rep. IX. [586, C: ὥσπερ τὸ τῆς Ἑλήνης εἴδωλον ὑπὸ τῶν ἐν Τροίᾳ Στησίχορός φησι γενέσθαι περιμάχητον ἀγνοίᾳ τοῦ ἀληθοῦς], Sext. Emp. adv. Matth. VII, 180. 255 et Barnesium ad Eurip. Hel. v. 33. D. Adde Schol. ad Lycophr. v. 113. et interpr. ad Herod. II, 112 seqq. S.
8. κατ' ἀρχὰς O.

ὅτε πολυμανὴς[1] τοὺς ἐν θεοσεβείᾳ ἀπατᾶν[2] ἐπιχειρεῖν ἤρξατο, ἀπέστημεν αὐτοῦ.

XXVI. Καὶ γὰρ μιαιφονεῖν ἤρξατο, ὡς αὐτὸς ἔτι ὡς φίλος[3] φίλοις ἐξέφηνεν[4], ὅτι παιδίου ψυχὴν τοῦ ἰδίου σώματος χωρίσας ἀποῤῥήτοις ὅρκοις, συνεργὸν πρὸς τὴν τῶν αὐτῷ δοκούντων φαντασίαν, τὸν δὲ[5] παῖδα διαγράψας ἐπὶ εἰκόνος, ἐνδοτέρῳ οἴκῳ ὅπου αὐτὸς ὑπνοῖ ἀνατεθειμένην ἔχει, φάσκων, ποτὲ τοῦτον ἐξ ἀέρος πλάσας[6] θείαις τροπαῖς καὶ τὸ εἶδος ἀναγράψας ἀποδεδωκέναι[7] πάλιν τῷ ἀέρι. τὴν δὲ πρᾶξιν ἑρμηνεύει οὕτως πεποιηκέναι. πρῶτον τὸ[8] ἀνθρώπου πνεῦμα λέγει τραπὲν εἰς θερμὴν φύσιν τὸν περικείμενον αὐτῷ σικύας δίκην ἐπισπασάμενον συμπιεῖν[9] ἀέρα, εἶτα ἔνδοθεν τῆς τοῦ πνεύματος ἰδέας[10] γενόμενον αὐτὸν τρέψαι εἰς ὕδωρ. ὑπὸ δὲ τῆς[11] συνεχείας τοῦ πνεύματος χυθῆναι μὴ δυνάμενον, εἰς αἵματος φύσιν μετατρέπειν ἔφασκε τὸν ἐν αὐτῷ ἀέρα, τὸ δὲ αἷμα πῆξαν τὰς σάρκας ποιῆσαι· εἶθ' οὕτως τῆς σαρκὸς παγείσης ἄνθρωπον οὐκ ἀπὸ γῆς, ἀλλὰ[12] ἐξ ἀέρος ἀναδεῖξαι. καὶ οὕτως ἑαυτὸν πείσας καινὸν ἄνθρω-

quando ista faciens, religionis partes injuria non afficiebat. Jam vero, cum vesanus coepit imponere velle viris religiosis, ab eo recessimus.

XXVI. Etenim caede se inquinare coeperat; sicut ipse adhuc amicis nobis velut amicus patefecit, quod cum pueri animam a proprio corpore separasset infandis adjuramentis, futuram adjutricem ad eorum quae ipse vellet repraesentationem, pueroque in imagine delineato, consecratam haberet imaginem in aede interiori, ubi ipse dormiret: dicens se aliquando hunc ex aëre formasse, divinis conversionibus, et imagine ejus depicta, rursus aëri reddidisse. Rem vero ita factam interpretatur. Ait quod primo hominis spiritus, versus in naturam calidi, circumstantem aërem, sicut cucurbitula facit, attractum imbibit: quem deinde intra spiritus formam positum ipse Simon in aquam vertit; cumque aër in spiritu consistens ob spiritus continuitatem effundi nequeat, eumdem convertit in sanguinem: et ex sanguine concreto carnem fecit; sicque postea carne solidata, hominem non e terra, sed ex aëre protulit. Atque hunc

1. Ita S ex Epit. c. 27, πολυμανεὶς C, πολὺ μανεὶς O.

2. ἀπατᾶν O c. C, ἀπατῶν Cl et S, qui conjecturam suam in recensione Coteleriana jam evulgatam invenire potuisset.

3. ὢν φίλος scribendum esse conjectaverim ex Epit. c. 27: ὡς αὐτὸς ἔτι φίλοις οὖσιν ὑμῖν οἷα φίλος ἐξέφανεν. S.

4. Ita S, ἐξέφανεν C O.

5. δὲ om. O.

6. Fortasse leg. πλάσαι. S.

7. Post ἀποδεδωκέναι C exh. λέγει, quod ejeci c. O.

8. τοῦ C. qui deinceps θερμοῦ.

9. Ita O et ex conject. C, συμπεῖν id. in textu.

10. εἰδέας C. Tum S αὐτὸν in versione falso refert ad Simonem, quum referendum sit ad aërem. Quare frustra conjicit, scribendum esse infra πήξαντα p. πῆξαν.

11. τῆς addidi c. O. Tum εἰς αἵμ. φύσιν C.

12. ἀλλ' C.

που δύνασθαι ποιῆσαι, τὰς τροπὰς ἀναλύων πάλιν ἀποδεδωκέναι ἔλεγε τῷ ἀέρι. καὶ ταῦτα μὲν ἄλλοις λέγων ἐπιστεύετο, ὑφ' ἡμῶν δὲ τῶν ἐπὶ τελετῇ συμπαρόντων εὐσεβῶς ἠπιστεῖτο. διὸ ἀσεβείας καταγνόντες ἀπέστημεν αὐτοῦ [1].

XXVII. Ταῦτα τοῦ Ἀκύλα εἰπόντος ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Νικήτης ἔφη· Ἀναγκαῖόν ἐστιν, ἀδελφὲ ἡμῶν Κλήμης, τὰ παραλειφθέντα τῷ Ἀκύλᾳ ἐμὲ ὑπομνῆσαι. πρῶτον μὲν γὰρ μάρτυς ὁ Θεὸς ὡς οὐδὲν αὐτῷ ἡμεῖς συνειργασάμεθα ἀσεβές, ἀλλ' ὅτι αὐτοῦ πράσσοντος ἱστορήσαμεν [2]· καὶ μέχρις ὅτε ἀβλαβῆ ποιῶν ἐπεδείκνυτο, καὶ ἐτερπόμεθα, ὅτε δὲ τὰ μαγείᾳ γινόμενα θειότητι [3] ποιεῖν πρὸς ἀπάτην θεοσεβῶν ἔλεγεν, οὐκέτι [4] αὐτοῦ ἠνεσχόμεθα καίτοι πολλὰ ἐπαγγελλομένου ἡμῖν, πρῶτον μὲν ναὸν καὶ ἀνδριάντας ἡμῶν κατασκευασθῆναι [5] καὶ θεοὺς νομισθῆναι καὶ ὑπὸ ὄχλων προσκυνηθῆναι καὶ ὑπὸ βασιλέων δοξασθῆναι καὶ δημοσίων τιμῶν καταξιωθῆναι καὶ χρήμασιν ἀπεριορίστοις πλουτῆσαι.

XXVIII. Ταῦτά τε καὶ τὰ τούτοις μείζονα [6] νομιζόμενα ἡμῖν ὑπέσχετο [7], μόνον ἵνα συνόντες αὐτῷ τὸ τῆς ἐγχειρήσεως κακὸν σιωπῶμεν, ἵνα αὐτῷ τὰ τῆς ἀπάτης προκόπτῃ, καὶ ὅμως οὐ συνεθέμεθα, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν

in modum sibi persuadens, potuisse a se creari novum hominem, ait se eum, resolutis conversionibus, rursum aëri reddidisse. Quae cum aliis diceret, credebatur; a nobis vero, qui adfueramus ejus mysteriis, pie non credebatur. Quapropter damnata impietate abscessimus ab eo.

XXVII. Haec cum Aquila dixisset, frater ejus Nicetas ait: necesse est, frater noster Clemens, ea me commemorare, quae ab Aquila praetermissa sunt. Primo equidem Deus testis est, nos in nullo opere impio eum adjuvisse, sed, illo faciente tantum spectasse. Et quamdiu opera innoxia edebat, delectabamur sane: quando autem quae per magiam fiebant, per divinitatem se facere, ad pios homines decipiendos dixit, non amplius eum passi sumus, quamvis multa nobis promitteret: primum quidem fore ut templum nobis et statuae erigerentur, utque Dii existimaremur, et a populis coleremur; et a regibus magnificaremur, atque donaremur publicis honoribus, nec non infinita vi pecuniae ditesceremus.

XXVIII. Haec, et alia quae putantur majora, nobis pollicebatur, modo ut cum eo viventes pravum ejus molimen taceremus, quo fraus ei succederet. Attamen assensi non sumus: quin immo consilium dedimus, ut ab ista vecordia

1. ἀπέστημεν ἀπ' αὐτοῦ C.
2. ἱστορήκαμεν C. Deest καὶ ante ἐτερπόμεθα in O.
3. θεότητι C.
4. οὐκ ἔτι C.
5. Ita Epit. c. 29 et O, ναῶν ἀνδριάντας ἡμῶν καταξιωθῆναι C.
6. μείζονα addit Epit. c. 29, quam seq. S.
7. Non Cot., ut S parum accurate adnotat, sed Cl edidit ὑπέχετο.

τῆς τοιαύτης ἀπονοίας παύεσθαι [1] συνεβουλεύσαμεν, λέγοντες αὐτῷ· ἡμεῖς, Σίμων, τῆς ἐκ παίδων φιλίας πρός σε μεμνημένοι, στέργοντές σε [2], τὰ συμφέροντα συμβουλεύομεν· παῦσαι τῆς τοιαύτης τόλμης· θεὸς εἶναι οὐ δύνασαι· φοβήθητι τὸν ὄντως Θεόν, γνῶθι ὅτι ἄνθρωπος εἶ καὶ ὅτι σου μικρός ἐστιν ὁ τῆς ζωῆς χρόνος. κἂν μεγάλα [3] πλουτῇς ἢ καὶ βασιλεύσῃς, τῷ τῆς ζωῆς σου μικρῷ χρόνῳ ὀλίγα τυγχάνει πρὸς ἀπόλαυσιν, καὶ ἀσεβῶς πορισθέντα, εὐθέως φεύγοντα, αἰωνίαν κόλασιν περιποιεῖται τῷ τετολμηκότι. διὸ φοβεῖσθαί σοι τὸν Θεὸν συμβουλεύομεν, ὑφ' οὗ κριθῆναι ἔχει ἡ ἑκάστου ψυχὴ περὶ ὧν ἔπραξεν ἐνταῦθα.

XXIX. Ὁ δὲ ταῦτα ἀκούσας ἐγέλασεν. ἡμῶν δὲ εἰπόντων, τί ἡμῶν τά σοι συμφέροντα συμβουλευόντων καταγελᾷς; ἔφη, γελῶ ὑμῶν τὴν μωρὰν ὑπόληψιν, ὅτι πιστεύετε ἀθάνατον εἶναι τὴν τοῦ ἀνθρώπου ψυχήν [4]. κἀγὼ ἔφην, οὐ θαυμάζομεν, ὦ Σίμων, εἰ ἡμᾶς ἀπατᾶν ἐπιχειρεῖς, ἀλλ' ἐκπεπλήγμεθα τίνι λόγῳ καὶ ἑαυτὸν ἀπατᾷς. λέγε μοι ὦ Σίμων, εἰ καὶ τῶν ἄλλων οὐδεὶς πεπληροφόρηται ἀθάνατον εἶναι τὴν ψυχήν, ἀλλ' οὖν γε σὺ καὶ ἡμεῖς, σὺ μὲν ὡς ἀνθρωπείου σώματος χωρίσας αὐτὴν καὶ προσομιλήσας καὶ ἐπιτάξας, ἡμεῖς δὲ ὡς συμπορόντες καὶ τὴν ἐπιταγὴν ἀκούσαντες καί τὸ κελευσθὲν [5] ἐναργῶς ἱστορήσαντες. καὶ ὁ Σίμων ἔφη, ἐγὼ μὲν οἶδα τί λέγετε, ὑμεῖς δὲ οὐκ οἴδατε περὶ τίνων διαλέγεσθε. καὶ ὁ

desisteret, dicentes ei: nos, Simon, amicitiae, quam tecum a pueritia contraximus, memores, teque amantes, utilia consulimus: cessa ab hujusmodi audaci facinore: Deus esse non potes: time eum qui vere Deus est: cognosce, te esse hominem, breveque esse tempus vitae tuae. Quamquam admodum locuples vel etiam rex evadas, exiguo vitae spatio pauca sunt quibus frueris: et quae impie parta sunt, cum cito fugiant, aeternum supplicium homini sceleroso comparant. Quare auctores tibi sumus, Deum verearis, a quo judicari debet uniuscujusque anima pro iis quae hic gessit.

XXIX. Haec ille audiens risit. Cumque diceremus: cur nos irrides, qui tibi utilia suademus? Rideo, inquit, stultam opinionem vestram, quod credatis immortalem esse animam hominis. Et ego respondi: non miramur, o Simon, si fallere nos conaris, sed obstupescimus, qua ratione etiam teipsum decipias. Effare mihi, Simon, etsi aliorum nemo compertum habeat, animam esse immortalem, tu tamen et nos habemus: tu quidem, ut qui eam a corpore humano diremisti, qui collocutus es, qui imperasti: nos vero, ut qui adfuimus, et imperium audivimus, et quod jussum est vidimus clare. Et Simon dixit: ego quidem scio quid dicatis, vos autem nescitis de quibus loquamini. Et dixit

1. παύσασθαι C.
2. Ita Cod. 804 et O, τε C.
3. μέγα C.
4. τὴν τοῦ ἀνθ. ψ. C, qui deinceps ἀπατᾶν ἡμᾶς.
5. Ita O c. S, κελευθὲν C. Ante Σίμων addidi καὶ ὁ c. O.

Νικήτης ἔφη, ἐπεὶ οἶδας, λέγε, εἰ δὲ μὴ οἶδας, μὴ δόκει ἡμᾶς τῷ λέγειν σε μὲν εἰδέναι, ἡμᾶς δὲ μή, ἀπατᾶσθαι δύνασθαι. οὐ γάρ ἐσμεν οὕτως νήπιοι, ἵνα πανοῦργον ἐνσπείρῃς ἡμῖν[1] ὑποψίαν τοῦ νομίζειν σέ τι τῶν ἀπορρήτων εἰδέναι, καὶ οὕτως ἐπιθυμίᾳ κολαζομένους ἡμᾶς ὑποχειρίους λαβὼν ἔχῃς.

XXX. Καὶ ὁ Σίμων ἔφη· ὅτι μὲν ἐχώρισα ψυχὴν ἀνθρωπείου σώματος, οἶδα ὑμᾶς εἰδότας, ὅτι δὲ οὐχ ἡ τοῦ τεθνεῶτος ψυχὴ ὑπουργεῖ, ἐπεὶ μὴ ὑπάρχει, ἀλλὰ δαίμων τις ὑποκρινόμενος αὐτὸς εἶναι ψυχὴ ἐνεργεῖ, οἶδα ὑμᾶς ἀγνοοῦντας. καὶ ὁ Νικήτης ἔφη, πολλὰ ἐν τῷ βίῳ τούτῳ[2] ἠκούσαμεν ἄπιστα, τούτου δὲ τοῦ λόγου ἀνοητότερον οὐ προσεδοκήσαμεν ἀκοῦσαι. εἰ γὰρ δαίμων ὑποκρίνεται τοῦ τεθνεῶτος εἶναι[3] ἡ ψυχή, τίς τῆς ψυχῆς χρεία γίνεται, ἵνα χωρισθῇ τοῦ σώματος; οὐκ αὐτοὶ δὲ παρόντες ἠκούσαμέν σου, τοῦ σκήνους τὴν ψυχὴν ὁρκίζοντος; πῶς δὲ καὶ ἄλλου ὁρκιζομένου ἕτερος μὴ ὁρκισθεὶς ὡς φοβηθεὶς ὑπακούει; οὐκ ἐξετασθεὶς[4] δὲ καὶ σὺ ὑφ' ἡμῶν ποτε, διὰ τί ἐνίοτε καὶ παύονται αἱ παρεδρίαι[5], ἔφης ὅτι ψυχὴ πληρώσασα τὸν ὑπὲρ γῆς χρόνον, ὃν ἤμελλεν ἐν σώματι διατελεῖν, εἰς ᾅδην πορεύεται· προσετίθης δὲ λέγων, ὅτι τῶν ἰδίῳ θανάτῳ τελευτησάντων αἱ ψυχαί, ἐπειδὴ αὐτόθι εἰς ᾅδην χωρήσασαι φρουροῦνται, οὐκ εὐκόπως ἐλθεῖν ἀφίενται[6];

Nicetas: quandoquidem scis, edissere: quod si nescis, ne existimes decipi nos posse, dum ais, te quidem scire, nos autem nequaquam. Adeo enim stolidi non sumus, ut nobis vafram inferas suspicionem, qua existimemus aliquid ineffabilium cognosci a te, atque sic nos, cupiditate detentos, in tuam potestatem redactos teneas.

XXX. Respondit Simon: quod quidem disjunxerim animam ab humano corpore, novi vos scire: quod vero non anima defuncti ministret, cum non exsistat, sed aliquis Daemon, qui se simulat esse animam, operetur, novi vos ignorare. Et Nicetas excepit: in vita nostra multa incredibilia audivimus, hoc tamen sermone amentiorem nos audituros non speravimus. Nam si Daemon fingit se esse animam mortui, quis fuit animae usus, ut a corpore separaretur? Nonne ipsi praesentes audivimus te, cum animam e corpore adjurando evocares? Et qua ratione, uno adjurato, alter non adjuratus tamquam veritus obedit? Nonne etiam tu aliquando a nobis rogatus, cur interdum cessarent assessiones, respondisti: Quia anima, completo super terram tempore quod in corpore peractura erat, ad inferos vadit: ac subjunxisti, animas eorum qui propria morte obierunt, quoniam in inferis hinc secedentes custodiuntur, difficulter permitti venire?

1. ἐνσπείρῃς ἐν ἡμῖν C.
2. τούτῳ subjunxi c. O.
3. εἶναι τοῦ τεθ. C.
4. ἐξητάσθης O.
5. προσεδρεῖαι O. Inter spiritus paredros animae mortuorum ponebantur. Praeter Recogn. II, 13. III, 44 testem damus Justinum Apol. II. p. 65. C.
6. C refert ad Tert. de anim. c. 57.

XXXI. Ταῦτα τοῦ Νικήτου[1] εἰπόντος, Ἀκύλας αὐτὸς πάλιν ἔφη· ἐβουλόμην παρά σου τοῦτο μόνον μαθεῖν, Σίμων, εἴτε ψυχή, εἴτε δαίμων ἐστὶ τὸ ὁρκιζόμενον, τί φοβούμενον οὐ παραπέμπεται τοὺς ὅρκους; καὶ ὁ Σίμων ἔφη· κόλασιν γὰρ παρακούσασα οἶδε μέλλειν παθεῖν. καὶ ὁ Ἀκύλας ἔφη· οὐκοῦν εἰ ὁρκιζομένη ψυχὴ ἔρχεται, καὶ κρίσις γίνεται. εἰ οὖν αἱ ψυχαὶ ἀθάνατοι γίνονται, καὶ κρίσις πάντως γίνεται. ὥστε[2] καὶ τοὺς ἐπὶ κακῇ πράξει ὁρκισθέντας καταδικασθῆναι παρακούσαντας φῇς[3], πῶς οὐ πεφόβησαι σὺ ἀναγκάζειν, τῶν ἀναγκαζομένων ἐπὶ παρακοῇ κολαζομένων; τὸ γὰρ ἤδη σε μὴ παθεῖν ἐφ' οἷς ἔδρασας οὐ θαῦμα[4], ἐπεὶ μήπω κρίσις ἐστίν, ἵνα σὺ μὲν δίκην δῷς περὶ ὧν ἠνάγκασας, τὸ δὲ[5] ἀναγκασθὲν ὑπὸ συγγνώμην γένηται, ὡς τῆς κακῆς πράξεως τὸν ὅρκον προτιμῆσαν. ὁ δὲ ταῦτα[6] ἀκούσας ὠργίσθη, θάνατον ἡμῖν ἀπειλάσας, εἰ μὴ τὰ ὑπ' αὐτοῦ πραττόμενα σιωπῶμεν.

XXXII. Ταῦτα τοῦ Ἀκύλα εἰπόντος, ἐγὼ Κλήμης ἐπυθόμην, τίνα ἄρα ἐστὶν ἃ ποιεῖ θαυμάσια[7]. οἱ δὲ ἔλεγόν μοι, ὅτι ἀνδριάντας ποιεῖ περιπατεῖν, καὶ ἐπὶ πῦρ κυλιόμενος οὐ καίεται· ἐνίοτε δὲ καὶ πέταται· καὶ ἐκ λίθων ἄρτους ποιεῖ· ὄφις γίνεται, εἰς αἶγα μεταμορφοῦται, διπρόσωπος γίνεται, εἰς χρυσὸν μεταβάλλεται· θύρας κεκλεισμένας ἀνοίγει, σίδηρον

XXXI. Haec Nicetas cum protulisset, ipse Aquila iterum dixit: cuperem a te id unum discere, Simon, sive anima sit, sive Daemon id quod adjuratur, cujusnam metu adjurationes non contemnit? Et Simon respondit: etenim poenas persoluturam se intelligit, si non obtemperet. Atque Aquila excepit: itaque si anima adjurata venit, etiam judicium fit. Si ergo animae sunt immortales, omnino et judicium est. Quamobrem si eos quoque, qui in malam actionem sunt adjurati, tumque non obtemperarunt, condemnandos ais, quo modo tu non timuisti cogere, cum, qui coguntur, propter contumaciam poenas luant? Nam te jam non esse multatum pro iis, quae designasti, eo evenit, quoniam judicium nondum est, ut tu quidem poenas des eorum, ad quae coegisti, quod autem coactum est, veniam accipiat, quia malo facinori adjuramentum praetulerit. Simon vero his auditis, ira percitus, mortem, nisi quae gesserat taceremus, minatus est.

XXXII. Postquam Aquila haec dixit, ego Clemens interrogavi, quaenam essent miracula quae faceret. Illi vero responderunt mihi: facit ut statuae ambulent: in igne volutans se non uritur: interdum volat: ex lapidibus panes facit: serpens fit, in capram transformatur: duas facies ostendit: in aurum conver-

Porph. de abst. II, 47. Serv. ad Aeneid. IV, 386.

1. νικήτη O.
2. ὥστ' ἂν C, ὡς ἂν S c. Cl.
3. φῇς add. Epit. c. 32, quam seq. S.
4. οὐ θαῦμα accessit ex O et Epit. c 32.
5. Adsunt in O post δὲ vbb. ταῦτα ἀκούσας expuncta. Tum id. συγγνώμης.
6. τούτων C.
7. Cfr. Anastasius Sinaita Quaestione 20, p. 242; Cedrenus Synopseos p. 173; Nicephorus Hist. Eccl. lib. 2, c. 27. C.

λύει, ἐν δείπνοις εἴδωλα παντοδαπῶν ἰδεῶν[1] παρίστησιν· τὰ ἐν οἰκίᾳ σκεύη ὡς αὐτόματα φερόμενα πρὸς ὑπηρεσίαν βλέπεσθαι ποιεῖ, τῶν φερόντων οὐ βλεπομένων. ταῦτα αὐτῶν λεγόντων ἀκούων ἐθαύμαζον. ἐμαρτύρουν δὲ πολλὰ[2] τὰ τοιαῦτα αὐτοὶ παρόντες[3] ἱστορηκέναι.

XXXIII. Τούτων οὕτως ῥηθέντων ὁ καλὸς Πέτρος καὶ αὐτὸς τοῦ λέγειν ἤρξατο· συνορᾷν ὑμᾶς δεῖ, ἀδελφοί, τοῦ τῆς συζυγίας κανόνος τὴν ἀλήθειαν, οὗ μὴ ἀφιστάμενός τις οὐκ ἔχει πλανηθῆναι. ἐπεὶ γάρ, ὡς ἔφαμεν[4], δυϊκῶς καὶ ἐναντίως πάντα ἔχοντα ὁρῶμεν, καὶ ὡς πρώτη νύξ, εἶτα ἡμέρα, καὶ πρῶτον ἄγνοια, εἶτα γνῶσις, καὶ[5] πρῶτον νόσος, εἶτα ἴασις, οὕτως πρῶτα τὰ τῆς πλάνης τῷ βίῳ ἔρχεται, εἶθ' οὕτως τὸ ἀληθὲς ἐπέρχεται, ὡς τῇ νόσῳ ὁ ἰατρός. αὐτίκα γοῦν τοῦ θεοφιλοῦς ἡμῶν ἔθνους ἀπὸ τῆς τῶν Αἰγυπτίων κακουχίας μέλλοντος λυτροῦσθαι, πρῶτον διὰ τῆς ὀφιωθείσης ῥάβδου, ἥτις τῷ Ἀαρὼν ἐδόθη, αἱ νόσοι ἐγίνοντο, καὶ εἶθ' οὕτως εὐχαῖς Μωυσέως[6] αἱ ἰάσεις ἐπεφέροντο. καὶ νῦν δὲ τῶν ἐθνῶν μελλόντων ἀπὸ τῆς κατὰ[7] τὰ εἴδωλα λυτροῦσθαι θρησκείας, ἡ κακία πάλιν, ὡς αὐτὴ βασιλεύουσα, προλαβοῦσα[8] πρῶτον τὸν ἑαυτῆς ὥσπερ ὄφιν ἔπεμψε σύμμαχον, ὃν ὁρᾶτε Σίμωνα, ποιοῦντα θαυμάσια πρὸς κατάπληξιν καὶ

titur: portas occlusas aperit: ferrum solvit: in conviviis simulacra formarum omnigenum exhibet: facit ut in domo vasa sponte ferri ad ministerium videantur, nec cernantur qui ferunt. Ista memorantes audiens mirabar. Testabantur autem multa talia se vidisse ipsi qui aderant.

XXXIII. His ita enarratis praeclarus Petrus et ipse coepit dicere: considerare vos oportet, fratres, regulae conjugationis veritatem, a qua regula qui non recesserit, non poterit errare. Quoniam scilicet, ut diximus, omnia cernimus sese habere bipartito ac contrarie, et quemadmodum primo est nox, deinde dies, et primum ignorantia, postea cognitio, et primo morbus, inde sanitas, ita primum error mundum occupat, sicque post veritas supervenit, ut medicus morbo. Statim itaque, ac Deo amica gens nostra ab Aegyptiorum vexatione liberanda fuit, prius per eam virgam, quae in serpentem versa fuerat, quaeque tradita erat Aaroni, morbi facti sunt, sicque postea precibus Moysis sanitates sunt inductae. Et nunc quoque, cnm gentes ab idolorum cultu liberari deberent, iterum malitia, quasi ipsa imperans, anticipavit, suumque velut serpentem misit in adjutorium, videlicet quem cernitis Simonem, qui mira facit

1. εἰδεῶν C.

2. πολλοὶ C.

3. Hanc constructionem non admittit lingua graeca, nam scribi debuit αὐτοὺς παρόντας. Sed facilior est emendandi ratio: prorsus enim legendum αὐτόθι παρόντες. D. Sed potest etiam lectio Cod. Reg. ferri, est enim ordo verborum πολλοὶ αὐτοὶ παρόντες ἐμαρτύρουν τὰ τοιαῦτα (nempe ἑαυτοὺς) ἱστορηκέναι. Cl. Fortasse pro αὐτοὶ ponendum est adverb. loci αὐτῇ (idem ac τῇδε) vel αὐτοῦ.

4. Cfr. cap. 15 seqq.

5. καὶ om. C.

6. μωυσέος O.

7. μετὰ tacite scripsit Cl, repetiitque S contra Codd. auctoritatem.

8. προλαβοὺς O.

ἀπάτην, οὐ σημεῖα ἰατικὰ πρὸς ἐπιστροφὴν καὶ σωτηρίαν. διὸ καὶ ὑμᾶς ἀπὸ τῶν γινομένων τεράτων τοὺς ποιοῦντας νοεῖν δεῖ, τίς τίνος ἐστὶν ἐργάτης. ἐὰν ἀνωφελῆ ποιῇ τέρατα, κακίας ἐστὶν ὑπουργός· ἐὰν δὲ ἐπωφελῆ πράττῃ, τοῦ ἀγαθοῦ ἐστιν ἡγεμών.

XXXIV. Τὰ μὲν οὖν ἀνωφελῆ ἐστι σημεῖα, ὅσα αὐτοὶ Σίμωνα εἰρήκατε πεποιηκέναι. λέγω δὲ τὸ ἀνδριάντας αὐτὸν ποιεῖν περιπατεῖν, καὶ τὸ ἐπ' ἀνθράκων αὐτὸν πεπυρωμένων [1] κυλίεσθαι, καὶ δράκοντα γίνεσθαι, εἰς αἶγα μεταμορφωθῆναι, εἰς ἀέρα πτῆναι, καὶ ὅσα τοιαῦτά τινα, εἰς ἴασιν ἀνθρώπων μὴ γινόμενα, προσαπατᾶν [2] φύσιν ἔχει πολλούς. τὰ δὲ τῆς οἰκτίρμονος ἀληθείας σημεῖά ἐστι φιλάνθρωπα, ἅτινα ἠκούσατε τὸν κύριον πεποιηκότα, κἀμὲ μετ' ἐκεῖνον εὐχαῖς κατορθοῦντα· ὧν [3] οἱ πλεῖστοι παρεστήκατε, οἱ μὲν νόσων παντοίων ἀπαλλαγέντες, οἱ δὲ [4] δαιμόνων, οἱ δὲ ὀρθωθέντες χεῖρας, οἱ δὲ πόδας, οἱ δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀπολαβόντες, οἱ δὲ τὰς ἀκοὰς καὶ ἄλλα ὅσα ἄνθρωπος ποιεῖν δύναται, φιλανθρώπου πνεύματος ἴδιος [5] γενόμενος.

XXXV. Ταῦτα τοῦ Πέτρου εἰπόντος, ὑπὸ τὸν ὄρθρον ἐπεισιὼν ἡμῖν Ζακχαῖος προσαγορεύσας ἔφη Πέτρῳ· ἀνατίθεται Σίμων τὴν ζήτησιν εἰς τὴν αὔριον ἡμέραν [6]· ἡ γὰρ σήμερον τὸ δι' ἕνδεκα ἡμερῶν αὐτοῦ τυγχάνει

ad stuporem ac deceptionem, non tamen signa salutaria ad conversionem ac salutem. Quocirca vos oportet ex miraculis, quae fiunt, factores attendere, quis cujusnam sit operarius. Si inutilia miracula edit, malitiae est minister; sin vero utilia, boni est praeses.

XXXIV. Porro inutilia miracula sunt, quae edidisse Simonem dixistis, quod, inquam, statuas faciat ambulare, quod supra carbones ignitos volutet se, quod draco fiat, in capram transformetur, quodque in aëre volet, ac similia alia, quae cum ad sanandos homines non fiant, ad multos fallendos natura comparata sunt. Miracula vero misericordis veritatis humanitatis plena sunt, qualia Dominum fecisse audiistis, meque post illum prece edidisse, quibus multi adfuistis, alii multiplicibus morbis aut daemone liberati, alii vel manibus vel pedibus firmati, alii visu vel auditu donati: et quaecumque alia edere potest vir ad spiritum hominum amantem pertinens.

XXXV. Quae cum dixisset Petrus, sub auroram ad nos ingressus Zacchaeus salutans Petro ait: differt Simon disputationem in diem crastinum: nam hodiernus inter undecim dies ipsius Sabbatum est. Ad quem Petrus respondit:

1. O in textu πεπληρωμένων, in marg. ead. man. correctum in πεπυρωμένων.

2. πρὸς ἀπατᾶν C.

3. ὧν non pendet a παρεστήκατε, ut perperam vertit C, sed ab οἱ πλεῖστοι, et referri debet ad ὑμεῖς, quod latet in ἠκούσατε. S.

4. δὲ ap. C deesse, male asserit S; excidit autem ex Clerici recens.

5. ἴδιος excidit ap. Cl et S.

6. In Recognitionibus suis Rufinus vel aliter legit, vel prave interpretatus est „Differt“, inquit, „Simon certaminis diem in undecimam mensis praesentis, quae est

σάββατον. καὶ πρὸς τοῦτον ὁ Πέτρος ἀπεκρίνατο· λέγε Σίμωνι· ἐπεὶ τελείως θέλεις[1], μετὰ τοῦ γινώσκειν, ὅτι σοι ἡμεῖς, ὅτε βούλει, θεοφιλεῖ προνοίᾳ ἀπαντᾶν ἑτοίμως ἔχομεν. καὶ ὁ μὲν Ζακχαῖος ταῦτα ἀκούσας ἀντιβάλλειν ἐξῄει τὴν ἀπόκρισιν.

XXXVI. Ὁ δὲ ἰδών με ἀθυμοῦντα καὶ τὴν αἰτίαν πυθόμενος καὶ μαθὼν παρ' ἐμοῦ οὐκ ἄλλοθέν ποθεν οὖσαν, ἢ ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν ζήτησιν ἀναβολῆς, ἔφη· ἀγαθῇ Θεοῦ προνοίᾳ ὁ[2] προειληφὼς διοικεῖσθαι τὸν κόσμον, ὦ φίλε Κλήμης, αὐτὸς οὐκ ἄχθεται ἐπὶ τοῖς ὁπωσποτε[3] ἀπαντῶσι πράγμασιν, ἀποδεδωκὼς ὅτι ὑπὸ τῆς τοῦ κρείττονος οἰκονομίας συμφερόντως τὴν ἔκβασιν τὰ πράγματα[4] λαμβάνει· ὅθεν δίκαιον αὐτὸν εἶναι γνοὺς καὶ εὐσυνειδήτως βιοὺς, τὸ προσπίπτον[5] λυπηρὸν οἶδεν ὀρθῷ τῷ λογισμῷ ἀποσείεσθαι[6] τῆς ψυχῆς, ὅτι πρὸς ἀγαθοῦ τινος ἀγνώστου συντελούμενον ἐλθεῖν ἔχει. καὶ νῦν δὲ τοῦ μάγου Σίμωνος ἡ τῆς ζητήσεως ὑπέρθεσις μή σε λυπείτω· ἴσως γὰρ ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας εἰς τὴν σὴν γέγονεν ὠφέλειαν. διὸ ὡς ἰδίῳ σοι ὄντι[7] οὐκ ὀκνήσω λέγειν.

XXXVII. Τῶν ἡμετέρων τινὲς ἑταῖροι[8] τῷ Σίμωνι προσποιητῶς σύνεισιν, ὡς πεισθέντες τῇ ἀθεωτάτῃ[9] αὐτοῦ πλάνῃ, ὅπως μανθάνοντες αὐτοῦ

die Simoni: quando demum voles: et scias, nos paratos esse tibi, cum volueris, divina providentia occurrere. Equidem Zacchaeus his auditis, responsum ut daret, egressus est.

XXXVI. Petrus vero me videns tristem, causamque rogans, cum a me audiisset, non aliunde ortam quam ex disputationis dilatione, ita locutus est: qui mundum optima Dei providentia gubernari existimat, amice Clemens, is non aegre fert quomodocumque occurrentia negotia, secum reputans, quod per Numinis dispensationem res congruenter exitum sortiuntur: unde sciens Deum esse justum, et bene sibi conscius vivens, accidentem molestiam novit ab animo recta ratione abjicere, quoniam ea in fine ad aliquod bonum ignotum perveniet. Et nunc igitur disputationis cum Simone mago dilatio te non contristet. Fortassis enim a Dei providentia in tuam utilitatem contigit. Quocirca, cum mihi sis amicus peculiaris, non tardabo tibi narrare haec.

XXXVII. Nostri quidam sodales cum Simone versantur simulate, quasi impiissimo illius errori adhaereant, quo illius consiliis compertis nobis ea decla-

post septem dies« (I, 20). Loci porro obscuri ac difficilis hic queat esse sensus: „hodiernus enim dies sabbatum ipsius Simonis est, quod singulis quibusque undecim diebus recurrit.« Sed de isto Sabbato Simoniano legisse me memoria non teneo. C.

1. ἐπὶ τέλει, ὡς θέλεις conj. D, ἐπιτέλει, ὡς θέλεις conj. Cl., ἐπιτελειὼς θέλεις O.

2. ὁ praetermisit S.

3. ὅπως ποτε O.

4. τὰ πρ. τ. ἔκβ. C.

5. Ita D accedente O, προπίπτον C.

6. Ita O c. S, ἀποσίεσθαι C.

7. Ita O c. D; ἰδίως οἷόν τε conj. C, in cuj. textu ἰδίως οἰόντι.

8. ἕτεροι O.

9. ἀθεωτάτῃ O c. S; ἀθεοτάτῳ C.

τὰς βουλὰς ἐκφαίνωσιν ἡμῖν, πρὸς τὸ δύνασθαι δεινῷ ἀνδρὶ οἰκείως συναρμόσασθαι. καὶ νῦν παρ' αὐτῶν ἔμαθον, ἧς μέλλει ζητήσεως ποιεῖσθαι τοὺς λόγους· καὶ γνοὺς ἐπὶ τούτῳ τῷ μὲν Θεῷ ηὐχαρίστησα [1], σὲ δὲ ἐμακάρισα ἐπὶ τῇ τῆς ζητήσεως ὑπερθέσει· τῶν γὰρ μελλόντων[2] λόγων ὑπ' αὐτοῦ πρὸς διάκρισιν τῶν ἀγνοούντων λέγεσθαι σὺ πρὸ τῆς ζητήσεως ἐφοδιασθεὶς ὑπ' ἐμοῦ ἄπτωτος ἀκροατὴς γενέσθαι δυνήσῃ.

XXXVIII. Πολλὰ γὰρ ψευδῆ κατὰ τοῦ Θεοῦ προσέλαβον αἱ γραφαὶ λόγῳ τούτῳ. τοῦ προφήτου Μωυσέως[3] γνώμῃ τοῦ Θεοῦ ἐκλεκτοῖς τισιν ἑβδομήκοντα τὸν νόμον σὺν ταῖς ἐπιλύσεσι παραδεδωκότος πρὸς τὸ καὶ αὐτοὺς ἐφοδιάζειν τοῦ λαοῦ τοὺς βουλομένους, μετ' οὐ πολὺ γραφεὶς ὁ νόμος προσέλαβέ τινα καὶ ψευδῆ κατὰ τοῦ μόνου[4] Θεοῦ, τοῦ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς δημιουργήσαντος, τοῦτο τοῦ πονηροῦ δικαίῳ τινὶ λόγῳ[5] ἐνεργῆσαι τετολμηκότος. καὶ τοῦτο γέγονε λόγῳ καὶ κρίσει, ὅπως ἐλεγχθῶσι, τίνες τολμῶσι τὰ κατὰ τοῦ Θεοῦ[6] γραφέντα φιληκόως ἔχειν, τίνες τε στοργῇ τῇ πρὸς αὐτὸν τὰ κατ' αὐτοῦ λεγόμενα μὴ μόνον ἀπιστεῖν, ἀλλὰ μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἀκούειν ἀνέχεσθαι, κἂν ἀληθῆ τυγχάνῃ, πολλῷ κρίναντες ἀσφαλέστερον περὶ εὐφήμου πίστεως κινδυνεύειν, ἢ ἐπὶ βλασφήμοις λόγοις δυσσυνειδήτως[7] βιοῦν.

XXXIX. Ὁ οὖν Σίμων τὰς κατὰ τοῦ Θεοῦ ἐν ταῖς γραφαῖς πειρασμοῦ

rent, sicque cum viro callido apte et congruenter possimus agere. Atque nunc ab illis accepi, qua de re in disputatione locuturus sit: ob quam notitiam Deo gratias egi: te vero beatum judico, quod dilata fuerit disputatio; nam sermonum, qui ab ipso ad imperitorum judicium proferentur, tu ante disputationem a me instructus poteris esse auditor firmus ac stabilis.

XXXVIII. Multa quippe mendacia contra Deum accepit Scriptura, hac ratione: cum propheta Moyses ex Dei consilio septuaginta electis legem cum explicationibus tradidisset, ut et ipsi eos qui vellent e populo instituerent, non multo post scripta lex recepit quaedam falsa contra unicum Deum, creatorem coeli et terrae omniumque in iis contentorum; id auso Diabolo facere ob justam quamdam rationem. Atque hac ratione et judicio accidit, ut deprehenderentur, qui auderent contra Deum scripta lubenter audire, quive amoris causa erga Deum adversus ipsum dicta non modo non crederent, sed neque omnino sustinerent audire, etsi vera forent, multo tutius rati periclitari ob fidem boni ominis, quam ob-sermones infaustos ac blasphemos vivere cum prava conscientia.

XXXIX. Itaque Simon capitula contra Deum in Scripturis tentandi gratia

1. ηὐχαρίσθησα O, qui postea ὑπέρθεσιν.
2. τῶν μελλόντων γὰρ O.
3. μωυσέος O.
4. μόνον O. Ita legendum jam vidit D. Cfr. infra cap. 40. 45.; Hom. III, 6. νόμον C.
5. λόγῳ om. O.
6. τοῦ Θεοῦ O c. S, τὸν θεὸν C.
7. Ita O c. S, δυσσυνηδείτως C.

χάριν προσκειμένας περικοπὰς αὐτάς, ὡς μανθάνω, βούλεται ἐλθὼν εἰς μέσον λέγειν, ὅπως τῆς πρὸς τὸν Θεὸν στοργῆς ὅσους δύναται ταλαιπώρους ἀποστῆσαι δυνηθῇ. δημοσίᾳ γὰρ αὐτὰς λέγειν προσκεῖσθαι ταῖς βίβλοις οὐ βουλόμεθα, ἐπεὶ πτύραντες[1] ἀμαθεῖς ὄχλους[2] τοῦ πονηροῦ Σίμωνος τὸ θέλημα ποιοῦμεν. μήπως[3] γὰρ τὸ διακριτικὸν ἔχοντες φεύξονται ἡμᾶς ὡς ἀσεβοῦντας· ἢ ὡς οὐ[4] μόνον τῶν βλασφήμων περικοπῶν ψευδῶν οὐσῶν ἀποστήσονται τοῦ λόγου. διὸ ἀνάγκην ἔχομεν συγκατατιθέμενοι ταῖς ψευδέσι περικοπαῖς, περὶ αὐτῶν ἀντιπυνθανόμενοι, εἰς ἀπορίαν αὐτὸν μὲν φέρειν, τοῖς δὲ εὐγνωμονοῦσι τῶν κατὰ τοῦ Θεοῦ ῥηθεισῶν περικοπῶν, μετὰ πεῖραν πίστεως, ἰδίᾳ παρέχειν τὴν[5] ἐπίλυσιν, ἥτις μίαν καὶ σύντομον ἔχει τὴν ὁδόν. ἔστι δὲ ἥδε.

XL. Πᾶν λεχθὲν ἢ γραφὲν κατὰ τοῦ Θεοῦ ψεῦδός ἐστιν. ὅτι δὲ ἀληθῶς τοῦτο οὐ μόνον εὐφημίας ἕνεκεν λέγομεν, ἀλλὰ καὶ ἀληθείας, μετὰ βραχὺ προϊόντος τοῦ λόγου πληροφορήσω. ὅθεν σύ, φίλτατέ μοι Κλήμης, ἐπὶ τῷ τὸν Σίμωνα πρὸς τὴν ζήτησιν μίαν τὴν ἐνεστῶσαν ὑπερθέσθαι ἡμέραν οὐκ ὀφείλεις λυπεῖσθαι. σήμερον γὰρ πρὸ τῆς ζητήσεως προεφοδιαζόμενος περὶ τῶν[6] ἐν ταῖς γραφαῖς προσκειμένων περικοπῶν, ἐπὶ τῆς ζητήσεως περὶ τοῦ μόνου θεοῦ[7] καὶ ἀγαθοῦ, τοῦ καὶ τὸν κόσμον πεποιη-

apposita vult, ut audio, in medium progressus adducere; quo a caritate erga Deum, quotquot miseros poterit, abigere valeat. Palam enim dicere nolumus, in scripturas ea capitula intrusa esse. Nam conturbaremus imperitam plebem, et ita improbi hominis Simonis voluntatem faceremus. Nondum enim discernendi vi praediti, aut fugient nos velut impios, aut, quasi non solum blasphema capitula falsa sint, etiam a doctrina nostra secedent. Quare necesse habemus, assentiri falsis capitulis, et de iisdem vicissim interrogando ad angustias illum redigere; benevolis autem et candidis, post experimentum fidei, seorsim tradere solutionem capitulorum dictorum adversus Deum, quae quidem unam ac brevem viam et rationem habet. Ista autem est.

XL. Omne dictum vel scriptum contra Deum mendacium est. Quod autem id vere, non vero solum honoris gratia dicamus, sed etiam veritatis, paulo post procedente sermone certam rationem afferam. Unde tu, carissime Clemens, contristari non debes, quod Simon ad disputationem unum hunc diem intermiserit. Hodie enim ante disputationem instructus de capitulis Scripturae appositis, inter disputandum de uno Deo et bono, mundique creatore, haesi-

1. Ita C in marg., in cuj. textu ἐπιπτύραντες, ut O.
2. ἀμ. ὄχ. αὐτοῦ C, ἀ. ὄ., ὅθεν αὐτοῦ O.
3. μήπω O.
4. οὐ om. O. Mox οὐσῶν ἀλλ' ἀποστήσονται λόγου C.
5. Errat S de C, qui exh. τὴν ut O, ταῖς Cl.
6. τὴν O.
7. θεοῦ adscripsi ex O.

κότος, διακριθῆναι οὐκ ὀφείλεις· ἀλλὰ καὶ θαυμάσεις ἐπὶ τῆς ζητήσεως, πῶς οἱ ἀσεβεῖς, τὰ πλήθη τῶν ὑπὲρ Θεοῦ εἰρημένων ἐν ταῖς γραφαῖς παραλιπόντες[1], τὰ κατ' αὐτοῦ εἰρημένα περιβλεπόμενοι χαίροντες φέρουσιν· καὶ οὕτως οἱ ἀκροαταὶ ἀγνοίας αἰτίᾳ, τὰ κατὰ τοῦ Θεοῦ πιστεύσαντες, τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἀπόβλητοι[2] γίνονται. διὸ σὺ προφάσει ὑπερθέσεως τὸ μυστήριον τῶν γραφῶν μαθών, κερδήσας εἰς Θεὸν μὴ ἁμαρτάνειν, ἀπαραβλήτως χαρήσῃ.

XLI. Κἀγὼ Κλήμης ἀκούσας ἔφην· ἀληθῶς χαίρω καὶ χάριν ὁμολογῶ τῷ κατὰ πάντα εὐεργέτῃ Θεῷ· πλὴν αὐτὸς οἶδεν ὅτι ἄλλο τι φρονεῖν οὐ δυνήσομαι, ἢ[3] τὰ πάντα ὑπὲρ Θεοῦ φρονεῖν. ὅθεν μή με ὑπολάβῃς ὡς ἀμφιβάλλοντα τοῖς ὑπὸ Θεοῦ ῥηθεῖσιν[4] ἢ καὶ ῥηθησομένοις[5] πυνθάνεσθαι, ἀλλ' ἵνα μαθὼν καὶ αὐτὸς ἄλλον εὐγνωμόνως[6] μαθεῖν θέλοντα διδάξαι συνηθῶ. διὸ λέγε μοι, τίνα ἐστὶ τὰ προσκείμενα[7] ψευδῆ ταῖς γραφαῖς καὶ πῶς, ὅτι ὄντως ψευδῆ τυγχάνει. καὶ ὁ Πέτρος ἀπεκρίνατο· καὶ εἰ μή μου ἐπύθου, ἐγὼ τῇ τάξει ἐξιὼν τῶν λόγων παρεῖχον τὴν ἀπόδειξιν, ἣν ὑπεσχόμην. πλὴν ἄκουσον, πῶς αὐτοῦ πολλὰ καταψεύδονται αἱ γραφαί, ὡς εἴσῃ ἐντυγχάνων αὐταῖς.

XLII. Παραδείγματος δὲ ἕνεκεν[8] τὰ ῥηθησόμενα αὐτάρκως ἕξει. οὐκ

tare non debes: sed et in disceptatione miraberis, quo pacto impii plurima in Scripturis pro Deo dicta relinquunt, et respicientes ad ea, quae contra ipsum scripta sunt, haec late proferunt, sicque auditores ignorantiae ergo, quae contra Deum sunt, credentes, ab illius regno ejiciuntur. Quocirca tu occasione dilationis Scripturarum mysterium discens, lucratus non peccare in Deum, incomparabili gaudio afficieris.

XLI. Et ego Clemens eo audito dixi: revera gaudeo, et gratias habeo beneficio prorsus Deo, qui etiam scit, me aliud sentire non posse, nisi cuncta pro eo. Quocirca ne credas, me, quasi de Dei verbis vel de iis quae dicturus es dubitem, interrogare; sed ut audiendo ipse quoque alium candide audire desiderantem docere valeam. Idcirco expone mihi quaenam sint mendacia in Scripturis exstantia, et quo modo vere mendacia sint. Ac Petrus respondit: licet me non interrogasses, ego ordinem prosequens sermonum exhibuissem demonstrationem, quam promiseram. Igitur audi, quo pacto multa in Deum mentiantur Scripturae, quemadmodum eas legendo intelliges.

XLII. Exempli autem gratia, quae dicentur, sufficient. Et vero, amice

1. παραλείποντες C.
2. ἀποβλητοὶ C.
3. ἢ om. O, qui deinde φρονῶν.
4. ῥήμασιν C. ὑπό σου ῥηθεῖσιν scribendum censet D.
5. ῥηθησομένων O.
6. γνομόνως O. Idem δυνηθῇ.
7. Ita O et S ex conject., προκείμενα C. Post πῶς S crediderit aliquid excidisse, velut ἵνα μάθω.
8. ἕνεκα O.

οἶμαι δέ, ὦ φίλε Κλήμης, εἰ δυνήσεταί τις, κἂν βραχεῖάν τινα πρὸς Θεὸν στοργὴν καὶ εὐγνωμοσύνην ἀποσώζων, παραδέξασθαι ἢ κἂν ἀκοῦσαι τὰ κατ᾽ αὐτοῦ λεγόμενα. πῶς δὲ ἔστιν αὐτόν τινα μοναρχικὴν ψυχὴν ἔχειν καὶ ὅσιον γενέσθαι, προειληφότα ὅτι πολλοί εἰσι θεοὶ καὶ οὐχ εἷς; εἰ δὲ καὶ εἷς, ἐν πολλοῖς ἀτοπήμασιν εὑρίσκων αὐτόν, τίς ὅσιος[1] σπουδάσει γενέσθαι, τὴν τῶν ὅλων ἀρχὴν διὰ τὰ ἴδια τῆς φύσεως ἀτοπήματα ἐλπίσας μὴ ἐπέρχεσθαι τὰ ἄλλων ἀδικήματα;

XLIII. Διὸ ἀπείη[2] πιστεύειν, ὅτι ὁ τῶν ὅλων δεσπότης, ὃς οὐρανὸν ἔκτισε καὶ γῆν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς, ἑτέροις συνάρχει, ἢ ὅτι ψεύδεται· εἰ γὰρ ψεύδεται, καὶ τίς ἀληθεύει; ἢ ὅτι πειράζει ὡς ἀγνοῶν, καὶ τίς προγινώσκει; εἰ δὲ ἐνθυμεῖται καὶ μεταμελεῖται[3], καὶ τίς νῷ τέλειος καὶ γνώμῃ ἔμμονος; εἰ δὲ ζηλοῖ, καὶ τίς ἀσύγκριτος; εἰ δὲ σκληρύνει καρδίας, καὶ τίς σοφίζει; εἰ δὲ τυφλοῖ καὶ κωφοῖ, καὶ τίς δέδωκεν ὁρᾶν καὶ ἀκούειν; εἰ δὲ ἀποστερεῖν συμβουλεύει, καὶ τίς δικαιοσύνην νομιτεύει; εἰ δὲ ἐμπαίζει, καὶ τίς εἰλικρινής; εἰ δὲ ἀδυνατεῖ, καὶ τίς πάντα δύναται; εἰ δὲ ἀδικεῖ, καὶ τίς δίκαιος; εἰ δὲ κακὰ κτίζει, καὶ τίς ἀγαθὰ πράξει; εἰ δὲ καὶ[4] κακὰ ποιεῖ, καὶ τίς ἀγαθά;

XLIV. Εἰ δὲ τὸ πῖον ὄρος ἐπιθυμεῖ, καὶ τίνος τὰ πάντα; εἰ ψεύδεται, καὶ τίς ἀληθεύει; εἰ ἐν σκηνῇ οἰκεῖ, καὶ τίς ἀχώρητος; εἰ δὲ ὀρέγεται

Clemens, nescio an quisquam, qui vel exiguam erga Deum caritatem et benevolentiam conservet, poterit recipere vel etiam audire quae contra eum dicuntur. Qua enim ratione is idem animam monarchicam habeat et sancte vivat, qui est praeventus opinione, multos esse Deos, non unum? Vel si unus est, eum in multis defectibus inveniens quis nitetur esse sanctus, quando quidem sperabit, omnium principium Deum, propter naturae suae vitia, non vindictam sumpturum de aliorum delictis?

XLIII. Quare absit, ut credatur, quod omnium rerum Dominus, qui coelum ac terram omniaque illis contenta condidit, cum aliis imperet, aut quod mentiatur: nam si mentitur, quis verum dicit? aut quod tentet, quasi ignorans: quis enim praecognoscet? Si autem considerat, et poenitentia ducitur, ecquis mente perfectus atque consilio stabilis? Si aemulatur, quis incomparabilis? Si indurat corda, quis erudit? Si caecitatem et surditatem inducit, quis dedit visum et auditum? Si fraudare suadet, quis justitiam administrat? Si illudit, quis est sincerus? Si invalidus est, quis est omnipotens? Si injustus est, quis justus? Si mala creat, quis bona faciet? Si mala facit, quis bona?

XLIV. Si vero montem pinguem appetit, cujusnam erunt cuncta? Si mentitur, quis verax est? Si in tabernaculo habitat, quis immensus? Si de-

1. αὐτὸν τίς, οὐχ ὅσιος O. Tum legendum esset αὐτόν, οὔ τις ὅσιος.
2. Διὸ εἰ μὲν ἀπείη O.
3. μεταμέλεται O.
4. δὲ deest in O.

κνίσσης[1] καὶ θυσιῶν καὶ θυμάτων καὶ προχύσεων, καὶ τίς ἀπροσδεὴς καὶ τίς ἅγιος καὶ τίς καθαρὸς καὶ τίς τέλειος; εἰ λύχνοις καὶ λυχνίαις τέρπεται, καὶ τίς τοὺς φωστῆρας ἔταξεν ἐν οὐρανῷ; εἰ ἐν γνόφῳ καὶ σκότῳ καὶ θυέλλῃ καὶ καπνῷ σύνεστιν, καὶ τίς φῶς ὢν φωτίζει τὸν μέγιστον αἰῶνα; εἰ διὰ σαλπίγγων καὶ ἀλαλαγμῶν[2] καὶ βολίδων καὶ τοξευμάτων προσέρχεται, καὶ τίς ἡ τῶν ὅλων προσδόκιμος γαλήνη; εἰ πολέμους αὐτὸς ἀγαπᾷ, καὶ τίς εἰρήνην θέλει; εἰ τὰ κακὰ αὐτὸς κτίζει, καὶ τίς ἀγαθὰ δημιουργεῖ; εἰ αὐτὸς ἄστοργος[3], καὶ τίς φιλάνθρωπος; εἰ αὐτὸς πιστὸς οὐκ ἔστι περὶ ὧν ὑπισχνεῖται, καὶ τίς πιστευθήσεται; εἰ αὐτὸς πονηροὺς καὶ μοιχοὺς καὶ φονεῖς ἀγαπᾷ, καὶ τίς ἔσται[4] δίκαιος κριτής; εἰ αὐτὸς μεταμελεῖται, καὶ τίς βέβαιος; εἰ αὐτὸς κακοὺς ἐκλέγεται, καὶ τίς ἀγαθοὺς προσίεται;

XLV. Διό, ὦ τέκνον Κλήμης, ἔπεχε, μὴ ἄλλο τι φρονήσῃς περὶ τοῦ Θεοῦ, ἢ ὅτι αὐτὸς μόνος ἐστὶ Θεὸς καὶ κύριος καὶ πατὴρ ἀγαθὸς καὶ δίκαιος δημιουργός, μακρόθυμος, ἐλεήμων, τροφεύς, εὐεργέτης, φιλανθρωπίαν νομιτεύων, ἁγνείαν συμβουλεύων, αἰώνιος, αἰωνίους ποιῶν, ἀσύγκριτος, ταῖς τῶν ἀγαθῶν ψυχαῖς οἰκιζόμενος, ἀχώρητος καὶ χωρούμενος, ὁ ἐν ἀπείρῳ τὸν μέγαν αἰῶνα ὡς κέντρον[5] πήξας, ὁ οὐρανὸν ἐφαπλώσας καὶ γῆν πιλώσας, ὕδωρ ταμιεύσας, ἄστρα ἐν οὐρανῷ διαθείς, πηγὰς γῆ βρύσας, καρποὺς ἐκφύσας, ὄρη ὑψώσας, θάλασσαν περιορίσας, ἀνέμους τε

siderat nidorem, sacrificia, victimas et libationes: quis nullius indigens, quis sanctus, quis purus, quis perfectus? Si luminibus ac lucernis delectatur, quis luminaria in coelo constituit? Si in caligine ac tenebris et procella atque fumo versatur: quis tanquam lumen maximum aevum illuminat? Si cum tubis et vociferationibus et jaculis et sagittis advenit: quis est omnium exspectata tranquillitas? Si ipse bella diligit, quis pacem vult? Si mala ipse condit, quis facit bona? Si durus ipse, quis humanus? Si fidelis non est in promissis, cui credetur? Si malos amat et adulteros et homicidas, quis erit justus judex? Si eum poenitet, quis est constans? Si denique malos eligit, quisnam admittit bonos?

XLV. Quocirca, o fili Clemens, inhibe te, ne aliud de Deo sentias, quam quod ipse solus sit Deus et dominus et pater bonus ac justus creator, patiens, misericors, nutritor, beneficus, humanitatis legislator, castitatis consiliarius, aeternus, aeternitatis auctor, incomparabilis, in bonorum animis habitans, imperceptus et perceptus, qui in infinito magnum aevum tamquam centrum fixit, qui coelum expandit et terram compegit, aquam recondidit, astra in coelo disposuit, terram fecit scatere fontibus, fructus produxit, montes in altum

1. κνίσης C, quam formam S tacite commutavit in κνίσσης, ut scr. O. Vide Dindorfium in Hom. Tum προσχύσεων O.
2. ὀλολυγμῶν C.
3. ἄστοργος αὐτός C.
4. ἐστι O.
5. Ad oram Cod. Ottob. al. man. γρ. κέντρῳον.

καὶ πνεύματα διατάξας, ὁ τὸ περιέχον σῶμα ἐν ἀπείρῳ πελάγει πνεύματι βουλῆς[1] ἀσφαλισάμενος.

XLVI. Οὗτος ἡμῶν δικαστής, εἰς ὃν ἀποβλέποντας χρὴ τὰς ἑαυτῶν κατορθοῦν ψυχάς, πάντα ὑπὲρ[2] αὐτοῦ νοοῦντας, αὐτὸν εὐφημοῦντας, πεπεισμένους ὅτι τῇ αὐτοῦ μακροθυμίᾳ πάντων τὴν προπέτειαν εἰς φανερὸν ἄγων μόνος ἀγαθός ἐστιν. καὶ οὗτος ἐπὶ τέλει τοῦ παντὸς ἑκάστῳ τῶν τετολμηκότων ἃ μὴ ἐχρῆν δίκαιος προκαθεσθήσεται κριτής.

XLVII. Ταῦτα ἐγὼ Κλήμης ἀκούσας ἔφην· ἀληθῶς τοῦτο θεοσέβεια, τοῦτο ἀληθῶς[3] εὐσέβεια. πάλιν τε ἔφην· ἤθελον μαθεῖν οὖν, διὰ τί οὕτως ἐγράφησαν αἱ βίβλοι. μέμνημαι γὰρ ὡς ἔφης, ὅτι εἰς ἔλεγχον τῶν μελλόντων τολμᾶν πιστεύειν τι[4] λεγόμενον κατὰ τοῦ Θεοῦ. πλὴν ἐπεὶ χαρίζῃ ἡμῖν πυνθάνεσθαί σου ὡς βουλόμεθα[5], πυνθάνεσθαι τολμῶμεν, σοῦ κελεύσαντος, εἴ τις βουληθείη, φίλτατε Πέτρε, λέγειν ἡμῖν· ἀληθῆ ἐστι τὰ γεγραμμένα κἄν[6] σοι ψευδῆ δοκῇ τὰ κατὰ τοῦ Θεοῦ ῥηθέντα· πῶς ἀποκριθῶμεν αὐτῷ;

XLVIII. Καὶ ὁ Πέτρος ἀπεκρίνατο· εὖ[7] εἶπας πυθόμενος, εἰς γὰρ σὴν ἀσφάλειαν ἔσται· πλὴν ἄκουσον. ἐπειδὴ πολλά ἐστι τὰ ὑπὸ τῶν γρα-

sustulit, mari terminos dedit, ventos ac flatus ordinavit; quique corpori ambienti in immenso pelago, per spiritum consilii sui, securitatem tribuit.

XLVI. Hic noster judex est, in quem intuendo oportet animas nostras emendare, omnia pro eo cogitare, ipsi benedicere; atque pro certo habere, quod sua patientia improbitatem cunctorum in publicum adducens solus exsistit bonus. Isque in fine universi unicuique facinorum contra rationem admissorum justus praesidebit judex.

XLVII. His ego Clemens auditis dico: vere illud religio est, vere illud pietas. Iterumque aio: cuperem igitur scire, quapropter eo modo scripti sunt libri sacri. Memini quippe te dixisse, id factum ad coarguendos eos, qui aliquid, quod dictum sit adversus Deum, temere credituri erant. Sed quoniam concedis nobis, quaerere ex te uti lubet, interrogare audemus, te jubente. Si quis, carissime Petre, in animum induxerit dicere nobis: veritatem continent quae in Deum dicta ac scripta sunt, licet tibi videantur falsa: quo modo illi respondebimus?

XLVIII. Excepit Petrus: tu bene interrogasti. Verum audi. Erit enim in tuam cautionem. Quandoquidem multa sunt a Scripturis in Deum dicta, quia

1. Ci ἀσφαλῆς post βουλῆς Metaphrasten redolet abundatque; ἀσφαλὲς conj. S. Deest in O.

2. In O pr. man. in marg. ἔχον. Eadem varietas occurrit infra c. 52.

3. ἀληθῶς τοῦτο O.

4. Post τι O praebet τό.

5. Vbb. πυνθάνεσθαί σου ὡς βουλόμεθα accesserunt ex O.

6. κἄν om. O, qui tum scr. δοκεῖ.

7. εὖ D suffragante O, σὺ C.

φῶν εἰρημένα κατὰ τοῦ Θεοῦ, πρὸς τὸ ἐπεῖγον τῆς ὥρας διὰ τὴν ἑσπέραν[1], ἕνα ὃν βούλῃ λόγον πύθου καὶ ἐπιλύσομαι, δείξας αὐτὸν ψευδῆ· οὐχ[2] ὅτι μόνον κατὰ τοῦ Θεοῦ εἴρηται, ἀλλ' ὅτι ὄντως ψευδής ἐστιν. κἀγὼ ἀπεκρινάμην· μαθεῖν θέλω πῶς τῶν γραφῶν ἀγνοεῖν τὸν Θεὸν λεγουσῶν[3] σὺ γινώσκοντα αὐτὸν ἀποδεῖξαι δύνασαι.

XLIX. Καὶ ὁ Πέτρος ἀπεκρίνατο· εὐκόπως ἐλεγχθῆναι δυνάμενον προέτεινας ἡμῖν· πλὴν ἄκουσον, πῶς οὐδὲν ἀγνοεῖ Θεός, ἀλλὰ καὶ προγινώσκει. ὃ δὲ πυνθάνομαί σου, πρῶτον ἀπόκριναί μοι· ὁ τὰς βίβλους γράψας καὶ εἰπὼν πῶς ὁ κόσμος ἐκτίσθη καὶ ὅτι οὐ προγινώσκει ὁ Θεός, ἄνθρωπος ἦν, ἢ οὔ; κἀγὼ ἔφην· ἄνθρωπος. καὶ ὁ Πέτρος ἀπεκρίνατο· ἀνθρώπῳ οὖν ὄντι, πόθεν δυνατὸν ἦν εἰδέναι ἀψευδῶς, πῶς ὁ κόσμος ἐκτίσθη, καὶ ὅτι ὁ Θεὸς οὐ προγινώσκει;

L. Κἀγὼ αἰσθόμενος ἤδη τὴν ἐπίλυσιν ὑπομειδιῶν ἔφην· ὅτι προφήτης ἦν. καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· εἰ οὖν ὁ προφήτης, ἄνθρωπος ὤν, οὐδὲν ἠγνόει, διὰ τὸ ἀπὸ Θεοῦ εἰληφέναι τὴν πρόγνωσιν, πῶς ἂν[4] αὐτὸς ὁ δεδωκὼς ἀνθρώπῳ τὸ προγινώσκειν, Θεὸς ὤν, ἠγνόει; κἀγὼ ἔφην· ὀρθῶς ἔφης. καὶ ὁ Πέτρος· ἔτι οὖν, ἔφη, εἰς αὐτὸ συνδιαπόρησόν μοι. ὡμολογημένου ἡμῖν ὅτι ὁ Θεὸς πάντα προγινώσκει, ἀνάγκη πᾶσα, τὰς λέγουσας αὐτὸν γραφὰς ἀγνοεῖν ψεύδεσθαι, τὰς δὲ γινώσκειν αὐτὸν λέγουσας ἀληθεύειν. κἀγὼ ἔφην· ἀνάγκη οὕτως ἔχειν.

tempus urget ob vesperam, unum quod voles dictum sciscitare; et solvam, falsumque esse ostendam, non solum quod contra Deum prolatum sit, sed quod revera sit falsum. Et ego respondi: velim discere, quo pacto, cum Scripturae Deum dicant in ignorantia versari, tu ipsum scientem esse poteris demonstrare.

XLIX. Respondit Petrus: dictum proposuisti refutatu facile. Attamen ausculta, quemadmodum nihil ignorat Deus, sed et praescit. Quod vero te rogo, primum mihi responde: qui libros sacros scripsit, dixitque qua ratione mundus fuerit conditus et quod Deus non praesciat, homo erat, nec ne? Et ego: homo, inquam. Iterum Petrus: ergo qui erat homo, unde certo scire poterat, qua ratione mundus fuerit conditus, et quod Deus non praesciat?

L. Tum ego, qui jam solutionem intelligerem, subridens aio: quoniam erat propheta. Et Petrus dixit: si ergo propheta, licet homo, nihil nesciebat, qui a Deo acceperat praescientiam, quo pacto igitur ipse qui homini praescire largitus est, Deus cum sit, in ignorantia versetur? Et ego: recte pronunciasti. Tum Petrus: adhuc ergo, inquit, de hoc una mecum require. Confesso a nobis, Deum omnia praecognoscere, omnino necesse est, ut Scripturae illum quidem ignorare affirmantes mentiantur, asserentes vero cognoscere, verae sint. Et ego dixi: necesse est ita habere.

1. Malim διὰ τὸ ἐπεῖγον τῆς ὥρας πρὸς τὴν ἑσπέραν, sede praepositionum mutata. D.

2. οὐκ C, οὐχ S.

3. λεγ. τ. Θεὸν C.

4. οὖν C.

LI. *Καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· εἰ οὖν τῶν γραφῶν ἃ μέν ἐστιν ἀληθῆ, ἃ δὲ ψευδῆ, εὐλόγως ὁ διδάσκαλος ἡμῶν ἔλεγεν· γίνεσθε τραπεζῖται*[1] *δόκιμοι· ὡς τῶν ἐν ταῖς γραφαῖς τινῶν μὲν δοκίμων ὄντων λόγων, τινῶν δὲ*[2] *κιβδήλων, καὶ τοῖς ἀπὸ τῶν ψευδῶν γραφῶν πλανωμένοις οἰκείως τῆς πλάνης ἐξέφηνε*[3] *τὴν αἰτίαν λέγων*[4]*· διὰ τοῦτο πλανᾶσθε, μὴ εἰδότες τὰ ἀληθῆ τῶν γραφῶν. οὗ εἵνεκεν ἀγνοεῖτε καὶ τὴν δύναμιν τοῦ Θεοῦ. κἀγὼ ἔφην· πάνυ καλῶς.*

LII. *Καὶ ὁ Πέτρος ἀπεκρίνατο*[5]*· οὐκοῦν εὐλόγως οὔτε κατὰ τοῦ Θεοῦ πιστεύω, οὔτε κατὰ τῶν ἐν τῷ νόμῳ ἀναγραφέντων δικαίων, ἀσεβῶς φρονεῖν προλαμβάνων*[6]*· ὡς γὰρ πέπεισμαι, οὔτε Ἀδὰμ παραβάτης ἦν, ὁ ὑπὸ τῶν τοῦ Θεοῦ χειρῶν κυοφορηθείς· οὔτε Νῶε μέθυσος ἦν, ὁ ὑπὲρ*[7] *πάντα τὸν κόσμον δίκαιος εὑρεθείς· οὔτε δὲ Ἀβραὰμ τρισὶν ἅμα συνῄει*[8] *γυναιξίν, ὁ διὰ σωφροσύνην πολυτεκνίας καταξιωθείς· οὔτε Ἰακὼβ τετράσιν ἐκοινώνει, ὧν δύο καὶ ἀδελφαὶ*[9] *ἐτύγχανον, ὃς δεκαδύο φυλῶν ὑπάρξας πατὴρ καὶ τὴν τοῦ διδασκάλου ἡμῶν παρουσίαν ἐσήμανεν ἐλθεῖν· οὐ Μωυσῆς φονεὺς ἦν, καὶ παρὰ ἱερέως εἰδώλων*[10] *κρίνειν ἐμάνθανεν, ὁ παντὶ*

LI. Petrus addidit: si ergo in Scripturis alia vera sunt, alia falsa, recte Magister noster dixit: *estote probi trapezitae;* cum nempe quaedam in Scripturis dicta proba sint, quaedam adulterina. Et hominibus, qui ob falsas Scripturas errabant, proprie erroris indicavit causam, dicens: *ideo erratis, nescientes vera Scripturarum; propter quod ignoratis et virtutem Dei.* Et ego dixi: omnino praeclare.

LII. Respondit Petrus: recte itaque non credo adversus Deum, nec adversus justos in lege memoratos, impiam praesumens opinionem. Ut enim mihi persuadeo, neque Adamus transgressor fuit, quem Dei manus parturierunt: neque Noë ebrius, qui prae omni mundo justus inventus est: neque Abrahamus tres simul habuit uxores, qui propter castitatem donatus est liberorum multitudine: neque Jacobus quatuor duxit, quarum et duae sorores, qui duodecim tribuum pater exstitit, et Magistri nostri adventum futurum designavit Moyses non erat homicida, nec ab idolorum sacerdote didicit judicare, qui

1. Ita O c. S, *τραπεζεῖται* C, qui refert ad Hom. III, 50. XVIII, 20. Epiph. Haer. 44, 2 et ad notas suas in Constit. Ap. II, 36. Adde secundum S, quae praebent Credner, Beiträge I, 295. 327. Heinichen Euseb. Hist. Eccl. Tom. III. Excurs. IX. p. 389.
2. *δὲ* S O, *τε* C. Non C, uti vult S, sed Cl deinceps *πλυνομένοις*.
3. Ita S, *ἐξέφανε* C O.
4. Cfr. Marc. XII, 24. Mat. XXII, 29.
5. Vbb. *πάνυ καλῶς. Καὶ ὁ Πέτρος ἀπεκρίνατο* des. in O.
6. *προλαμβάνει* O, in cuj. marg. al. man. *νόθα κατὰ νόμον λεγόμενα.*
7. *ἔχον* O. Vid supra c. 46.
8. Melius *συνῆν*. S.
9. Vbb. *πολυτεκνίας* — *ἀδελφαὶ* desiderantur in O.
10. *εἰδώλον* C.

τῷ αἰῶνι τὸν τοῦ Θεοῦ νόμον προφητεύσας καὶ δι' ὀρθὴν φρόνησιν πιστὸς οἰκονόμος μαρτυρηθείς.

LIII. Πλὴν καὶ τούτων σοι τὴν ἐπίλυσιν μετὰ τῶν ὁμοίων ἐπὶ καιροῦ παρέξω. τοῦ δὲ λοιποῦ, ὡς ὁρᾷς, ἐπειδὴ ἑσπέρα κατείληφεν, τὰ σήμερον ῥηθέντα αὐτάρκως ἐχέτω. ἄλλοτε δὲ εἰ[1] βούλει, περὶ ὧν θέλεις, θαρρῶν ἡμῖν πυνθάνου, καὶ ἡμεῖς χαίροντες ἀόκνως ἐπιλύσομεν. καὶ ταῦτα εἰπὼν ἐγήγερται. καὶ οὕτως τροφῆς μεταλαβόντες εἰς ὕπνον ἐτράπημεν. κατειλήφει γὰρ ἡ νύξ.

ΟΜΙΛΙΑ Γ'.

I. Δύο μὲν οὖν διελθουσῶν ἡμερῶν, ἐπιφωσκούσης δὲ τρίτης, πρὸς τὸ διαλεχθῆναι τῷ Σίμωνι ἐξυπνισθεὶς ἐγὼ Κλήμης καὶ οἱ συνόντες ἑταῖροι[2] ὑπὸ τὰς δευτέρας τῶν ἀλεκτρυόνων φωνάς, εὕρομεν τὸν μὲν λύχνον ἔτι φαίνοντα, τὸν δὲ Πέτρον γονυκλινῆ προσευχόμενον. συντελέσας οὖν τὴν δέησιν, ἐπιστραφεὶς καὶ ἰδὼν ἡμᾶς πρὸς τὸ ἀκοῦσαι ἑτοίμως ἔχοντας, ἔφη.

II. Γινώσκειν ὑμᾶς θέλω, ὅτι οἱ καθ' ἡμετέραν πρόνοιαν συνόντες τῷ Σίμωνι, ὅπως τὰς βουλὰς αὐτοῦ μανθάνοντες ὑποβάλλωσιν ἡμῖν, ἵνα δυνώμεθα πρὸς τὴν τῆς κακίας αὐτοῦ ποικιλίαν ἁρμόσασθαι, αὐτοὶ πέμψαντες ἐδήλωσαν ἡμῖν λέγοντες· Σίμων σήμερον, καθὰ συνετάξατο, ἑτοιμός ἐστιν ἀπὸ τῶν γραφῶν ἐπὶ πάντων ἐλθὼν ἀποδεικνύειν, μὴ τοῦτον

omnibus saeculis legem Dei prophetavit et ob rectam intelligentiam testimonium fidelis dispensatoris accepit.

LIII. Sed et horum similiumque solutionem in tempore tibi exhibebo. De caetero, quoniam, ut vides, instat vespera, quae hodie dicta sunt, sufficiant. Attamen quoties voles, de quibus placebit, fidenter percontare: nos laeti confestim explicabimus. Quibus dictis surrexit. Sicque sumpto cibo in somnum versi sumus. Nox enim advenerat.

HOMILIA TERTIA.

I. Post duas igitur dies, tertio autem illucescente, quo disputandum erat cum Simone, ego Clemens expergefactus comitesque, sub secundum gallorum cantum invenimus lucernam adhuc lucentem, Petrum vero genibus flexis orantem. Completa igitur prece conversus cernensque nos ad audiendum paratos dixit:

II. Scire vos volo, quod, qui ex nostro consilio manent cum Simone, ut inepta illius addiscentes nobis subjiciant, quo ad variam ejus malitiam aptare nos possimus, ipsi miserunt, et nobis ista declararunt: Simon hodie, quemadmodum promisit, paratus est, venire coram omnibus, ut ostendat ex Scripturis:

1. ἀλλ' ὅτε δὲ C. 2. ἕτεροι C.

εἶναι Θεὸν ἀνώτατον, ὃς οὐρανὸν ἔκτισε καὶ γῆν καὶ πάντα τὰ [1] ἐν αὐτοῖς, ἀλλὰ ἄλλον τινὰ ἄγνωστον καὶ ἀνώτατον, ὡς ἐν ἀποῤῥήτοις ὄντα θεὸν θεῶν· ὃς δύο ἔπεμψε θεούς, ἀφ' ὧν ὁ μὲν εἷς ἐστιν ὁ κόσμον κτίσας, ὁ δὲ ἕτερος ὁ τὸν νόμον δούς. καὶ ταῦτα μηχανᾶται λέγειν, ὅπως τῶν τὸν ἕνα καὶ μόνον μελλόντων σέβειν Θεόν, ὃς οὐρανὸν ἔκτισε καὶ γῆν, τὴν ὀρθὴν προσεκλύσῃ [2] πίστιν.

III. *Ταῦτα ἀκούσας πῶς οὐκ ἂν ἠθύμησα; διὸ καὶ ὑμᾶς [3], τοὺς συνόντας μοι ἀδελφούς, εἰδέναι ἠθέλησα, ὡς οὐ μετρίως τὴν ψυχὴν ἀλγῶ, ἐνορῶν τὸν μὲν πονηρὸν πρὸς δοκιμὴν ἀνθρώπων ἐγρηγορότα, τοὺς δὲ ἀνθρώπους τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας πάνυ ἀμελοῦντας. ἐμηχανήσατο γὰρ τοῖς ἀπὸ ἐθνῶν μέλλουσι περὶ τῶν ἐπιγείων ξοάνων πείθεσθαι [4] ὅτι οὐκ εἰσὶ θεοί, ἑτέρων πολλῶν θεῶν δόξας εἰσενεγκεῖν, ὅπως ἐὰν παύσωνται τῆς κάτω [5] πολυθεομανίας, ἑτέρως ἢ καὶ χεῖρον κατὰ τῆς τοῦ Θεοῦ μοναρχίας λέγειν ἀπατηθήσονται· ἵνα μηδέποτε τὰ τῆς μοναρχίας προτιμήσαντες οὐπώποτε ἐλέους τυχεῖν δυνηθῶσιν. ταύτης δὲ τῆς τόλμης ἕνεκα ὁ Σίμων ταῖς ψευδέσι τῶν γραφῶν περικοπαῖς ὡπλισμένος πολεμεῖν ἡμῖν προσέρχεται. καὶ τὸ δεινότερον, ὅτι ἀφ' ὧν οὐ [6] πεπίστευκε προφητῶν τοιαῦτα δογματίζειν κατὰ τοῦ ὄντως Θεοῦ οὐ πεφόβηται.*

IV. *Καὶ ἡμῖν μὲν τοῖς ἐκ προγόνων παρειληφόσι τὸν τὰ πάντα κτί-*

hunc qui coelum et terram omniaque in iis exstantia condidit, non esse Deum supremum; sed alium exsistere quemdam incognitum et supremum, ut in ineffabilibus exsistentem Deum Deorum, qui duos miserit Deos, ex quibus alter mundi creator, alter legis dator. Atque haec dicere molitur, ut rectam fidem eorum subvertat, qui unum ac solum Deum creatorem coeli et terrae adoraturi sunt.

III. Haec audiens quo modo non moleste tulissem? Quocirca et vos mecum consistentes fratres scire volui, non mediocriter animo me dolere, dum video, Diabolum quidem ad homines tentandos vigilare, homines vero plane negligere salutem suam. Gentilibus enim, qui terrena simulacra credituri erant non esse Deos, machinatus est introducere opiniones de multis aliis Diis; ut si a terrestri multorum Deorum cessarent insania, alia vel pejori fraude contra Dei monarchiam ac unitatem loqui compellerentur, ne doctrinam de uno principatu maximi facientes umquam possint consequi misericordiam. Hoc ob audax facinus Simon falsis Scripturarum sectionibus armatus venit ad nos oppugnandos. Quodque gravissimum est, ista adversus Deum verum ex prophetis, quibus tamen non credit, docere non veretur.

IV. Et quidem adversum nos, qui a majoribus cultum omnium conditoris

1. τὰ transscripsi ex O, qui vocabula ἄγνωστον καὶ non exhibet.
2. προσεκλύσει C.
3. ἡμᾶς O.
4. πείσθεσθαι O.
5. κάτω non omittere debebat S. Subinde O πολυθεουμανίας.
6. οὐ non est in O.

σαντα σέβειν Θεόν, ἔτι δὲ καὶ τῶν ἀπατᾶν δυναμένων βίβλων τὸ μυστήριον, οὐδὲν δυνήσεται, τοῖς δὲ ἀπὸ ἐθνῶν, τὴν πολύθεον ὑπόληψιν σύντροφον ἔχουσιν, καὶ τῶν γραφῶν τὰ ψευδῆ οὐκ εἰδόσιν, πολὺ δυνήσεται· οὐ μόνον αὐτός, ἀλλ' εἰ καὶ ἄλλος τις τοῖς ἀπὸ ἐθνῶν κατὰ τοῦ Θεοῦ κενόν [1] τινα, ὅμοιον ὀνείρῳ, πλουσίως κεκοσμημένον ὑφηγήσεται μῦθον, πιστευθήσεται, τῷ ἐκ παίδων τὸν νοῦν αὐτῶν τὰ κατὰ τοῦ θεοῦ λεγόμενα ἐθισθῆναι λαμβάνειν [2]. σπάνιοι δέ τινες οἱ μὲν αὐτῶν ἔσονται, ὡς ἐκ πλήθους ὀλίγοι, οἵτινες δι' εὐγνωμοσύνην οὐ θελήσουσι κατὰ τοῦ τὰ πάντα κτίσαντος Θεοῦ κακὸν λόγον αὐτὸ [3] κἂν ἀκοῦσαι μόνον· οἷς μόνοις ἀπὸ ἐθνῶν οὖσι σωθῆναι γενήσεται. μὴ οὖν ἡμῖν [4] τις τὸν Σίμωνα παντελῶς μεμφέσθω, ἢ καὶ ἄλλον τινά· οὐδὲν γὰρ ἀδίκως γίνεται, ὅπου καὶ τὰ τῶν γραφῶν ψευδῆ εὐλόγως πρὸς δοκιμὴν ἔχοντα τυγχάνει.

V. Κἀγὼ Κλήμης ἀκούσας ἔφην· πῶς λέγεις, κύριε, καὶ τὰ τῶν γραφῶν ψευδῆ εὐλόγως πρὸς δοκιμὴν ἀνθρώπων ἔχειν; ὁ δὲ ἀπεκρίνατο· τὰ ψευδῆ τῶν γραφῶν αἰτήματι κακίας δικαίῳ τινὶ λόγῳ γραφῆναι συνεχωρήθη. εὐλόγως δὲ [5] λέγω οὕτως. ἐν ταῖς θεολογίαις ὁ πονηρὸς τοῦ ἀγαθοῦ τὸν Θεὸν οὐκ ἔλαττον ἀγαπῶν ἑνὶ μόνῳ ἀπολείπεται τοῦ ἀγαθοῦ, ὅτι καὶ τῶν ἀγνοίας αἰτίᾳ ἀσεβούντων οὐ συγγινώσκων, στοργῇ τῇ πρὸς τὸ ἀσεβούμενον,

Dei accepimus nec non Scripturarum decipere valentium mysterium, nihil poterit: contra vero gentiles, in multorum Deorum opinione nutritos, ignorantesque Scripturae mendacia, valebit plurimum: non modo ipse, sed et si quis alius ethnicis vanam aliquam in Deum fabulam, similem somnio opulenterque ornatam enarraverit, credetur; quod a pueritia mens eorum solita est sermones adversus Deum suscipere. Rari autem inter eos erunt, ut e multitudine pauci, qui ob aequum animum nolent malo in omnium conditorem Deum sermoni vel aurem duntaxat praebere. Quibus solis ethnicis salvari continget. Nemo igitur nobis de Simone penitus conqueratur, vel de quoquam alio. Nihil enim injuste accidit. Quandoquidem et Scripturarum mendacia jure ad hominum probationem posita sunt.

V. Quo audito ego Clemens dixi: qua ratione ais, Domine, et Scripturarum mendacia merito ad hominum probationem posita fuisse? Ille vero respondit: mendacia Scripturarum, ex malitiae postulatione, justa ratione permissa sunt scribi. Merito autem dico sic. In theologia et religione malus, non minus diligens Deum quam bonus in uno tantum a bono superatur, quod nolens parcere iis, qui ex ignorantia impii sunt, amore in illud quod non colitur,

1. καινόν O, qui deinde ὀνείρῳ c. D (ὃν εἴρω C), sed statim πλουσίω (πλουσίῳ C, πλουσίως de conjectura). κεκοσμηθέντα p. κεκοσμημένον O.

2. Ita O et C in marg., λαμβάνει in textu.

3. αὐτὸ C mutari vult in αὐτὸν vel αὐτοὶ. Frustra. Cfr. Hom. III, 9. S.

4. ὑμῶν C.

5. δὲ om. O.

τῶν ἀσεβούντων ἐπιθυμεῖ τὸν ὄλεθρον, ὁ δὲ [1] τὴν ἴασιν αὐτοῖς προσφέρειν. ὁ γὰρ ἀγαθὸς ἰᾶσθαι πάντας θέλει [2] ταῖς μεταμελείαις, σώζει δὲ μόνους τοὺς ἐγνωκότας τὸν Θεόν. τοὺς δὲ ἀγνοοῦντας οὐκ ἰᾶται, οὐχ ὅτι οὐ θέλει, ἀλλ' ὅτι οὐκ ἔξεστιν τὰ ἡτοιμασμένα τοῖς υἱοῖς τῆς βασιλείας ἀγαθὰ τοῖς διὰ τὸ ἀδιάκριτον ἀλόγοις ζώοις παρεικασθεῖσι παρασχεῖν.

VI. Τοῦ ἑνὸς καὶ μόνου Θεοῦ, τοῦ τὸν κόσμον πεποιηκότος καὶ ἡμᾶς κτίσαντος καὶ πάντα παρεσχηκότος, τοιαύτη πέφυκεν φύσις, παντὸς ἤδη ποτὲ [3] ἐντὸς ὅρων θεοσεβείας ὄντος, καὶ μὴ βλασφημοῦντος αὐτοῦ τὸ ἅγιον πνεῦμα, στοργῇ τῇ πρὸς αὐτὸν εἰς αὐτὸν [4] φέρειν τὴν ψυχήν, ὑπ' αὐτοῦ εἰς αὐτὴν [5] ἔρωτος ἰδέᾳ. κἂν ἁμαρτωλὸς ᾖ, μετὰ τὸ κατ' ἀξίαν κολασθῆναι ὧν ἔπραξε [6] σώζεσθαι φύσιν ἔχει. εἰ δέ τις αὐτὸν ἀρνήσεται [7], ἢ ἑτέρως πως λόγῳ εἰς αὐτὸν ἀσεβήσει, ἔπειτα μετανοήσει [8], κολασθήσεται μὲν ἐφ' ὧν εἰς αὐτὸν ἥμαρτεν, σωθήσεται δέ, ὅτι ἐπιστρέψας ἠγάπησεν. ἴσως δὲ ἡ τῆς εὐσεβείας ὑπερβολὴ [9] καὶ τῆς ἱκεσίας ἢ καὶ τοῦ κολασθῆναι ἀπολυθήσεται, συγγνώμης [10] τῆς ἁμαρτίας μετὰ τῆς μετανοίας δεδωκὼς

irreligiosorum desiderat interitum, bonus vero ipsis offerre sanitatem. Vult enim cunctos poenitentia sanare: servat autem eos tantum, qui Deum cognoscunt; at eos qui eum ignorant non sanat, non quod nolit, sed quia non licet bona filiis regni praeparata tribuere hominibus, qui ob discretionis privationem assimilati sunt brutis animantibus.

VI. Unius ac solius Dei, qui mundum fecit et nos creavit et omnia praebuit, ea natura est, ut animam cujuslibet intra pietatis limites positi et sanctum ejus Spiritum non blasphemantis, ad se, caritate erga hunc hominem, adducat, per respectum sui in illam amoris. Licet peccatrix sit, ita comparata est, ut, postquam condigne de actis punita fuerit, salutem consequatur. Si quis vero Deum negaverit, aut alia quadam ratione in eum verbo exstiterit impius, ac postea egerit poenitentiam, castigabitur quidem pro iis quae in eum deliquit, salvus autem erit, quia conversus dilexit. Fortassis etiam pietatis ac orationis magnitudo vel et poenas effugiet, cum homo pro delicti venia ignorantiam et

1. οὐδὲ p. ὁ δὲ O. Tum προσφέρειν sc. ἐπιθυμεῖ S c. D, προσφέρων C O.

2. θέλει πάντας O.

3. Ita S c. D. Ille conj. εἰδήποτε, C O οὐδήποτε. Subinde ἐντὸς ὅρων O in textu, ad oram man. al. ἴσως ἐκτός. C edidit ἐντὸς ὅρῳ. Tum βλασφυμοῦντος scr. O.

4. Ita S, εἰς αὐτὸν C O.

5. αὐτὸν O.

6. Ita edidi c. O, ὧν ἔπραξεν κολασθεῖσαν C repugnante grammatica. κολασθῆναι jam proposuit D. S eo inclinat, ut credat, excidisse aliquid post κολασθεῖσαν, velut ἐπιστρέψαι, cfr. Hom. III, 6. XI, 16. Frustra.

7. ἀρνήσηται C. Idem ἀσεβήσῃ.

8. μετανοήσῃ C. Tum ἐφ' ὧ (sic) O.

9. τῇ τῆς εὐσ. ὑπερβολῇ conj. D, ἢ τῆς pro ἡ τῆς εὐσ. O. Qua lectione recepta legerim: „ἢ τῆς εὐσ. ὑπερβολῇ καὶ τῆς ἱκεσίας ἧττον κακῶς παθήσεται, ἢ καὶ τοῦ κολασθῆναι ἀπολυθήσεται."

10. συγγνώμῃ („pro peccati venia") conj. D. Legendum potius foret ex Si opinione ἀντὶ vel ὑπὲρ συγγνώμης, nisi totus locus corruptelae manifestus esset.

τὴν ἄγνοιαν. οἱ δὲ μὴ μετανοήσαντες διὰ τῆς τοῦ πυρὸς κολάσεως καὶ τὸ τέλος ἕξουσιν, κἂν ἐν τοῖς λοιποῖς ἅπασιν ὁσιώσατοι ὦσιν· ἀλλ' ὡς ἔφην, μεμετρημένου αἰῶνος τὸ πέμπτον[1] πυρὶ αἰωνίῳ κολασθέντες ἀποσβεσθήσονται. εἶναι γὰρ εἰς ἀεὶ οὐκ ἔτι δύνανται οἱ[2] εἰς τὸν ἀεὶ καὶ[3] μόνον ἀσεβήσαντες Θεόν.

VII. Ἡ δὲ εἰς αὐτὸν ἀσέβειά ἐστι τὸ ἐν τῷ τῆς θεοσεβείας λόγῳ ὄντα τελευτᾶν[4] λέγοντα ἄλλον εἶναι Θεόν, ἢ ὡς κρείττονα, ἢ ὡς ἥττονα, ἢ ὁπωσποτε λέγοντα παρὰ τὸν ὄντως ὄντα. ὁ γὰρ ὄντως ὢν οὗτός ἐστιν, οὗ τὴν μορφὴν τὸ ἀνθρώπου βαστάζει σῶμα, οὗ εἵνεκεν ὁ οὐρανὸς καὶ πάντες οἱ ἀστέρες ὑπέμειναν δουλεύειν, κατ' οὐσίαν κρείττονες ὄντες, τῷ κατ' οὐσίαν χείρονι, διὰ τὴν τοῦ κρείττονος μορφήν. τοσοῦτον ὁ θεὸς ὑπὲρ πάντας[5] εὐεργέτηκε τὸν ἄνθρωπον, ἵνα εἰς τὸ πλῆθος τῶν εὐεργεσιῶν τὸν εὐεργέτην ἀγαπήσας ὑπὸ αὐτῆς ἀγάπης καὶ εἰς τὸν[6] δεύτερον αἰῶνα διασωθῆναι δυνηθῇ.

VIII. Αὐτάρκης οὖν εἰς σωτηρίαν ἡ εἰς Θεὸν ἀνθρώπων στοργή. εἰδὼς δὲ[7] ὁ πονηρός, ἡμῶν σπευδόντων τοῖς ἀπὸ ἐθνῶν πιστεύειν μέλλουσιν ἑνὸς καὶ μόνου Θεοῦ ἐν ψυχαῖς σπείρειν τὴν ἀθανατοποιὸν πρὸς αὐτὸν ἀνθρώπων[8] στοργήν, αὐτὸς ὁ πονηρὸς κατὰ τῶν ἀγνοούντων ἱκανὸν ὅπλον ἔχων πρὸς ὄλεθρον σπουδάζει πολλῶν θεῶν ἢ καὶ ἑνὸς ὡς κρείττο-

poenitentiam attulerit. Qui autem non ducuntur poenitentia, per ignis supplicium finem quoque accipient, etsi in reliquis omnibus sint sanctissimi: verum ut dixi, certo tempore plurimum igne aeterno vexati, exstinguentur. Non enim amplius sempiterni esse possunt, postquam impie se gesserunt erga aeternum ac solum Deum.

VII. Impietas autem in illum est, in ea circa religionem opinione mori, qua dicatur alium esse Deum, seu ut majorem, seu ut minorem, vel quomodocumque praeter eum qui vere est. Nam qui vere est, ille est, cujus formam humanum gerit corpus: propter quam rem coelum et omnia astra, quamvis secundum essentiam praestantiora, servire sustinuerunt ei, qui secundum essentiam minor est, propter Numinis formam. Tantum Deus hominem prae omnibus beneficio affecit: ut intuitu plurimorum beneficiorum, illorum auctorem diligens, per dilectionem eam et in secundo aevo salvus esse possit.

VIII. Sufficiens ergo est ad salutem caritas hominum erga Deum. Videns autem malus festinare nos, ut in eorum animis, qui ex gentilibus credituri sunt, inseminemus immortalitatis operatricem caritatem hominum in unum ac solum Deum, ipse, inquam, Diabolus, contra imperitos sufficienter ad necem

1. περιττὸν C in marg.
2. οἱ om. O.
3. καὶ ante μόνον excidit ap. S.
4. Minus accurate scr. S, C exh. τελευτᾶν, quod est ap. Cl.
5. Malim παντά. S.
6. τὸν adjunxi c. O.
7. δὲ addidi c. O, ὁ εἰδὼς conj. D.
8. ἀνθρώπων accessit ex O.

νος σπεῖραι τὴν ὑπόληψιν, ἵνα συλλαβόντες καὶ συμπεισθέντες ἃ μὴ θέμις, ἀποθανόντες ὡς ἐπὶ μοιχείας ἐγκλήματι, τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἀποβληθῶσιν.

IX. Ἄξιος οὖν τῆς ἀποβολῆς πᾶς κατὰ τῆς τοῦ Θεοῦ μοναρχίας αὐτὸ μόνον κἂν ἀκοῦσαί τι τοιοῦτον θελήσας, εἰ δὲ ὡς γραφαῖς τεθαρρηκὼς κατὰ τοῦ Θεοῦ τολμᾷ τις κἂν ἀκούειν, πρῶτον ἐκεῖνό μοι συνενθυμείτω[1], ὅτι, ἄν τις εὔλογον ἑαυτῷ δόγμα ὡς βούλεται ἀναπλάσῃ, ἔπειτα αὐταῖς ἐγκύψῃ[2], δυνατὸς ἔσται πολλὰς ὑπὲρ οὗ ἐπλάσατο δόγματος ἀπ᾽ αὐτῶν μαρτυρίας φέρειν· πῶς οὖν ἐπὶ ταύταις κατὰ τοῦ Θεοῦ θαρρεῖν ἔστιν, ἐν αἷς ἡ πάντων βουλὴ εἰσευρίσκεται;

X. Αὐτίκα γοῦν Σίμων αὔριον ἡμῖν συζητεῖν[3] μέλλων δημοσίᾳ κατὰ τῆς τοῦ Θεοῦ μοναρχίας τολμᾷ[4], θέλων πολλὰς ἐξ αὐτῶν τῶν γραφῶν φωνὰς ἐνεγκεῖν, ὅτι[5] πολλοί εἰσι θεοί, εἷς δέ τις οὐχ ὁ τὸν κόσμον κτίσας, ἀλλὰ[6] τούτου ἀνώτερος· καὶ ὁμῶς τὰς ἀποδείξεις ἐγγράφους ἔχει παρασχεῖν. καὶ ἡμεῖς δὲ ἐξ αὐτῶν πολλὰς περικοπὰς δεῖξαι σαφῶς ἔχομεν, ὅτι εἷς ἐστιν ὁ[7] Θεὸς οὗτος ὁ τὸν κόσμον κτίσας, καὶ ἄλλος[8] οὐκ ἔστι πλὴν αὐτοῦ. ἀλλὰ καὶ εἴ τις ἄλλως πως εἰπεῖν θελήσει, ἕξει καὶ αὐτὸς ἐξ αὐτῶν ὡς βού-

armatus, nititur multorum Deorum sive unius tamquam praestantioris opinionem inserere: quo homines, tenendo ac credendo quae non licet, moriantur quasi in adulterii crimine, et a regno Dei ejiciantur.

IX. Itaque dignus est qui abjiciatur, quicumque contra Dei monarchiam vel tantum quid simile audire voluerit. Si vero, quasi Scripturis confidat, contra Deum vel audire aliquis audet, primo illud mecum consideret: si qui dogma aliquod sibi probabile pro voluntate confinxerit et postea Scripturas fuerit intuitus, ex iis poterit multa testimonia pro fictitio suo dogmate proferre. Quo modo igitur in iis adversus Deum confidere fas sit, in quibus cunctorum placitum invenitur?

X. Nunc ergo Simon, cras nobiscum publice disceptaturus, contra Dei monarchiam aggreditur, multasque ex ipsis Scripturis voces afferre vult, de eo quod multi Dii sint et unus quidam, non quidem creator mundi, sed illo superior. Simulque argumenta ex Scripturis exhibebit. Et nos quoque ex iis ipsis multa evidentia capitula ostendere possumus, quod unus sit Deus hic qui orbem condidit, nec alius sit praeter eum. Sed et si quis alio quocumque modo dicere voluerit, habebit etiam is ex ipsis, prout volet et de quibus volet, pro-

1. Ita S, συνενθυμήτω C, συνενθυμηθήτω O.
2. ἐγκύψῃ O c. S, ἐγκύψει C. Subinde δυνατὸν O.
3. συνζητεῖν C.
4. τολμᾷν O.
5. ἐχ (sic) ὅτι p. ὅτι O.
6. ἀλλὰ om. O. Tum ὁμῶς S, ὅμως C O.
7. ὁ inserui c. O.
8. ἄλλο O.

λεται περὶ ὧν βούλεται τὰς ἀποδείξεις παρασχεῖν. πάντα γὰρ αἱ γραφαὶ λέγουσιν, ἵνα μηδεὶς τῶν ἀγνωμόνως ζητούντων τὸ ἀληθὲς εὕροι, ἀλλ' ὃ βούλεται, τοῦ ἀληθοῦς τοῖς εὐγνώμοσι τετηρημένου. εὐγνωμοσύνη δέ ἐστιν, τὸ [1] πρὸς τὸν τοῦ εἶναι ἡμᾶς αἴτιον ἀποσώζειν στοργήν.

XI. *Ὅθεν πρὸ πάντων εἰδέναι ὀφείλει, ὅτι οὐδαμόθεν αὐτὴν εὑρίσκει, εἰ μὴ ἂν ἀπὸ προφήτου ἀληθείας. προφήτης δὲ ἀληθής ἐστιν ὁ πάντα πάντοτε εἰδώς, ἔτι δὲ καὶ τὰς πάντων ἐννοίας, ἀναμάρτητος, ὡς περὶ τῆς προγνώσεως αὐτοῦ μὴ ἁπλῶς διαλαμβάνειν, ἀλλ' εἰ δύναται ἄνευ ἑτέρας προφάσεως συνεστάναι αὐτοῦ ἡ πρόγνωσις. ἃ γὰρ οἱ ἰατροὶ προλέγουσιν, ὑποβεβλημένην ὕλην ἔχοντες τοῦ νοσοῦντος τὸν σφυγμόν, καὶ οἱ μὲν πτηνά, οἱ δὲ θύματα, καὶ ἄλλοι ἄλλας ὕλας πολλὰς διαφόρους ὑποβεβλημένας ἔχοντες προλέγουσιν, καὶ προφῆται οὐκ εἰσίν.*

XII. *Εἰ δὲ βουληθείη τις λέγειν, τὴν διὰ τῶν τοιούτων προρρήσεων [2] τῇ ὄντως ἐμφύτῳ προγνώσει ὁμοίαν εἶναι, πολὺ ἠπάτηται. τὰ γὰρ τοιαῦτα παρόντα μηνύει μόνον, καὶ ταῦτα εἰ ἀληθεύει· ἄλλως δέ μοι καὶ αὐτὰ εὐχρηστεῖ, πρόγνωσιν γὰρ εἶναι συνίστησιν· ἡ δὲ τοῦ μόνου καὶ ἀληθοῦς πρόγνωσις οὐ μόνον τὰ παρόντα ἐπίσταται [3], ἀλλὰ καὶ μέχρις αὐτοῦ μέλλοντος αἰῶνος ἀπέραντον ἐκτείνει τὴν προφητείαν, καὶ οὐδενὸς δεῖται πρὸς ἐπίγνωσιν, μὴ [4] προφητεύων ἀμαυρὰ καὶ ἀμφίβολα, ἵνα ἄλλου προφήτου χρείαν ἔχῃ τὰ λεγόμενα πρὸς ἐπίγνωσιν, ἀλλὰ ῥητὰ [5] καὶ ἁπλᾶ,*

bationes dare. Omnia quippe Scripturae dicunt: ne ullus eorum, qui ingrate quaerunt, inveniat veritatem, sed inveniat quod cupit; veritate gratis hominibus reservata. Gratitudo autem est, servare caritatem erga eum qui existendi nobis auctor fuit.

XI. Unde ante omnia scire oportet, non aliunde inveniri veritatem, quam a veritatis propheta. Propheta autem verus is est, qui omnia omnino, atque etiam cunctorum cogitationes novit, estque impeccabilis, ut qui de Dei judicio sit certissimus. Quocirca nos debemus de ejus praescientia non simpliciter judicare, sed si absque alia causa consistere potest praescientia ipsius. Quaedam enim praedicunt medici, quia subjectam materiam habent aegrotantis pulsum; item alii aves, alii victimas, alii alias multas et varias materias subjectas dum habent, praedicunt, nec sunt prophetae.

XII. Quod si quis dicere voluerit, praescientiam per has praedictiones similem esse praescientiae verae et nativae, multum fallitur. Illae enim praesentia tantum indicant, idque si veraces fuerint. (Quin et mihi eae prosunt: demonstrant enim esse praescientiam.) At illius, qui solus et verus est, praescientia non solum praesentia cognoscit, sed et ad futurum usque saeculum infinitam extendit prophetiam: nec ullo indiget ut intelligatur, nec obscura et dubia praedicit, ita ut verba alium prophetam exigant interpretem, sed clara

1. *τὴν* C.
2. D legi vult *πρόρρησιν*. Recte.
3. *ἐπίστηται* O.
4. Ita D, *καὶ* C O.
5. *ῥήτα* D, *ἄρρητα* C O. Sic infra c. 26: *ῥητὰ προφητεύει, σαφῆ λέγει.*

ὥσπερ ὁ διδάσκαλος ἡμῶν καὶ προφήτης ὢν ἐμφύτῳ καὶ ἀεννάῳ πνεύματι πάντα πάντοτε ἠπίστατο.

XIII. Διὸ τεθαρρηκότως ἐξετίθετο περὶ τῶν μελλόντων ἔσεσθαι, λέγω δὲ πάθη, τόπους, ὅρους. προφήτης γὰρ ὢν ἄπταιστος, ἀπείρῳ ψυχῆς[1] ὀφθαλμῷ πάντα κατοπτεύων ἐπίσταται λανθάνων. εἰ δὲ παραδεξόμεθα[2] ἡμεῖς, ὡς οἱ πολλοί, ὅτι καὶ ὁ ἀληθὴς προφήτης οὐ πάντοτε, ἀλλ' ἐνίοτε, ὅτε ἔχει τὸ πνεῦμα, καὶ διὰ τοῦτο προγινώσκει, ὁπότε δὲ οὐκ ἔχει, ἀγνοεῖ, — ἐὰν οὕτως ὑπολάβωμεν, καὶ ἑαυτοὺς ἀπατῶμεν καὶ ἄλλους ἐνεδρεύσομεν. τὸ γὰρ τοιοῦτον μανικῶς ἐνθουσιώντων[3] ἐστὶν ὑπὸ πνεύματος[4] ἀταξίας, τῶν παρὰ βωμοῖς μεθυόντων καὶ κνίσσης ἐμφορουμένων.

XIV. Τινὶ γὰρ προφητείαν ἐπαγγέλλεσθαι θέλοντι ἐὰν συγχωρηθῇ πιστεύεσθαι ἐν οἷς ψεύστης φωρᾶται, ὅτι τότε τὸ τῆς προγνώσεως ἅγιον οὐκ εἶχεν πνεῦμα, οὐκ εὐέλεγκτος ἔσται ψεύστης ὑπάρχων προφήτης· ἐν οἷς γὰρ ὡς πολλὰ λέγων ὀλίγα ἐπιτυγχάνει, τότε τὸ πνεῦμα ἔχειν πιστεύεται, ὅτι τε[5] τὰ πρῶτα ἔσχατα λέγει, καὶ τὰ ἔσχατα πρῶτα, τὰ γενόμενα ὡς ἐσόμενα, τὰ ἐσόμενα ὡς ἤδη γεγονότα, ἀλλὰ καὶ ἀνακόλουθα, ἢ[6] καὶ ἐξ ἄλλων ὑφῃρημένα καὶ μεταμεμορφωμένα, ἃ δὲ μεμειωμένα, ἀνείδεα, ἀνόητα, ἀμφίβολα, ἄδοξα, ἄδηλα, πάσης κεκραγότα δυσσυνειδησίας.

profert et simplicia. Quemadmodum doctor noster, cum esset propheta, innato ac perpetuo spiritu omnia omnino noverat.

XIII. Ideo fidenter futura exposuit, casus dico, loca, terminos. Nam cum sit inculpatus propheta, immenso animae oculo omnia occulta spectat et novit. Si vero et nos, ut multi, admittamus, verum quoque prophetam non semper, sed interdum, quando habet spiritum, tunc ideo praescire, cum autem non habet, ignorare: si ita existimemus, et decipiemus nos et aliis insidiabimur. Nam id ad eos pertinet, qui a spiritu inordinato furiose concitantur et ad aras bacchantur atque ingurgitantur nidore.

XIV. Etenim prophetiam ostentare volenti si concedatur, ut cum mendax deprehensus fuerit, tunc credatur spiritu prophetiae sancto caruisse, non facile arguetur falsus esse propheta. Nam in paucis iis, in quibus, utpote multa loquens, veritatem attigerit, credetur spiritum possidere; etsi prima ultima dicat, et ultima prima, praeterita ut futura, futura ut praeterita, item consequentiam non habentia, vel ex aliis compilata et transformata, nec non quaedam imminuta, informia, stulta, dubia, inopinata, obscura, totam clamantia conscientiae pravitatem.

1. ψυχῇ (sic) O. Tum λανθάνοντα conj. C, ac ita vertit.
2. παραδεξώμεθα C.
3. Ita O c. S, ἐνθουσιούντων C. —
4. Scribendum crediderim πνευμάτων. Credebant veteres Deos participes fuisse Λοίβης τε, κνίσσης τε, τὸ γὰρ λάχομεν γέρας ἡμεῖς, ut ait Jupiter apud Hom. Iliad. Δ 49. Postea Philosophi malos Daemonas sanguinis et nidoris pabulo gaudere statuebant. Infra cap. 39: τὸ ἐπὶ κνίσσῃ σαρκῶν ἥσθηναι οὐκ ἀγαθοῦ. Vid. modo Porph. de abst. II, 42. Tert. Apol. c. 22. 23. D.
5. ὅτι τε C O, ὅτε D. Proximum καὶ add. c. O.
6. ἢ om. O.

XV. Ὁ δὲ ἡμέτερος διδάσκαλος οὐδέν τι τοιοῦτο ἐγοητεύσατο[1], ἀλλ', ὡς φθάσας εἶπον, προφήτης ὢν ἐμφύτῳ καὶ ἀεννάῳ πνεύματι πάντοτε ἐπιστάμενα[2] τεθαρρηκὼς ἐξετίθετο, ὡς προέλεγον[3], σαφῶς, πάθη, τόπους, ἐμπροθέσμους, τρόπους, ὅρους. αὐτίκα γοῦν περὶ τοῦ ἁγιάσματος προλέγων ἔφη[4]· ὁρᾶτε τὰς οἰκοδομὰς ταύτας; ἀμὴν ὑμῖν λέγω[5], λίθος ἐπὶ λίθον οὐ μὴ ἀφεθῇ ὧδε, ὃς οὐ μὴ καθαιρεθῇ· καὶ οὐ μὴ παρέλθῃ ἡ γενεὰ αὕτη, καὶ ἡ[6] καθαίρεσις ἀρχὴν λήψεται. ἐλεύσονται γὰρ καὶ καθιοῦσιν ἐνταῦθα, καὶ περιχαρακώσουσι, καὶ τὰ τέκνα ὑμῶν ἐνταῦθα κατασφάξουσιν. ὅμως καὶ τὰ ἑξῆς εἴρηκε σαφεῖ φωνῇ, ἅτινα αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν[7] ἔχομεν· ἵνα ἐφ' ὧν ὁ λόγος ἐρρέθη, καὶ τὸ ἔργον γένηται. πρὸς γὰρ πίστιν ἀκουόντων τὸν λόγον τῆς ἀποδείξεως ὁ τῆς ἀληθείας ποιεῖται προφήτης.

XVI. Πλὴν πολλοί εἰσι τῆς πλάνης κήρυκες, ἕνα[8] τὸν τῆς κακίας ἡγεμόνα ἔχοντες· ᾧ λόγῳ ὁ[9] τῆς ἀληθείας καὶ αὐτὸς εἷς ὢν τῆς εὐσεβείας ἡγεμὼν ἐν ἰδίοις καιροῖς τοὺς πάντας καθαροὺς εὑρεθέντας ἕξει προφήτας. ἡ δὲ πολλὴ τῶν πεπλανημένων αἰτία γέγονεν αὕτη[10]· τὸ μὴ πρότερον νοῆσαι τὸν τῆς συζυγίας λόγον, ὃν ἰδίᾳ ὑμῖν ἑκάστοτε οὐ παύσομαι ἐκτιθέμενος κεφαλαιωδῶς· πολὺ γὰρ τὸ κατ' εἶδος λέγειν. ὑμεῖς οὖν τῶν λεγομένων γένεσθέ μοι φιλαληθεῖς κριταί.

XV. At praeceptor noster nihil simile prophetavit, sed, ut supra retuli, propheta qui erat, innato ac perpetuo spiritu omnia penitus cognita fidenter exposuit et evidenter praedixit, casus, loca, praestituta tempora, modos, terminos. Sic igitur de templo praedixit: *videtis has aedificationes? Amen dico vobis, lapis supcr lapidem non relinquetur hic, qui non destruatur: et non praeteribit generatio haec, quin destructio initium sumat. Venient enim et sedebunt hic et vallo circumdabunt et filios vestros jugulabunt hic.* Pariter clara voce sequentia pronunciavit, quae ipsis oculis videmus: ut in quibus sermo dictus fuit, et res eveniret. Nam veritatis propheta ob auditorum fidem sermonem demonstrationis facit.

XVI. Verumtamen multi sunt erroris praecones, unum habentes malitiae ducem: qua ratione qui unus veritatis juxta ac pietatis dux est, propriis temporibus omnes puros inventos habebit prophetas. Praecipua vero erroris multorum causa haec est, quod non prius conjugationis doctrinam intellexerunt, quam vobis seorsum non cessabo frequenter et summatim exponere. Longum enim est singula dicere. Vos igitur dicendorum mihi estote veritatis amantes judices.

1. προεφητεύσατο C.
2. ἐπιστάμενος C. Deinde ὢν p. ὡς O.
3. Ita D, προέλεγεν C. O.
4. Matth. 24, 2. 34., Luc. 19, 43.
5. λέγω om. O.
6. Inserui ἡ c. O.
7. ἰδεῖν O c. S, εἴδειν C.
8. Ita O c. D, ἵνα C. Cfr. Hom. VII, 3.
9. ὁ depromsi ex O. Ibidem εἷς ὢν καὶ αὐτὸς C.
10. αὕτη S O, αὐτή C.

XVII. Τοῦ δὲ λέγειν ἄρξομαι ἤδη. Θεοῦ τοῦ τὰ πάντα πεποιηκότος τὸ μέγα καὶ ἅγιον τῆς προγνώσεως αὐτοῦ πνεῦμα εἰ μὴ τῷ ὑπὸ χειρῶν αὐτοῦ κυοφορηθέντι ἀνθρώπῳ δώῃ τις ἐσχηκέναι, πῶς ἔτι ἑτέρῳ τῷ[1] ἐκ μυσαρᾶς σταγόνος γεννηθέντι ὁ ἀπονέμων οὐ τὰ μέγιστα ἁμαρτάνει; καὶ οὐκ οἶμαι αὐτὸν συγγνώμης τυγχάνειν[2], κἂν ὑπὸ νόθου γραφῆς κατὰ τοῦ πάντων πατρὸς δεινὰ νοεῖν ἀπατηθείη· ὁ γὰρ εἰκόνα, καὶ ταῦτα αἰωνίου βασιλέως, ὑβρίσας, τὴν ἁμαρτίαν εἰς ἐκεῖνον ἀναφερομένην ἔχει, οὗπερ καθ' ὁμοίωσιν ἡ εἰκὼν ἐτύγχανεν οὖσα. ἀλλά, φησίν, ἁμαρτήσαντα κατέλειπε τὸ θεῖον πνεῦμα. οὐκοῦν συνήμαρτεν· καὶ πῶς ὁ τοῦτο λέγων οὐ κινδυνεύει; ἀλλὰ μετὰ τὸ ἁμαρτῆσαι εἰλήφει τὸ πνεῦμα. ἀδίκοις ἄρα δέδοται· καὶ ποῦ τὸ δίκαιον; ἀλλὰ δικαίοις καὶ ἀδίκοις ἐπιχορηγεῖται. τοῦτο πάντων ἀδικώτατον. οὕτως πᾶν ψεῦσμα, κἂν μυρίαις ἐπινοίαις βοηθῆται, τὸν ἔλεγχον κἂν ἐν μακρῷ χρόνῳ λαβεῖν ἔχῃ[3].

XVIII. Μὴ ἀπατᾶσθε. ὁ πατὴρ ἡμῶν οὐδὲν ἠγνόει. ὁπότε καὶ ὁ δημοσίᾳ κείμενος νόμος, ἀγνοίας[4] ἐγκλήματι διὰ τοὺς ἀναξίους σκέπων αὐτόν, τοὺς[5] ἀληθείας γλιχομένους ἐπ' αὐτὸν ἀναπέμπει λέγων[6]· ἐξέτασον τὸν πατέρα σου καὶ ἐρεῖσοι, τοὺς πρεσβυτέρους σου, καὶ ἀναγγελοῦσί[7] σοι. τοῦτον ἐχρῆν τὸν πατέρα ζητῆσαι, τούτους τοὺς πρεσβυτέρους ἐπιζητῆσαι[8]. ἀλλ' οὐκ ἐζήτησας, τίνος ἐστὶν ὁ τῆς βασιλείας χρόνος, τίνος ἡ

XVII. Jam vero dicere incipiam. Si quis homini, a Dei omnium auctoris manibus formato, non concesserit, magnum et sanctum praescientiae illius spiritum possidere, quo modo, si alteri ex impura stirpe nato id tribuerit, non plurimum aberrabit? Nec illi puto veniam dandam, licet ab adulterina Scriptura in fraudem inductus sit, ut adversus omnium patrem dura cogitaret. Qui enim imaginem, eamque aeterni regis, affecerit injuria, peccato se implicabit, in eum referendo, ad cujus similitudinem imago illa facta est. Sed, inquit, post peccatum reliquit illum divinus spiritus. Igitur cum illo peccavit: et quo pacto, qui hoc dicit, non periclitatur? Sed postquam peccavit, accepit spiritum. Injustis ergo traditur: et ubi justitia? Sed justis ac injustis suppeditatur. Id omnium injustissimum est. Sic quodlibet mendacium, mille licet adjuvetur excogitationibus, confutationem demum sortietur.

XVIII. Ne decipiamini. Parens noster nihil ignoravit. Quandoquidem et publice posita lex, quae illum ignorantiae culpa ob indignos onerat, propter veritatis cupidos ad eumdem remittit, dicens: *interroga patrem tuum et dicet tibi, seniores tuos et annunciabunt tibi.* Hunc oportebat patrem, hos seniores quaerere. Sed non quaesiisti, cujusnam sit tempus regni, cujusnam prophetiae

1. Ita S. Cfr. Hom. III, 20. τῷ C O.
2. τυγχάνῃ O pr. man.
3. Lege ἔχει S.
4. Ita O et ex conject. C, cuj. textus ἀγνοία. Cfr. Hom. II, 48 et 38.
5. τῆς O.
6. Deut. 32, 7.
7. ἐροῦσι O.
8. Vocabula τούτους τοὺς πρεσβυτέρους ἐπιζητῆσαι recepi ex O. Matth. 23, 2.

τῆς προφητείας καθέδρα, καίτοι αὐτοῦ ἑαυτὸν μηνύοντος τῷ λέγειν· ἐπὶ τῆς καθέδρας Μωυσέως ἐκάθησαν[1] οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι· πάντα οὖν ὅσα λέγωσιν ὑμῖν, ἀκούετε αὐτῶν. αὐτῶν δέ, εἶπεν, ὡς τὴν κλεῖδα τῆς βασιλείας πεπιστευμένων, ἥτις ἐστὶ γνῶσις, ἣ μόνη τὴν πύλην τῆς ζωῆς ἀνοῖξαι δύναται, δι' ἧς μόνης εἰς τὴν αἰωνίαν ζωὴν εἰσελθεῖν ἔστιν. ἀλλὰ ναί, φησίν, κρατοῦσι μὲν[2] τὴν κλεῖν, τοῖς δὲ βουλομένοις εἰσελθεῖν οὐ παρέχουσιν.

XIX. Διὰ τοῦτο, φημί, αὐτὸς τῆς καθέδρας ἐγερθεὶς[3], ὡς πατὴρ ὑπὲρ τέκνων, τὰ ἀπ'[4] αἰῶνος ἐν κρυπτῷ ἀξίοις παραδιδόμενα κηρύσσων, μέχρις αὐτῶν ἐθνῶν τὸν ἔλεον ἐκτείνων καὶ ψυχὰς πάντων ἐλεῶν, ἰδίου αἵματος ἠμέλει. μέλλοντος γὰρ αἰῶνος βασιλεὺς εἶναι κατηξιωμένος πρὸς τὸν νῦν ἐμπρόθεσμος[5] παρειληφότα νόμῳ τὴν βασιλείαν. καὶ τὸ μέγιστον ὅπερ αὐτὸν λίαν ἐλύπει ἐστὶ τοῦτο, ὅτι ὑπὲρ ὧν ὡς τέκνων τὴν μάχην ἐποιεῖτο, ὑπ' αὐτῶν ἀγνοίας αἰτίᾳ ἐπολεμεῖτο. καὶ ὅμως ἠγάπα καὶ τοὺς μισοῦντας, καὶ ἔκλαιε[6] τοὺς ἀπειθοῦντας, καὶ εὐλόγει τοὺς λοιδοροῦντας, ηὔχετο ὑπὲρ ἐχθραινόντων. καὶ οὐ μόνον ταῦτα ἐποίει ὡς πατήρ, ἀλλὰ καὶ τοὺς αὐτοῦ μαθητάς[7], ὡς πρὸς ἀδελφοὺς ἔχοντας, τὰ ὅμοια ποιεῖν ἐδίδασκεν[8].

cathedra. Quamvis ipse seipsum significet dicendo: *super cathedram Moysis sederunt Scribae et Pharisaei: omnia igitur, quaecumque dixerint vobis, audite illos. Illos* autem dixit, velut eos, quibus credita erat clavis regni, hoc est, cognitio, quae sola potest aperire vitae portam, per quam solam in vitam aeternam datur ingredi. Sed ait: sane clavem quidem possident, at intrare volentibus non praebent.

XIX. Propter hoc, inquam, ipse e cathedra surgens, velut pater pro filiis, quae a saeculo in occulto dignis sunt tradita praedicans, misericordiam usque ad ipsas gentes extendens, misertusque omnium animarum, proprium sanguinem neglexit. Futuri quippe saeculi rex esse consecutus circa hoc saeculum, quod lege accepit regnum, accuratus est in promissis. Quodque eum maxime contristat, hoc est, quoniam ab iis per ignorantiam oppugnatur, propter quos tamquam filios bellum suscepit. Verumtamen etiam osores dilexit, flevit incredulos, benedixit conviciantibus, et oravit pro inimicis. Neque solum ista ut pater fecit, sed et discipulos suos, adfectos ut erga fratres, similia facere

1. ἐκάθεισαν O, ex quo adjunxi οὖν.
2. Ita O c. marg. Ci, in cuj. textu κρατοῦμεν. Cfr. Luc. 11, 52. Matth. 23, 13. Credner, Beitr. I, 317.
3. Explanavit hunc locum et a Schliemanno vindicavit Baurius Annal. Theol. Tubing. 1844, p. 555 S.
4. ἀπὸ O.
5. Legendum, si quid video, ἐμπροθέσμως. At deest aliquid. Ὁ νῦν ἐμπροθέσμως παρειληφὼς νόμῳ τὴν βασιλείαν est diabolus cf. Hom. XV, 7. — Etiam Neander, ut postea cognovi, hunc locum sic explicat, gnost. Syst. p. 411. Post βασιλείαν excidisse putat τὴν μάχην ἐποιεῖτο, quod idem in versu insequenti legitur. S. ἐμπροθέσμῳ O.
6. ἔκλαίει C.
7. τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς O.
8. Matth. 5, 23.

τοῦτο πατήρ, τοῦτο προφήτης, τοῦτο εὔλογον τὸ αὐτὸν ἰδίων τέκνων βασιλεῦσαι· ἵνα τῇ ἐκ πατρὸς πρὸς τέκνα στοργῇ καὶ τῶν τέκνων πρὸς τὸν πατέρα ἐνδιαθέτῳ τιμῇ αἰώνιος[1] εἰρήνη γενέσθαι δυνηθῇ. τοῦ γὰρ εὐλόγου βασιλεύοντος, ἐπὶ τοὺς βασιλευομένους ἀληθὴς χαρὰ περὶ τοῦ βασιλεύοντος γίνεται.

XX. *Πλὴν ἐπὶ τὸν πρῶτον τῆς ἀληθείας ἐπάνειμι*[2] *λόγον. ἐὰν τῷ ὑπὸ χειρῶν Θεοῦ κυοφορηθέντι ἀνθρώπῳ τὸ ἅγιον Χριστοῦ μὴ δῷ τις ἔχειν πνεῦμα, πῶς ἑτέρῳ τινὶ ἐκ μυσαρᾶς σταγόνος γεγενημένῳ διδοὺς ἔχειν οὐ τὰ μέγιστα ἀσεβεῖ; τὰ δὲ μέγιστα εὐσεβεῖ*[3]*, ἐὰν ἑτέρῳ μὲν μὴ δώῃ*[4] *ἔχειν, ἐκεῖνον δὲ μόνον ἔχειν λέγοι, ὃς ἀπ' ἀρχῆς αἰῶνος ἅμα τοῖς ὀνόμασι μορφὰς ἀλλάσσων τὸν αἰῶνα τρέχει, μέχρις ὅτε ἰδίων χρόνων τυχών, διὰ τοὺς καμάτους Θεοῦ ἐλέει χρισθείς, εἰς ἀεὶ*[5] *ἕξει τὴν ἀνάπαυσιν. οὗτος ἄρχειν τε καὶ κυριεύειν πάντων τῶν ἐν ἀέρι καὶ γῇ καὶ*[6] *ὕδασι τετίμηται· πρὸς τούτοις δὲ αὐτοῦ τοῦ*[7] *πεποιηκότος τὸν ἄνθρωπον τὴν πνοὴν ἔσχεν, ψυχῆς ἄρρηκτον περιβολήν, ὅπως ἀθάνατος εἶναι δυνηθῇ.*

XXI. *Οὗτος αὐτὸς μόνος ἀληθὴς ὑπάρξας προφήτης ἑκάστῳ ζώῳ κατ' ἀξίαν τῆς φύσεως, καθὼς ὁ πεποιηκὼς αὐτόν*[8]*, οἰκείως τέθεικε τὰ ὀνόματα. εἴ τι γὰρ ἐπωνόμασεν, τοῦτο ἦν καὶ ἐκ τοῦ πεποιηκότος ὄνομα τῷ γεγε-*

docuit. Hoc pater, hoc propheta; hoc rationi est consentaneum, illum suis filiis imperare, ut per patris erga filios amorem, perque insitum honorem filiorum erga patrem, oriri possit aeterna pax. Cum enim bonus imperat, apud subjectos verum gaudium ob imperatorem nascitur.

XX. Verum ad primum veritatis sermonem redeo. Si illi homini, qui Dei manibus productus fuit, nolit quis concedere ut sanctum Christi spiritum habuerit, quo pacto, si alteri ex impura stripe nato eumdem concesserit habere, non plurimum impius est? Maxime vero pius fuerit, si alteri quidem eum spiritum non tribuerit, sed ei soli assignarit, qui ab initio saeculi, formas una cum nominibus mutans, percurrit saeculum, donec nactus sua tempora, propter labores Dei misericordia unctus, requiem in aeternum possideat. Hic honore donatus est imperandi et dominandi omnibus, quae versantur in aëre, terra et aquis: ad haec ipsius a quo homo factus est flatum habuit, animae infragile vestimentum, quo immortalis esse posset.

XXI. Idem, qui solus verus propheta est, unicuique animali apte ad naturam, sicut ejus creator, propria imposuit nomina. Quod enim nominavit, hoc

1. *αἰωνία* C.
2. *ἐπόρα μοι* C, *ἐφόρα μοι* S.
3. *εὐσεβῇ* C et S, licet nostram lectionem commendet.
4. *δῷ* O. Dein *ἀπ' ἀρχῆς* S O, *ἀπαρχῆς* C.
5. *εἰσαεὶ* C.
6. *καὶ* c. O, deest in Cod. Hom. Paris. teste C.
7. *τοῦ* adjunxi c. O. Idem deinceps palmariam largitus est lect. *ἄρρηκτον* p. *ἄρρητον* Vulg.
8. Ita C O, *αὐτὸ* legendum censet S.

νημένῳ. διὸ πῶς ἔτι φυτοῦ χρείαν εἶχε προσλαβεῖν, ἵνα τί ποτέ[1] ἐστιν ἴδῃ καλὸν ἢ κακόν, εἰ ἐνετέλλετο μὴ φαγεῖν; ἀλλὰ ταῦτα πιστεύουσιν οἱ ἄκριτοι, οἱ ἄλογον θηρίον Θεοῦ τοῦ[2] κτίσαντος αὐτούς τε καὶ τὰ πάντα ἐνεργητικώτερον[3] γεγενῆσθαι οἰηθέντες.

XXII. Πλὴν τούτῳ[4] σύζυγος συνεκτίσθη θήλεια φύσις, πολὺ ἀποδέουσα αὐτοῦ, ὡς οὐσία μετουσίας[5], ὡς ἡλίου σελήνη, ὡς φωτὸς τὸ πῦρ. αὕτη τοῦ νῦν κόσμου ὡς θήλεια ὁμοίου ἄρχουσα πρώτη προφῆτις εἶναι πεπίστευται, μετὰ πάντων τῶν ἐν γεννητοῖς γυναικῶν προφητείαν ἐπαγγελλομένη. ὁ δὲ ἕτερος, ὡς υἱὸς ἀνθρώπου ἄρσην ὤν, καὶ τὰ διαφέροντα ὡς ἄρσενι τῷ μέλλοντι αἰῶνι προφητεύει[6].

XXIII. Δύο οὖν ἡμῖν γενικαὶ ἔστωσαν προφητεῖαι· ἡ μὲν ἀρσενική[7]· καὶ διωρίσθω, ὅτι ἡ μὲν πρώτη ἄρσην οὖσα δευτέρα τοῦ λοιποῦ τέτακται κατὰ τὸν τῆς προόδου λόγον, ἡ δὲ δευτέρα θῆλυς οὖσα πρώτη ὡρίσθη ἔρχεσθαι ἐν τῇ τῶν συζυγιῶν προελεύσει. ἡ μὲν οὖν ἐν γεννητοῖς γυναικῶν οὖσα, ὡς θήλεια τοῦ νῦν κόσμου[8] ἐπαγγελλομένη[9], ἀρσενικὴ εἶναι πιστεύεσθαι θέλει. διὸ κλέπτουσα τὰ τοῦ ἄρσενος σπέρματα, καὶ τοῖς ἰδίοις τῆς σαρκὸς σπέρμασιν ἐπισκέπουσα[10], ὡς ὅλα ἴδια συνεκφέρει τὰ γεννήματα,

et erat nomen rei creatae ex creatore. Itaque quo modo adhuc necesse habuit arborem attingere, ut sciret quidnam sit bonum vel malum, si mandatum accepit non edendi? Verum haec credunt qui judicio carent, qui arbitrantur brutum animal potentius fuisse Deo, ipsorum omniumque conditore.

XXII. Caeterum cum eo conjux creata est natura feminea, multum eo deterior; distans ab eo, tamquam substantia ab accidenti, tamquam a solo luna, tamquam a luce ignis. Illa huic mundo velut femina simili imperans, prima prophetissa esse meruit, et cum omnibus qui inter natos mulierum sunt prophetiam annunciat. Alter vero, quasi filius hominis, mas est, et futuro saeculo velut masculo egregia prophetat.

XXIII. Duae igitur nobis sint generales prophetiae: altera quidem mascula: et certum sit, quod prima mascula est, et ut secunda deinceps ratione progressus collocatur, secunda vero, quae est femina, prima in conjugationum adventu venire definita est. Ea ergo, cum inter natos mulierum sit, ut femina praesenti mundo annunciatrix, mascula esse credi vult. Quare semina masculi subpilans, suisque carnis seminibus obtegens tamquam omnia sua comproducit

1. ποτ' O. Lectionem κακόν, εἰ ἐνετέλλετο μὴ φαγεῖν: erui ex notula marginali Cod. O, in cuj. textu legitur, uti ap. C: κακόν; ἐνετέλλετο; Ultimum interrogandi signum in punctum mutavit S.

2. τοῦ praetermisit S.

3. ἐνεργετικώτερον O.

4. Quod S annotat, C edidisse τοῦτο, intellige de Cl.

5. Sensus efflagitat, ut voluit D: ὡς οὐσίας μετουσία.

6. Ita O, ut jam recte viderunt D et Neander; πρωτεύει C.

7. ἀρρενική C.

8. τῷ νῦν κόσμῳ D.

9. ἐπαγγελλομένου O. Subinde ἀρρενικὴ C.

10. ἐπισκέπτουσα O.

τοῦτ' ἔστι τὰ χρήματα[1]. καὶ τὸν παρόντα ἐπίγειον πλοῦτον ὡς προῖκα δώσειν ἐπαγγέλλεται, τῷ ταχεῖ τὸ βραδύ[2], τὸ βραχὺ τῷ μείζονι ὑπαλλάξαι θέλουσα.

XXIV. Πολλοὺς μέντοι θεοὺς λέγειν καὶ ἀκούειν οὐ μόνον τολμῶσα, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ γενέσθαι πιστεύουσα, καὶ ἐλπίδι τοῦ γενέσθαι, ὃ μὴ ἔχει φύσιν, καὶ ὃ ἔχει προσαπολλύουσα, καὶ ὡς θήλεια ἐμμηνίοις[3] γινομένη προφάσει θυσιῶν αἱμάσσεται, καὶ οὕτως τοὺς ψαύοντας αὐτῆς μολύνει. ἐπὰν δὲ συλλαβοῦσα τοὺς προσκαίρους τίκτῃ[4] βασιλεῖς, τοὺς αἷμα πολὺ χέοντας ἐγείρει πολέμους. τοὺς δὲ παρ' αὐτῆς μαθεῖν[5] ἀλήθειαν ὀρεγομένους τῷ τὰ πάντα λέγειν ἐναντία καὶ πολλὰς καὶ διαφόρους παρέχειν ὑπουργίας ζητοῦντας ἀεὶ[6] καὶ μηδὲν εὑρίσκοντας μέχρις αὐτοῦ θανάτου καθίστησιν. ἀπ' ἀρχῆς γὰρ ἀνθρώποις τυφλοῖς θανάτου κεῖται πρόφασις· πλάνα γὰρ καὶ ἀμφίβολα καὶ λοξὰ προφητεύουσα τοὺς πιστεύοντας ἀπατᾷ.

XXV. Διὸ[7] τῷ πρωτοτόκῳ αὐτῆς ἀμφοτερίζον ἐπέθηκεν ὁ νόμος ὄνομα[8], καλέσασα Καΐν· ὃ διχῇ ἔχει τῆς ἑρμηνείας τὴν ἐκδοχήν. ἑρμηνεύεται γὰρ καὶ κτῆσις[9] καὶ ζῆλος, ὡς ζηλοῦν αὐτοῦ μέλλοντος ἐν τοῖς ἐσομένοις ἢ γυναῖκα ἢ κτήματα ἢ τὴν τῶν γονέων πρὸς αὐτὴν[10] στοργήν. εἰ δὲ ἄρα

germina, hoc est, opes: et terrestres has divitias quasi dotem daturam se pollicetur, et tardum cum veloci, parvum cum magno vult commutare.

XXIV. Et vero multos Deos non solum dicere et audire sustinuit, sed et ipsa talem se futuram credidit: atque spe evadendi, quod natura non poterat, etiam quod habebat perdidit. Et quasi femina in menstruis sacrificiorum occasione cruentatur, sicque tangentes eam inquinat. Cum autem concepit, ac temporales reges genuit, bella suscitat quae multum sanguinis fundunt. Porro cupidos discendae ab ea veritatis, quod contraria omnia dicit, et multa et varia praebet ministeria, quaerere semper nihilque invenire usque ad mortem facit. Ab initio enim caecis hominibus posita est mortis occasio. Falsa siquidem et dubia et obliqua praedicit, sicque credentes decipit.

XXV. Quocirca primogenito suo lex ambiguum imposuit nomen, et Cainum vocavit. Quod nomen duplici interpretationis sensu accipitur. Exponitur enim et possessio et aemulatio, quod in futuris aemulaturus esset vel mulierem, vel possessiones, vel amorem parentum erga illam. Quod si nullum eo-

1. ῥήματα C.

2. τὸ βραδύ, quod deest in Cod. Paris. et O., addidit S auctore D.C voluerat: τῷ ταχεῖ τὸ βραδύ, τῷ μείζονι τὸ ἧττον ὑπαλλ. κτλ.

3. ἐν μηνίοις C.

4. Ita O c. S, τίκτει C.

5. Ita et O in textu, μαθῇ in marg. Cum eodem omisi Ci τὰ ante ἐναντία. Articulum delendum esse jam notavit S.

6. αἰεὶ C.

7. Δι' ὃ C.

8. Dedi ἐπέθηκεν ὁ νόμος ὄνομα logices ratione inductus, ἐπέθηκεν ὄνομα C, ἐπέθηκεν ὁ νόμος O.

9. Ita O et ex conject. C, cuj. Cod. κτίσις. Cfr. Gen. 4, 1.

10. αὐτὸν O. — Facile erat corrigere Ἀβέλ. Sed nos in istis Apocryphis aegre quidquam mutamus. Quis enim scit, an non alludatur ad aliquam fabulam de uxore Abelis, aut alia muliere? C.

μηδὲν τούτων γένηται, καὶ οὕτως τὸ κτῆμα λέγεσθαι καλῶς ἐπιτέτευκται. αὐτὸν γὰρ πρῶτον ἐκτήσατο, ὅπερ αὐτῇ[1] καὶ ἐχρησίμευσεν. φονεὺς γὰρ ἦν καὶ ψεύστης καὶ μετὰ ἁμαρτιῶν ἡσυχάζειν μηδὲ ἐπὶ τῷ ἄρχειν θέλων. ἔτι μὴν καὶ οἱ ἀπὸ τῆς τούτου διαδοχῆς προεληλυθότες πρῶτοι μοιχοὶ ἐγένοντο· καὶ ψαλτήρια καὶ κιθάρας ἡρμόσαντο[2], καὶ χαλκεῖς ὅπλων πολεμικῶν ἐγένοντο. διὸ καὶ ἡ τῶν ἐγγόνων προφητεία, μοιχῶν καὶ ψαλτηρίων γέμουσα, λανθανόντως διὰ τῶν ἡδυπαθειῶν ὡς τοὺς πολέμους ἐγείρει.

XXVI. Ὁ δὲ ἐν υἱοῖς ἀνθρώπων προφητείαν ἔμφυτον ψυχῆς ἰδίαν ἔχων, ῥητῶς ὡς ἄρσην[3] τοῦ μέλλοντος αἰῶνος τὰς ἐλπίδας μηνύων, τὸν αὐτοῦ υἱὸν προσηγόρευσεν Ἀβέλ, ὃ ἄνευ πάσης ἀμφιβολίας πένθος ἑρμηνεύεται. πενθεῖν γὰρ τοῖς αὐτοῦ υἱοῖς παρέχει τοὺς ἐξαπατωμένους ἀδελφοὺς αὐτῶν. ἀψευστεῖ[4] αὐτοῖς ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι τὴν παράκλησιν ὑπισχνούμενος[5]. Θεὸν ἕνα μόνον αἰτεῖν λέγει· θεοὺς οὔτε αὐτὸς[6] λέγει, οὔτε ἄλλῳ λέγοντι πιστεύει. καλὸν ὃ ἔχει τηρεῖ καὶ ἐπὶ πλείονα αὔξει. θυσίας, αἵματα, σπονδὰς μισεῖ· ἁγνούς, καθαρούς, ὁσίους ἀγαπᾷ. πῦρ βωμῶν σβέννυσιν, πολέμους καταργεῖ, εἰρήνην[7] διδάσκει, σωφροσύνην ἐντέλλεται, τὰς ἁμαρτίας καθαίρει, γάμον νομιτεύει, ἐγκράτειαν συγχωρεῖ, εἰς ἁγνείαν πάντας ἄγει, ἐλεημονικοὺς ποιεῖ, δικαιοσύνην νομιτεύει, τοὺς

rum sit, etiam sic recte possessionis nomen sortitus est. Nam eum primum possedit, quod et ipsi commodum fuit. Fuit autem homicida et mendax et cum peccatis quiescere neque a principatu voluit. Sed et qui ex illius successione progressi sunt, primi adulteri exstitere. Et psalteria citharasque temperabant, nec non bellicorum amorum excusores facti sunt. Idcirco et posterorum prophetia, adulteris et psalteriis plena, clam per voluptates ad bella concitavit.

XXVI. Qui vero inter filios hominum insitam prophetiam animae propriam obtinebat, expresse, ut masculus, futuri saeculi spem indicans, filium suum vocabit *Abel*, quod absque ulla ambiguitate vertitur *luctus*. Filiis enim suis tribuit flere fratres suos qui decepti fuerint. Non mentitur, dum promittit illis consolationem in futuro saeculo. Ait unum solum Deum rogandum esse: Deos nec ipse dicit, neque alteri dicenti credit. Bonum quod habet servat, ampliusque auget. Sacrificia, sanguinem, libationes odit: castos, puros, sanctos diligit. Exstinguit ararum ignem, bella abolet, docet pacem, castitatem praecipit, peccata expiat, nuptias sancit, continentiam concedit, omnes ad pudicitiam adducit, miscricordes facit, justitiam decernit, eorumque perfectos con-

1. Ita O c. D, αὐτὴ C.
2. καὶ κιθάραι C, qui postea scr. δι' ὅ.
3. ἄρσιν O.
4. ἀψευστεῖν O. Qua lectione recepta scribendum esse videtur: πενθεῖν γὰρ τοῖς αὐτοῦ υἱοῖς παρέχει τοὺς ἐξαπατωμένους ἀδελφοὺς αὐτῶν, ἀψευστεῖν αὐτοῖς κτλ. Eo spectat Ci conjectura ἀψευδῆ, quam S parum intellexit.
5. Ita conj. C, idem in textu ut O: ὑπισχνουμένους. Deinceps λέγειν, θεοὺς C; λέγων, θεοὺς S. c. D.
6. αὐτοὺς O.
7. εἰρήνην in O additur ad oram.

τελείους αὐτῶν σφραγίζει, καὶ τὸν τῆς ἀναπαύσεως λόγον ἐκφαίνει, ῥητὰ προφητεύει, σαφῆ λέγει, πῦρ αἰώνιον κολάσεως πυκνῶς ὑπομιμνήσκει, βασιλείαν Θεοῦ συνεχῶς καταγγέλλει, πλοῦτον οὐράνιον μηνύει, δόξαν ἀναφαίρετον ὑπισχνεῖται[1], τῆς ἁμαρτίας τὴν ἄφεσιν ἔργῳ δείκνυσιν.

XXVII. *Καὶ τί δεῖ λέγειν; ὁ ἄρσην*[2] *ὅλως ἀλήθεια, ἡ θήλεια ὅλη πλάνη, ὁ δὲ ἐξ ἄρσενος καὶ θηλείας γεγονὼς ἃ μὲν ψεύδεται, ἃ δὲ ἀληθεύει. ἡ γὰρ θήλεια ἰδίῳ αἵματι ὥσπερ ἐρυθρῷ πυρὶ περιβάλλουσα τὸ τοῦ ἄρσενος λευκὸν σπέρμα, ἀλλοτρίοις ἐρείσμασιν ὀστέων τὸ ἀσθενὲς αὐτῆς συνίστησιν, καὶ τῷ τῆς σαρκὸς προσκαίρῳ ἄνθει τέρπουσα, καὶ βραχείαις ἡδοναῖς τοῦ λογισμοῦ τὴν ἰσχὺν ὑποσυλῶσα, τοὺς πλείονας εἰς μοιχείαν ἄγει, καὶ οὕτως τοῦ μέλλοντος καλοῦ στερίσκει νυμφίου. νύμφην γάρ ἐστι ὁ πᾶς*[3] *ἄνθρωπος, ὁπόταν τοῦ ἀληθοῦς*[4] *προφήτου λευκῷ λόγῳ ἀληθείας σπειρόμενος φωτίζηται τὸν νοῦν.*

XXVIII. *Διὸ*[5] *ἑνὸς μόνου τοῦ τῆς ἀληθείας προφήτου ἀκούειν δεῖ, εἰδότα ὅτι ὁ παρ' ἑτέρου σπαρεὶς λόγος, μοιχείας ἔγκλημα λαβὼν*[6]*, ὡς ὑπὸ νυμφίου*[7] *τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἐκβάλλεται. τοῖς δὲ τὸ μυστήριον εἰδόσιν ὑπὸ ψυχικῆς μοιχείας καὶ θάνατος γίνεται. ὁπόταν*[8] *ἡ ψυχὴ ὑφ' ἑτέρων σπαρῇ, τότε ὡς πορνεύσασα ἢ μοιχευσαμένη ὑπὸ τοῦ πνεύματος ἐγκα-*

signat, et requietis sermonem profert, certa prophetat, clara dicit, ignem supplicii aeternum frequenter commemorat, regnum Dei assidue annunciat, coelestes divitias ostendit, gloriam perpetuam pollicetur, peccati indulgentiam opere demonstrat.

XXVII. Quid opus est verbis? Mas totus veritas est, femina tota seductio: qui autem ex masculo et femina ortus est, partim mentitur, partim vera praedicat. Femina enim, proprium sanguinem velut rubrum ignem albo masculi cingens semine, alienis fulcimentis imbecillitatem ossium suorum firmat: ac temporario carnis flore delectata brevibusque voluptatibus vim mentis depraedata plures in adulterium ducit, sicque privat praeclaro sponso, quem habituri erant. Nam quilibet homo sponsa est; quando veri prophetae candido veritatis sermone conspersus mente illuminatur.

XXVIII. Quapropter unum solum veritatis prophetam auscultare oportet, sciendumque est, quod ab alio seminatus sermo, adulterii sumpto crimine, tamquam a sponso e regno ejus ejicitur. Iis autem qui mysterium cognoverunt, per animae adulterium et mors contingit. Scilicet cum anima ab aliis semen acceperit, tunc velut fornicata aut adulterium operata deseritur a spiritu: atque

1. Ita D probante O, ὑποσχεῖται C. Et ὑπόσχεται legi posse notat Cl.

2. Non C, sed Cl ἄρσεν: unde S corrigendus. Tum ὅλος O.

3. C haec vertit, quasi legi voluerit πᾶς ὁ. S. Tum ὁπότ' ἂν Vulg.

4. ἀληθοῦ O.

5. Δι' ὃ C.

6. Ita O c. D, λαβεῖν C.

7. In O esse videtur μοιχείας.

8. ὁπότ' ἂν C.

ταλείπεται, καὶ οὕτως τὸ ἔμψυχον σῶμα, τοῦ ζωοποιοῦ πνεύματος χωρισθέντος, εἰς[1] *γῆν ἀναλύεται, καὶ τοῦ ἁμαρτήματος ἡ κατ' ἀξίαν κόλασις ἐν τῷ τῆς κρίσεως καιρῷ ἀποδίδοται τῇ ψυχῇ μετὰ τὴν τοῦ σώματος ἀνάλυσιν· ὥσπερ ἐπ' ἀνθρώπων ἡ ἐπὶ μοιχείᾳ φωραθεῖσα πρῶτον τῶν οἴκων ἐκβάλλεται, εἶθ' ὕστερον ἐπὶ καταδίκῃ κρίνεται.*

XXIX. *Τοῦ Πέτρου τοῦτον αὐτὸν μέλλοντος ἡμῖν τελείως ἐκφαίνειν τὸν μυστικὸν λόγον*[2], *Ζακχαῖος ἧκε λέγων· ἤδη λοιπόν, ὦ Πέτρε, καιρὸς πρὸς τὸ ἐκβάντα διαλεχθῆναί σε· πολὺς γὰρ ἐπὶ τῆς αὐλῆς συναθροισθεὶς ἀναμένει σε ὄχλος, οὗ ἐν μέσῳ ὡς πολέμαρχος ὑπ' αὐτοῦ δορυφορούμενος ἕστηκε Σίμων. ὁ δὲ Πέτρος ἀκούσας, εὐχῆς χάριν ὑποχωρεῖν*[3] *μοι κελεύσας ὡς μήπω εἰληφότι τὸ πρὸς σωτηρίαν βάπτισμα, τοῖς ἤδη τελείοις ἔφη· ἐγερθέντες εὐξώμεθα, ἵνα ὁ Θεὸς τοῖς ἀνεκλείπτοις αὐτοῦ οἰκτιρμοῖς συνεργήσῃ μοι ὁρμῶντι πρὸς σωτηρίαν τῶν ὑπ' αὐτοῦ κτισθέντων ἀνθρώπων. καὶ τοῦτ'*[4] *εἰπὼν εὐξάμενος ἐξῄει εἰς τὸν ὕπαιθρον τῆς αὐλῆς τόπον μέγαν ὄντα, ἔνθα συνεληλυθότες ἦσαν πολλοὶ τοῦ ἐποπτεῦσαι χάριν, τῆς διακρίσεως*[5] *αὐτοῦ ἐπὶ τὸ σπεύδειν τοῦ ἀκούειν σπουδαιοτέρους πεποιηκυίας.*

XXX. *Στὰς οὖν, καὶ ἰδὼν μετὰ πάσης*[6] *ἡσυχίας τὸν πάντα λαὸν εἰς αὐτὸν ἀτενίζοντα, Σίμωνα δὲ τὸν μάγον εἰς μέσον ἑστῶτα, τοῦ λέγειν ἤρξατο οὕτως· εἰρήνη εἴη πᾶσιν ὑμῖν τοῖς ἑτοίμως*[7] *ἔχουσι δεξιὰς διδόναι*

ita corpus animatum, ablato vivificatore spiritu, in terram dissolvitur, et peccati condigna supplicia tempore judicii retribuuntur animae post separationem a corpore. Quemadmodum inter homines, quae in adulterio deprehensa est, primum aedibus ejicitur, ac deinde condemnatione multatur.

XXIX. Cumque Petrus hunc ipsum mysticum sermonem perfecte nobis declaraturus esset, Zacchaeus venit dixitque: jam nunc, Petre, tempus est ut exeas ad disserendum. Multa enim turba in atrio congregata operitur te, in cujus medio tamquam belli dux ab eadem protectus ac stipatus constitit Simon. Quo audito Petrus orationis gratia secedere me jussit, ut qui nondum accepissem salutis baptisma, et ad jam baptismo perfectos dixit: surgentes oremus, ut Deus pro suis perpetuis miserationibus opituletur mihi, qui prodeo ob salutem hominum quos creavit. Utque haec locutus est, oratione facta, exiit in atrii locum subdialem et magnum, quo multi convenerant spectandi causa, nam ejus disputatio fecerat, ut diligentiores festinarent ad audiendum.

XXX. Stans ergo, cernensque universum populum universo cum silentio oculos in ipsum conjicere, ac Simonem magum in medio stare, hunc in modum loqui coepit: pax sit omnibus vobis, qui parati estis dexteras dare veri-

1. *τὰ εἰς* O. Legerim *τότε εἰς*.
2. Ci *τοῦτον* ante *λόγον* omisi c. O.
3. *ὑποχωρῆσαί* C. Dein *ὡς μήπω μοι* pro *ὡς μήπω* O.
4. *ταῦτ'* C.
5. D vocem *διάκρισις* verti vult per „excellentiam“ vel „eminentiam“, cf. 1. Cor. IV, 7.
6. *πολλῆς* C.
7. *ἑτοίμοις* edid. Cl et S contra auctoritatem Codd.

τῇ τοῦ Θεοῦ ἀληθείᾳ, ἣν αὐτοῦ μεγάλην τε καὶ ἀσύγκριτον ἐν τῷ νῦν κόσμῳ ὑπάρχουσαν δωρεὰν ὁ ἀποστείλας ἡμᾶς, τοῦ ἐν ὑπεροχῇ συμφέροντος ἀψευδὴς ὑπάρχων προφήτης, ταύτην[1] *ἡμῖν ἐνετείλατο προφάσει προσηγορίας πρὸ τῶν τῆς διδασκαλίας λόγων ὑμῖν ἐπιφθέγγεσθαι, ἵνα ἐὰν ᾖ τις ἐν ὑμῖν εἰρήνης τέκνον, διὰ τῆς διδασκαλίας ἡμῶν καταλάβῃ αὐτὸν ἡ εἰρήνη, εἰ δὲ ταύτην λαβεῖν ὑμῶν τις μὴ θέλοι, τότε ἡμεῖς ἀποτιναξάμενοι εἰς μαρτυρίαν τῶν ποδῶν ἡμῶν τὸν ἐκ τῶν ὁδῶν κονιορτόν, ὃν διὰ τοὺς καμάτους βαστάξαντες*[2] *ἠνέγκαμεν πρὸς ὑμᾶς ὅπως σωθῆτε, εἰς ἑτέρων ἀπίωμεν οἰκίας καὶ πόλεις.*

XXXI. *Καὶ ἀληθῶς ὑμῖν λέγομεν· ἀνεκτότερον ἔσται γῇ*[3] *Σοδόμων καὶ Γομόρρας ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, ἢ τῷ τῆς ἀπειθείας τόπῳ ἐνδιατελεῖν· πρῶτον μέν, ὅτι τὸ εὔλογον ἀφ᾽ ἑαυτῶν οὐκ ἐνοήσατε*[4]*· δεύτερον, ὅτι ἀκούσαντες τὰ καθ᾽ ἡμᾶς οὐκ ἤλθετε πρὸς ἡμᾶς· τρίτον, ὅτι καὶ ἐλθοῦσιν ἡμῖν ἠπειθήσατε. διὸ*[5] *φειδόμενοι ὑμῶν προῖκα εὐχόμεθα*[6] *τὴν εἰρήνην ἡμῶν ἐλθεῖν ἐφ᾽ ὑμᾶς. εἰ οὖν ταύτην ἔχειν θέλετε, δεῖ ὑμᾶς προθύμως τὸ μὴ ἀδικεῖν ἀναδέξασθαι, καὶ τὸ ἀδικεῖσθαι γενναίως φέρειν, ὅπερ ἀνθρώπου φύσις οὐκ ἂν ὑποσταίη*[7]*, ἐὰν μὴ πρότερον τοῦ ἐν ὑπεροχῇ συμφέροντος τὴν γνῶσιν λάβῃ, ὅπερ ἐστὶν τὸ εἰδέναι τοῦ πάντα ὑπερέχοντος τὴν δικαίαν φύσιν, ὅτι ἀδικουμένους ἐκδικῶν*[8] *τιμωρεῖ, καὶ τοὺς εὐσεβοῦντας εἰς ἀεὶ εὐεργετεῖ.*

tati Dei, quam, magnum nempe ac incomparabile ejus munus in hoc mundo, ut salutationis causa vobis ante sermones doctrinae acclamemus, praecepit nobis qui misit nos verus excellentis boni propheta; quo si aliquis inter vos sit filius pacis, per doctrinam nostram pax eum complectatur, si quis autem vestrum eam accipere nolit, tunc nos, excusso in testimonium pulvere pedum nostrorum, quem collectum ex itinerum laboribus salutis vestrae ergo attulimus, ad aliorum domos ac civitates abeamus.

XXXI. Ac vere dicimus vobis: tolerabilius erit in die judicii, manere in terra Sodomorum et Gomorrhae, quam in loco incredulitatis: primo quidem, quia quod rationi convenit, ex vobis non intellexistis: secundo, quoniam cum de nobis audiissetis, non venistis ad nos: tertio, quia etiam cum venissemus, nobis non credidistis. Quare gratificantes vobis ultro oramus, ut pax nostra veniat super vos. Si ergo eam habere vultis, oportet vos alacri animo suscipere, ut injuriam non faciatis et vobis factam feratis fortiter: quod hominis natura non sustinebit, nisi prius eminentis boni acceperit notitiam, id autem est, cognoscere justam ejus qui cuncta exsuperat naturam, quod punit, ut injuria affectos ulciscatur, et pios beneficiis in sempiternum afficit.

1. Cfr. Matth. 10, 12. Marc. 6, 11. Dier. 291 seqq. Cl. Luc. 10, 5.
2. *κάμπους βαστάσαντες* O.
3. *τῇ* O.
4. Respicit ad Hesiodi vers. Opp. et
5. *δι᾽ ὃ* C.
6. Ita O et S c. Epit. c. 35, *εὐχώμεθα* C.
7. *ὑποσταίη* O c. S, *ὑποστείη* C.
8. *ἐκδικῶν* O c. D, *ἐδικεῖν* C.

XXXII. Ὑμεῖς οὖν ὡς Θεοῦ δοῦλοι εὐγνώμονες, ἀφ' ἑαυτῶν τὸ εὔλογον νοοῦντες, τὴν αὐτῷ ἀρέσκουσαν ἀναδέξασθε πολιτείαν, ἵνα οὕτως αὐτὸν φιλοῦντες καὶ φιλούμενοι ὑπ' αὐτοῦ εἰς ἀεὶ τὸ συμφέρον ἔχοιτε [1]. αὐτῷ γὰρ μόνῳ τὸ παρασχεῖν δυνατώτατόν ἐστιν, τῷ τὰ μὴ ὄντα εἰς τὸ εἶναι συστησαμένῳ, οὐρανὸν δημιουργήσαντι, γῆν πιλώσαντι, θάλασσαν περιορίσαντι, τὰ ἐν ᾅδῃ ταμιεύσαντι καὶ τὰ πάντα ἀέρος [2] πληρώσαντι.

XXXIII. Οὗτος μόνος τὴν μίαν καὶ πρώτην [3] μονοειδῆ οὐσίαν τετραχῶς καὶ ἐναντίως ἔτρεψεν· εἶτα μίξας κράσεις ἐξ αὐτῶν ἐποίησεν, ἵνα εἰς ἐναντίας [4] φύσεις τετραμμέναι καὶ μεμιγμέναι τοῦ ζῆν ἡδονὴν ἐκ τῆς ἀντισυζυγίας ἐργάσωνται. ὁμῶς [5] αὐτὸς μόνος δήμους ἀγγέλων καὶ πνευμάτων βουλῆς νεύματι δημιουργήσας, ἔπλησε τοὺς οὐρανούς· ὡς καὶ τὸ φαινόμενον στερέωμα ἄστροις ἐκόσμησεν, οἷς καὶ τρίβους ὥρισε καὶ δρόμον ἔταξεν· γῆν ἐπίλωσεν εἰς καρπῶν αὔξησιν· θάλασσαν δὲ περιώρισεν, ἐν ἀνύδροις [6] οἴκησιν ἀφορίσας· τὰ ἐν ᾅδῃ ταμιεύει, ψυχῶν χῶρον ὀνομάσας· τὰ δὲ πάντα ἔπλησεν ἀέρος, ἵνα πάντα τὰ ζῶα πρὸς τὸ ζῆν ἀδεῶς ἀναπνέειν ἔχοι [7].

XXXIV. Ὦ τῆς μεγάλης Θεοῦ φρονίμου χειρὸς τῆς ἐν πᾶσι πάντα

XXXII. Vos igitur, ut gratos Dei servos decet, ex vobis quod rationi consentaneum est intelligentes, vitam ei placentem amplectimini, ut sic, amantes eum et ab eo amati, quod bonum est possideatis perpetuo. Illud enim ipse solus maxime potest praestare, qui non exsistentia ad exsistentiam adduxit, coelum creavit, terram compegit, mare conclusit, quae in inferis sunt recondidit, cunctaque replevit aëre.

XXXIII. Hic solus unam ac primam simplicemque substantiam quadrupliciter et contrarie convertit: ac deinde commiscens mille inde produxit mista, quo contrarias in naturas mutatae ac permistae res vitae voluptatem per oppositionem procurarent. Ipse etiam solus populos angelorum et spirituum nutu voluntatis condidit, iisque implevit coelos: sicut et quod videmus firmamentum condecoravit stellis, quibus semitas definivit cursumque ordinavit: terram, propter frugum incrementum, compegit, mare autem conclusit, habitationem in siccis locis secernendo: quae apud inferos sunt recondidit, animarum locum nuncupans; cuncta vero replevit aëre, ut omnia animalia respirationem vitae necessariam haberent liberam.

XXXIV. O magnam Dei ac prudentem manum, in omnibus omnia facien-

1. Leg. ἔχητε. S.
2. ἀέρι C.
3. Fortasse scribendum πρώτως. S.
4. ἐναντίοις O.
5. Ita S, ὅμως C. O.
6. Lege ἐνύδροις „aquatilibus habitationem constituens.“ Absurda est Cotelerii versio. D. Voluit Cotelerius in locis siccis seu aqua non tectis datam esse terrestribus animalibus habitationem. Cl.
7. ἐχῇ (sic) O.

ποιούσης! μυρίος γὰρ ὄχλος πτηνῶν ὑπ' αὐτοῦ γεγένηται, καὶ οὗτος ποικίλος, πρὸς τὸν ἕτερον κατὰ [1] πάντα ἐξηλλαγμένος, λέγω δὲ τά τε χρώματα, ῥάμφη, ὄνυχας, βλέμματα, γνώμας, φθέγματα καὶ τὰ λοιπὰ πάντα. πόσαι δὲ καὶ φυτῶν διάφοροι ἰδέαι, χρώμασι καὶ ποιότησι καὶ ὀδμαῖς ἀπείροις [2] διωρισμέναι! πόσα δὲ τῆς χέρσου ζῶα καὶ τῶν ἐν ὕδασιν [3], ὧν ἀδύνατον εἰπεῖν σχήματα, μορφάς, θέσεις, χρώματα [4], βίους, γνώμας, φύσεις, ὄχλον· ἔτι τε ὀρέων πλήθη καὶ ὕψη, λίθων διαφοράς, μυχοὺς [5] φοβερούς, πηγάς, ποταμούς, λίμνας, θαλάσσας, λιμένας, νήσους, ὕλας, οἰκουμένην τε πᾶσαν καὶ ἀοικήτους τόπους.

XXXV. Πόσα δὲ καὶ ἄλλα ἄγνωστα τυγχάνει, στοχασμὸν ἀνθρώπων ἐκπεφευγότα! τῶν δὲ ἐν καταλήψει ὄντων τίς ἀνθρώπων ἕνα ὅρον οἶδεν! λέγω δέ, πῶς οὐρανὸς εἰλεῖται, πῶς ἄστρα φέρεται, καὶ τίνας ἔχουσι τὰς μορφὰς καὶ τοῦ ζῆν τὴν σύστασιν, τίνες τε οἱ τούτων ἀερώδεις τρίβοι, πόθεν τε καὶ τὰ ἀνέμων πνεύματα περιωθεῖται, καὶ διαφόρους ἔχει τὰς ἐνεργείας, πῶς [6] ἀνελλιπῶς βρύουσιν αἱ πηγαί, καὶ ἀένναοι [7] ποταμοὶ γινόμενοι εἰς θάλασσαν καταντῶσιν, καὶ οὔτε ὅθεν ἔρχονται κενοῦνται [8], οὔτε ὅπου ἀπέρχονται πληροῦσιν· μέχρι ποῦ τοῦ ἀπεράντου ταρτάρου τὸ ἄπειρον βάθος· ἐπὶ τίνι ἄρα ἐπεωρεῖται ὁ πάντα περιέχων οὐρανός· πῶς

tem! Infinita quippe volatilium multitudo per eum exstitit, adeoque varia, respectu alterius omnino diversa, dico autem colores, rostra, ungues, aspectum, sensus, voces, caeteraque omnia. Quot autem etiam sunt variae plantarum species, coloribus, qualitatibus, odoribus innumeris distinctae! Quot vero terrae et aquae animalia, quorum impossibile est recensere figuras, formas, situs, colores, videndi rationes, sensus ac instinctus, naturas, multitudinem: ut nec montium frequentiam et altitudines, lapidum diversitates, antra terribilia, fontes, fluvios, paludes, maria, portus, insulas, sylvas, universumque orbem habitabilem, una cum locis inhabitabilibus.

XXXV. Quanta vero et alia ignorantur, humanique animi aciem fugiunt! Eorum autem quae cognoscuntur, quis hominum vel unam novit definitionem! Quo modo, inquam, coelum volvitur; quo modo astra decurrunt, et quas habent formas, undeque vivunt, ac quaenam eorum aëriae semitae. Item unde ventorum flatus obtruduntur, variasque habent vires. Quo modo indesinenter fontes scatent: et fluvii perpetui ad mare descendunt; et nec unde veniunt vacuitas fit, nec quo abeunt plenitudo. Quousque pervenit immensi tartari infinitum profundum. Super quo suspenditur coelum, quod omnia continet. Qua ratione nubes ex aëre diffluunt, et in aërem imbibuntur. Quae natura toni-

1. Cl. κατὰ sine causa ac tacite mutavit in μετά, quod repetiit S.
2. ἀπείρω O.
3. Scribe τὰ ἐν ὕδασι D.
4. χρῶμα C.
5. μύχους C. πηγὰς p. πηγὰς O.
6. πόθεν C.
7. ἀέναοι C.
8. κενοῦται C.

νέφη ἐξ ἀέρος βρύει, καὶ εἰς ἀέρα συμπίνεται· τίς φύσις βροντῶν καὶ ἀστραπῶν, χιόνων, χαλάζης, ὁμίχλης, κρυστάλλων, καταιγίδων, ὄμβρων, νεφῶν αἰωρουμένων· καὶ πῶς φυτά, ζῶα πλάσσει· καὶ ταῦτα διαφοραῖς ἀναριθμήτοις πάσῃ ἀκριβείᾳ συνεχῶς ἀποτελούμενα[1].

XXXVI. Ὅμως ἐάν τις τὸ πᾶν ἀκριβῶς λογισμῷ συνίδῃ[2], εὑρήσει δι' ἄνθρωπον τὸν Θεὸν πεποιηκότα. οἱ γὰρ ὄμβροι καρπῶν ἕνεκα γίνονται, ἵνα ἄνθρωπος μεταλάβῃ[3], καὶ ζῶα τραφῇ, ὅπως ἀνθρώπῳ χρησιμεύῃ. καὶ ἥλιος φαίνει καὶ[4] τὸν ἀέρα εἰς τέσσαρας τροπὰς τρέπει, ἵνα ἕκαστος καιρὸς τὰ ἴδια ἀνθρώπῳ παρασχῇ. καὶ πηγαὶ βρύουσιν[5], ἵνα πόμα ἀνθρώποις δοθῇ. ἀλλ' ἔτι μὴν κατὰ τὸ δυνατὸν τίς ἐπὶ τῆς κτίσεως κυριεύει; οὐχὶ ἄνθρωπος, ὃς σοφίαν εἴληφεν, γῆν γεωργεῖν, θάλασσαν πλεῖν, νηκτά, πτηνά, θηρία ἀγρεύειν, ἄστρων δρόμον λογιστεύειν, γῆν μεταλλεύειν, θάλασσαν σήθειν, πόλεις ἐγείρειν, βασιλεῖς[6] ὁρίζειν, νόμους τάσσειν, δικάζειν, Θεὸν ἀόρατον νοεῖν, ἀγγέλων ὀνόματα γνωρίζειν, δαίμονας ἀπελαύνειν, νόσους φαρμακίαις πειρᾶσθαι παύειν, κατὰ δ' ἰοβόλων ἑρπετῶν ἐπαοιδὰς εὑρίσκειν, ἀντιπαθείας ἐπινοεῖν;

XXXVII. Εἰ δὲ εὐγνωμονεῖς[7], ἄνθρωπε, νενοηκὼς τὸν ἐν πᾶσιν εὐεργετήσαντά σε Θεόν, καὶ ἀθάνατος ἂν ῇς, τῶν διά σε κτισθέντων δι' εὐγνω-

truum et fulgurum, nivium, grandinis, nebulae, glaciei et crystallorum, procellarum, imbrium nubiumque suspensarum. Et quo pacto plantae formentur et animalia: atque haec innumeris diversitatibus omnique diligentia continue confecta.

XXXVI. Itaque qui universum accurate consideraverit, inveniet, hominis causa id factum fuisse a Deo. Nam imbres propter fruges fiunt, ut homo sumat et bestiae nutriantur, quo homini inserviant. Sol apparet ac lucet, et aërem in quatuor anni tempestates vertit, ut unaquaeque tempestas quae habet homini largiatur. Fontes scaturiunt, ut potus praebeatur hominibus. Adhaec, quisnam, quantum fieri potest, dominatur in creaturam? Nonne homo? qui industriam accepit colendi terram, navigandi mare, capiendi pisces, aves, feras; expendendi astrorum cursum, scrutandi terram, findendi mare, condendi urbes, designandi reges, ferendi leges, judicandi, Deum invisibilem cognoscendi, sciendi nomina angelorum, expellendi Daemones, tentandi remediis morbos sedare, inveniendi incantationes adversum venenatos serpentes, animadvertendi rerum mutuo se abigentium repugnantiam.

XXXVII. Quod si gratum te praestas, homo, et intelligis tibi in omnibus beneficum Deum, etiam immortalis evades, resque tua causa conditae ob gra-

1. Ita marg. Ci, cuj. textus ἀποτελουμένῃ, ut O.
2. συνίδῃ O c. S, συνείδῃ C.
3. μεταλάβῃ om. O.
4. ἵνα τ. ἀέρα εἰς τ. τ. τρέπῃ, καὶ ἵνα κτλ. C.
5. βρύουσιν S O, βρύωσιν C.
6. Lege βασιλείας. Cl.
7. εὐγνωμόνεις O.

μοσύνην τὸ διαμένειν ἐχόντων. καὶ νῦν δὲ γενέσθαι δύνασαι ἄφθαρτος, ἐὰν ἐπιγνῷς ὃν ἔλαθες, ἐὰν ἀγαπήσῃς ὃν κατέλιπες[1], ἐὰν αὐτῷ μόνῳ προσεύχῃ, τῷ[2] σῶμά σου καὶ ψυχὴν κολάσαι καὶ σῶσαι δυναμένῳ[3]. διὸ πρὸ πάντων ἐννοοῦ, ὅτι οὐδεὶς αὐτῷ συνάρχει, οὐδεὶς τῆς αὐτοῦ κοινωνεῖ ὀνομασίας, τοῦτο ὃ δὴ λέγεται Θεός. μόνος γὰρ αὐτὸς καὶ λέγεται καὶ ἔστιν. ἄλλον δὲ οὔτε νομίσαι, οὔτε εἰπεῖν ἔξεστιν· εἰ δέ τις τολμήσειεν, αἰδίως τὴν ψυχὴν κολασθῆναι ἔχει.

XXXVIII. Τοῦ Πέτρου ταῦτα εἰπόντος, ὁ Σίμων ἔξω τοῦ ὄχλου βοῇ μεγάλῃ ἔφη· τί ψευδόμενος ἀπατᾶν θέλεις τὸν παρεστῶτά σοι ἰδιώτην ὄχλον, πείθων αὐτὸν θεοὺς μήτε νομίζειν, μήτε λέγειν ἐξὸν εἶναι, τῶν παρὰ Ἰουδαίοις δημοσίων βίβλων πολλοὺς θεοὺς εἶναι λεγουσῶν; καὶ νῦν δὲ μετὰ πάντων ἀπ' αὐτῶν σοι τῶν βίβλων περὶ τοῦ δεῖν θεοὺς νομίζειν συζητῆσαι[4] θέλω· πρότερον περὶ οὗ ἔφης Θεοῦ, δείξας μὴ αὐτὸν εἶναι τὸν[5] ἀνωτάτω καὶ πάντα δυνάμενον[6], καθὸ ἀπρόγνωστός ἐστιν, ἀτελής, ἐνδεής, οὐκ ἀγαθός, καὶ πολλοῖς μυρίοις[7] χαλεποῖς ὑποκείμενος πάθεσιν· ὅθεν τούτου δειχθέντος ἀπὸ τῶν γραφῶν, ὡς ἐγὼ λέγω, ἕτερος ἀγράφως[8] περιλείπεται εἶναι, προγνωστικός, τέλειος, ἀνενδεής, ἀγαθός, πάντων χα-

titudinem perseverare habebunt. Et vero nunc incorruptus fieri potes, si quem ignorasti agnoscas, si quem reliquisti diligas, si ei uni supplices, qui corpus tuum et animam supplicio afficere et servare potest. Quare ante omnia cogita, neminem cum illo imperare, neminem cum eo communem habere appellationem, id nempe quod vocatur Deus. Solus enim ipse et dicitur et est: alium vero neque arbitrari neque dicere licet: et eum, qui id ausus fuerit, perpetua manet animae poena.

XXXVIII. Quae cum Petrus dixisset, Simon extra turbam voce magna infit: quid adstantem tibi imperitam multitudinem vis mentiendo decipere, dum persuades ei, Deos nec arbitrari licitum esse, nec dicere, cum publici Judaeorum libri multos esse Deos asseverent? Et vero nunc coram omnibus ex iis libris tecum disputare volo de eo, quod Deos exsistere sit existimandum: et prius de eo Deo quem protulisti, ostendens eum non esse supremum ac omnipotentem, quia improvidus futurorum est, imperfectus, indigens, non bonus, multis millibus gravibusque subjectus affectibus. Unde hac re demonstrata ex Scripturis, quemadmodum ego assero, restat ut sit alius in Scriptura non commemoratus, praescius futurorum, perfectus, non indigens, bonus, ab omnibus

1. κατέλειπες C.
2. τὸ C.
3. δυναμένω καὶ σῶσαι O. Dein ἐννοῦ p. ἐννοοῦ Cl, non C, ut falso annotavit S.
4. νομίζειν καὶ συζητῆσαι C.
5. τὴν C.
6. Scripsi δυνάμενον, ut τὸν Art. habeat, quo referatur; δυναμένην C O. Post δυναμένην in Epit. c. 36. additur πρόνοιαν. S δύναμιν excidisse putat. Tum καθ' ὃ C.
7. Delevi Ci καὶ ante μυρίοις c O.
8. Fortasse leg. ἄγραφος. S.

λεπῶν ἀπηλλαγμένος παθῶν. ὃν δὲ σὺ φῂς δημιουργόν, τοῖς ἐναντίοις ἀντικείμενος[1] τυγχάνει.

XXXIX. *Αὐτίκα γοῦν ὁ καθ' ὁμοίωσιν αὐτοῦ γεγονὼς Ἀδὰμ καὶ τυφλὸς κτίζεται[2] καὶ γνῶσιν ἀγαθοῦ ἢ κακοῦ οὐκ ἔχων παραδέδοται, καὶ παραβάτης εὑρίσκεται καὶ τοῦ παραδείσου ἐκβάλλεται καὶ θανάτῳ τιμωρεῖται. ὁμοίως τε καὶ ὁ πλάσας αὐτόν, ἐπεὶ μὴ πανταχόθεν βλέπει, ἐπὶ τῇ Σοδόμων καταστροφῇ λέγει[3]· δεῦτε καὶ καταβάντες ἴδωμεν, εἰ κατὰ τὴν κραυγὴν αὐτῶν τὴν ἐρχομένην πρός με συντελοῦνται· εἰ δὲ μή, ἵνα γνῶ· καὶ ἀγνοοῦντα ἑαυτὸν[4] δείκνυσιν. τῷ[5] δὲ εἰπεῖν περὶ τοῦ Ἀδάμ[6]· ἐκβάλωμεν αὐτόν, μήπως ἐκτείνας τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἅψηται τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς καὶ φάγῃ καὶ ζήσεται[7] εἰς τὸν αἰῶνα· τῷ εἰπεῖν μήπως, ἀγνοεῖ· τῷ δὲ ἐπαγαγεῖν, μή πως φαγὼν ζήσεται[8] εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ φθονεῖ. καὶ τῷ γεγράφθαι, ὅτι ἐνεθυμήθη ὁ Θεός, ὅτι ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον, καὶ μετανοεῖ καὶ ἀγνοεῖ· τὸ γὰρ ἐνεθυμήθη σκέψις ἐστίν, ᾗ[9] τις δι' ἄγνοιαν ὧν βούλεται τὸ τέλος ἀκριβῶσαι θέλει, ἢ ἐπὶ τῷ μὴ κατὰ γνώμην ἀποβάντι μεταμελομένου[10]. καὶ τὸ γεγράφθαι, καὶ ὠσφράνθη κύριος ὀσμὴν*

malis affectibus liber. Ille autem, quem loqueris, mundi opifex contrariis oppositus est.

XXXIX. Statim ergo qui ad ejus similitudinem factus est, Adamus, etiam caecus creatur et cognitionem boni vel mali non habuisse traditur, et transgressor invenitur, et ejicitur e paradiso morteque mulctatur. Simili quoque modo, qui finxit illum: quandoquidem undique non videt, in Sodomorum exitio ait: *venite et descendentes videamus, an secundum clamorem ipsorum, qui ad me venit, perficiant; sin minus ut sciam;* en, ignarum se ostendit. Et cum dicit de Adamo: *ejiciamus eum, ne forte extensa manu sua attingat lignum vitae, et comedat, et vivet in aeternum;* dicendo, *ne forte,* ignorat; addendo autem, *ne forte comedens vivat in aeternum,* invidet quoque. Cum scriptum est: *secum reputavit Deus, quod fecisset hominem,* et poenitentia ducitur et ignorat: nam illud, *secum reputavit,* consideratio est, qua aliquis ob eorum quae cupit ignorationem finem diligenter explorare vult, aut convenit eam ob rem poenitenti, quae non secundum sententiam contigit. Quod etiam scriptum

1. *ὑποκείμενον* O. Haud male.

2. Meminit Philastrius haereticorum quorundam, qui Adamum et Evam dicebant caecos fuisse, antequam gustassent de arbore; posteaque aperuisse oculos, et vidisse nuditatem suam. C.

3. Gen. 18, 21.

4. *αὐτὸν* C, *αὑτὸν* S.

5. *τῷ* Epit. c. 35, *τὸ* C O. Tum *ἑαυτὸν* O.

6. Gen. 3, 22.

7. *ζήσηται* S. Tum *τὸ εἰπεῖν — τὸ δὲ* C.

8. *ζήσηται* S. Tum *τὸ γεγράφθαι* C.

9. *ᾗ* D, *ἧ* C O et Epit. Illud exprimit versio Ci.

10. *μεταμελομένου*, quod spectat ad *σκέψις* D, *μεταμελημένῳ* C, *μεταμελουμένου* Epit., *μεταμελομένῳ* O.

εὐωδίας, ἐνδεοῦς ἐστιν, καὶ τὸ ἐπὶ κνίσσῃ[1] σαρκῶν ἡσθῆναι, οὐκ ἀγαθοῦ. τὸ δὲ πειράζειν, ὡς γέγραπται[2], καὶ ἐπείρασε κύριος τὸν Ἀβραάμ, κακοῦ καὶ τὸ τέλος τῆς ὑπομονῆς ἀγνοοῦντος.

XL. Ὁμῶς[3] ὁ Σίμων πολλὰ ἀπὸ τῶν γραφῶν ἐδόκει δεικνύειν τὸν Θεὸν παντὶ πάθει ὑποκείμενον. καὶ ὁ Πέτρος πρὸς[4] ταῦτα ἔφη· εἰ μηδὲν ἀγαπᾷ ὁ κακὸς καὶ πάνυ μοχθηρὸς ἐφ' οἷς ἁμαρτάνει ἑαυτὸν ἐλέγχειν, ἀπόκριναί μοι. καὶ ὁ Σίμων ἔφη· οὐκ ἀγαπᾷ. καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· πῶς[5] οὖν κακὸς καὶ μοχθηρὸς εἶναι δύναται ὁ Θεός, εἴπερ αὐτοῦ λήμματι[6] τὰ κατ' αὐτοῦ κακὰ δημοσίᾳ γραφέντα προσετέθη; καὶ ὁ Σίμων· ἐνδέχεται μὴ[7] κατὰ προαίρεσιν αὐτοῦ ὑφ' ἑτέρας δυνάμεως τὸν κατ' αὐτοῦ γραφῆναι ἔλεγχον. καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· πρῶτον οὖν τοῦτο ζητήσωμεν. εἰ μὲν ὑπὸ τῆς ἑαυτοῦ βουλῆς ἑαυτὸν ἤλεγξεν, ὡς φθάσας συνωμολόγησας, μοχθηρὸς οὐκ ἔστιν, εἰ δὲ ὑφ' ἑτέρας δυνάμεως, ζητητέον καὶ παντὶ σθένει ἐξεταστέον, μή τις αὐτὸν μόνον ἀγαθὸν ὄντα ἐπὶ πᾶσι τοῖς κακοῖς ὑπέβαλεν[8].

XLI. Καὶ ὁ Σίμων· πρόδηλος εἶ φεύγων, ἀπὸ τῶν γραφῶν τὸν κατὰ Θεοῦ σου ἀκοῦσαι ἔλεγχον. καὶ ὁ Πέτρος· αὐτός μοι φαίνῃ τοῦτο ποιῶν. ὁ γὰρ τάξιν ζητήσεως φεύγων ἐξέτασιν ἀληθῆ γενέσθαι οὐ βούλεται. ὅθεν

est, *et odoratus est Dominus odorem suavitatis,* indigentis est, et nidore carnium delectari, non est boni. Tentare autem, sicut scriptum est, *et tentavit Dominus Abrahamum,* mali est, ac ejus qui ignoret exitum patientiae.

XL. Sicque Simon multis ex Scriptura locis assumptis videbatur probare, Deum omni perpessioni esse obnoxium. Et Petrus ad haec dixit: an qui malus ac plane improbus est, nullatenus velit se ipse arguere in iis quae peccat, responde mihi. Respondit Simon: minime velit. Excepit Petrus: quo modo igitur malus ac improbus esse potest Deus, cum ipsius voluntate opprobria in illum conscripta publice apposita sint. Ac Simon: fieri potest ut illius reprehensio contra ipsius sententiam ab alia virtute sit scripta. Dixit Petrus: primum ergo hoc quaeramus. Si suo quidem consilio se reprehendit, ut tu prius ultro confessus es, improbus non est, sin vero alia virtute, inquirendum est ac omnibus viribus examinandum, num quis eum, qui solus bonus exsistat, omnibus malis subjecerit.

XLI. Et Simon: manifestum est te reprehensionem Dei tui ex Scripturis nolle audire. Ac Petrus: tu ipse id facere mihi videris. Qui enim ordinem quaestionis fugit, examen verum fieri non vult. Unde ego, qui ordine utor,

1. Ita S. Idem est Ottoboniani κνίσσει, C κνίσῃ. Gen. 8, 21.
2. Gen. 22, 2.
3. Ita S, ὅμως C O. Post γραφῶν Epit. c. 38 adjungit κακῶς ἐκλαμβάνων.
4. πρὸς praetermisit S c. Cl.
5. Subnotatum est ἑαυτὸν in O, ad cuj. oram al. man. ἴσως πῶς.
6. Ita O c. D, λείμματι C, θελήματι Epit. Tum προετέθη Epit.
7. μὴ S ex Epitome; deest in C O.
8. ὑπέλαβεν Epit.

ἐγὼ τῇ τάξει χρώμενος, καὶ βουλόμενος πρῶτον τὸν συγγραφέα νοηθῆναι, πρόδηλός εἰμι τὴν εὐθεῖαν ὁδεύειν θέλων. καὶ ὁ Σίμων· ὁμολόγησον πρῶτον, εἴγε τὰ κατὰ τοῦ δημιουργοῦ γεγραμμένα ἀληθῆ ἐστι, καὶ οὐκ ἔστι τῶν ὅλων ἀνώτερος, κατὰ τὰς γραφὰς πάσῃ ὑποκείμενος μοχθηρίᾳ, καὶ ὕστερον ζητήσομεν τὸν συγγράψαντα. καὶ ὁ Πέτρος· ἵνα μὴ δόξω, ἀντιλέγειν σου τῇ ἀταξίᾳ μὴ θέλων [1], ζητεῖν, ἀποκρίνομαι· ἐγὼ φημι ὅτι εἰ τὰ κατὰ τοῦ Θεοῦ γεγραμμένα ἀληθῆ εἴη, οὔπω τὸν Θεὸν δείκνυσι μοχθηρόν. καὶ ὁ Σίμων ἔφη· πῶς τοῦτο συστῆσαι δύνασαι;

XLII. Καὶ ὁ Πέτρος· ὅτι ταῖς αὐτὸν κακῶς λεγούσαις φωναῖς [2] τὰ ἐναντία γέγραπται, οὗ [3] εἵνεκεν οὐδ' ὁπότερον βεβαιωθῆναι δύναται. καὶ ὁ Σίμων· πῶς οὖν τῶν γραφῶν τῶν μὲν αὐτὸν κακὸν λεγουσῶν [4], τῶν δὲ ἀγαθόν, τὸ ἀληθὲς ἔστιν ἐπιγνῶναι; καὶ ὁ Πέτρος· ὅσαι τῶν γραφῶν φωναὶ συμφωνοῦσι τῇ ὑπ' αὐτοῦ γενομένῃ κτίσει, ἀληθεῖς εἰσιν, ὅσαι δὲ ἐναντίαι, ψευδεῖς τυγχάνουσιν. καὶ ὁ Σίμων ἔφη· πῶς δύνασαι ἐναντιουμένας ἑαυταῖς δεῖξαι τὰς γραφάς; καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· τὸν Ἀδὰμ τυφλὸν λέγεις γεγενῆσθαι, ὅπερ οὐκ ἦν. οὐ γὰρ ἂν τυφλῷ ἐντελλόμενος ἐδείκνυε λέγων, ἀπὸ δὲ τοῦ ξύλου τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρὸν μὴ γεύσεσθε [5]. καὶ ὁ Σίμων· τυφλὸν ἔλεγε τὸν νοῦν αὐτοῦ. καὶ ὁ Πέτρος· πῶς καὶ τὸν νοῦν τυφλὸς εἶναι ἐδύνατο, ὁ πρὸ τοῦ γεύσασθαι τοῦ φυτοῦ συμφώνως τῷ κτί-

et volo primum considerari scriptorem, manifeste cupio recta via incedere. Tum Simon: primo fatere, an vera sint quae scripta sunt in mundi opificem nec sit omnium supremus, cum juxta Scripturas omni nequitiae subjaceat, et postea scriptorem quaeramus. Petrus autem: ne videar inquirere, nolens confusioni tuae contradicere, respondeo. Ego aio quod, etiamsi quae adversus Deum scripta sunt, essent vera, non tamen etiam sic Deum ostenderent esse improbum. Et Simon dixit: quo modo potes hoc adstruere?

XLII. At Petrus: quoniam contraria scripta sunt iis vocibus quae Deo obloquuntur. Quapropter neutrum potest certum ac firmum reddi. Tum Simon: qua ergo ratione verum cognoscere licet, cum ex scripturis aliae Deum malum dicant, aliae bonum? Et Petrus: quaecumque Scripturarum verba cum creatione ab ipso facta concordant, vera sunt, quaecumque vero cum ea pugnant, falsa. Excepit Simon: qui ostendere potes sibi contrarias esse scripturas? Respondit Petrus: Adamum dicis caecum formatum fuisse; quod tamen ille non erat. Non enim caeco praecipiens ostendisset, ac dixisset: *de ligno autem scientiae boni et mali ne gustetis.* Et Simon: caecam dixit mentem ipsius. Ac Petrus: qua ratione mente caecus esse poterat, qui, antequam gustasset fructum, convenienter creatori ipsius propria omnibus animalibus imposuit

1. Ita S c. var. lect. Epitomes, θέλειν C D.
2. γραφαῖς O.
3. τοῦ S c. Cl male.
4. λεγουσῶν κακῶς O.
5. Ita S γεύσησθε C, γεύσεσθαι O.

σαντι αὐτὸν οἰκεῖα πᾶσι τοῖς ζώοις ἐπιθεὶς ὀνόματα; καὶ ὁ Σίμων· εἰ πρόγνωσιν εἶχεν ὁ Ἀδάμ, διὰ τί οὐ προέγνω τὸν[1] τὴν γυναῖκα αὐτοῦ μέλλοντα ἀπατᾶν[2] ὄφιν; καὶ ὁ Πέτρος· εἰ πρόγνωσιν μὴ εἶχεν ὁ[3] Ἀδάμ, πῶς τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ πρὸς τὰς ἐσομένας πράξεις, ἅμα τῷ γεννηθῆναι, τὰ ὀνόματα ἐπέθηκεν[4], τὸν μὲν πρῶτον καλέσας Κάϊν, ὃ ἑρμηνεύεται ζῆλος, ὃς καὶ ζηλώσας ἀνεῖλε τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ τὸν[5] Ἀβέλ, ὃ ἑρμηνεύεται πένθος· ἐπ᾽ αὐτῷ γὰρ τῷ[6] πρώτῳ φονευθέντι ἐπένθησαν οἱ γονεῖς.

XLIII. Εἰ δὲ Ἀδὰμ ἔργον Θεοῦ ὑπάρχων πρόγνωσιν εἶχεν, πολὺ μᾶλλον ὁ δημιουργήσας αὐτὸν Θεός. καὶ ψεῦδός ἐστι τὸ γεγράφθαι· ἐνεθυμήθη ὁ Θεός, ὡς λογισμῷ χρησαμένου[7] διὰ τὴν ἄγνοιαν. ἔτι μὴν[8] καὶ εἰ ἐπείραζε κύριος τὸν Ἀβραάμ, ἵνα γνῷ εἰ ὑπομένει. καὶ τὸ γεγραμμένον· καταβάντες ἴδωμεν εἰ κατὰ τὴν κραυγὴν αὐτῶν, τὴν ἐρχομένην πρός με, συντελοῦνται· εἰ δὲ μή, ἵνα γνῶ. καὶ ἵνα μὴ εἰς πολὺ μηκύνω τὸν λόγον, ὅσαι ποτὲ φωναὶ ἄγνοιαν[9] αὐτοῦ καταλέγουσιν ἢ ἄλλο τι χαλεπόν, ὑφ᾽ ἑτέρων φωνῶν τὰ ἐναντία λεγουσῶν ἀνασκευαζόμεναι ψευδεῖς εἶναι ἐλέγχονται. ὅτι δὲ ὄντως προγινώσκει, λέγει τῷ Ἀβραάμ[10]· γινώσκων γνώσῃ, ὅτι πάροικον ἔσται τὸ σπέρμα σου ἐν γῇ οὐκ ἰδίᾳ, καὶ δουλώσουσιν αὐτό, καὶ

nomina? Simon vero: si Adamus praenotionem habuit, quare non praenovit serpentem uxorem ejus decepturum? Rursum Petrus: si praenotionem non habuit Adamus, quo modo filiis suis, simul ac nati sunt, nomina imposuit secundum futuras actiones? et primum vocavit, *Cain,* quod exponitur *aemulatio,* qui etiam aemulatione ductus interfecit fratrem suum *Abel*, quod nomen vertitur *luctus*: super eo siquidem primo hominum occiso parentes luxerunt.

XLIII. Quod si Adamus, qui Dei opus erat, praenotionem habuit, multo magis qui condidit eum Deus. Et falsum est quod fuit scriptum *secum reputavit Deus*, quasi usus fuerit ratiocinatione propter ignorantiam: porro autem et hoc: *tentavit Dominus Abrahamum,* ut cognosceret an is sustineret: et illud, *descendentes videamus, an secundum clamorem ipsorum, qui venit ad me, perficiant: sin minus, ut sciam.* Ac ne sermonem longius protraham, quotquot voces ei objiciunt ignorantiam, vel aliquod aliud malum, per alias voces contraria affirmantes evertuntur ac falsae probantur. Quod autem revera praescit, ideo dicit Abrahamo: *sciendo scies, quod peregrinum erit semen tuum in terra non sua; et in servitutem illud et affigent et depriment eos quadringentis annis:*

1. τὸ O.
2. Ottoboniani μέλλοντα ἀπατᾶν superfluam reddit Di conjecturam ἀπατήσοντα. αὐτοῦ (αὑτοῦ S) ἀπατᾶν C.
3. ὁ om. O.
4. ἐπέθηκεν deest ap. C, ἐπιτέθεικεν C in marg. ex Epit.
5. τὸν om. O.
6. τῷ addidi c. O.
7. χρησάμενος conj. D.
8. Vbb. ἔτι μὴν c. O additis superflua fit conjectura Ci, qui ejiciendum esse εἰ putabat. Cfr. Gen. 22, 1.
9. Ita S, ἀγνοίας C O.
10. Gen. 15, 13.

κακώσουσι καὶ ταπεινώσουσιν αὐτοὺς τετρακόσια ἔτη· τὸ δὲ ἔθνος ᾧ ἂν δουλεύσωσι κρινῶ ἐγώ. μετὰ δὲ ταῦτα ἐξελεύσονται ὧδε μετὰ ἀποσκευῆς πολλῆς, σὺ δὲ ἀπελεύσῃ πρὸς τοὺς πατέρας σου μετ' εἰρήνης, τραφεὶς ἐν γήρει καλῷ· τετάρτῃ δὲ γενεᾷ ἀποστραφήσονται ὧδε· οὔπω γὰρ ἀναπεπλήρωνται αἱ ἁμαρτίαι τῶν Ἀμορραίων ἕως τοῦ νῦν.

XLIV. Τί δέ, οὐχὶ καὶ Μωϋσῆς[1] τὰ ἁμαρτήματα τοῦ λαοῦ προσημαίνει, καὶ τὴν διασπορὰν τὴν εἰς τὰ ἔθνη προδηλοῖ; εἰ δὲ Μωϋσεῖ[2] αὐτὸς δέδωκε προγινώσκειν, πῶς αὐτὸς οὐκ εἶχεν; ἔχει δέ. εἰ δὲ ἔχει, ὥσπερ καὶ ἐδείξαμεν, περισσόν ἐστι τὸ γεγραμμένον· ἐνεθυμήθη· καὶ μετεμελήθη· καὶ τό, καταβὰς ὄψομαι, εἰ κατὰ τὴν κραυγὴν αὐτῶν[3]· καὶ ὅσα τοιαῦτα· ἅ τινα πρὸ τοῦ γενέσθαι, ὡς ἀποβαίνειν ἤμελλεν, προγνωσθέντα, οἰκονομίᾳ σοφῇ ἀμεταμέλητον[4] λαμβάνει τὴν ἔκβασιν.

XLV. Τὸ δὲ θυσιῶν αὐτὸν μὴ ὀρεχθῆναι, φαίνεται ἐκ τοῦ τοὺς ἐπιθυμήσαντας κρεῶν ἅμα τῷ γεύσασθαι ἀναιρεθῆναι, καὶ χωσθέντας ἐπὶ τῷ τάφῳ βουνὸν ἐπιθυμιῶν προσαγορευθῆναι. ὁ δὲ τὴν ἀρχὴν ἐπὶ θύσει ζώων χαλεπαίνων, θύεσθαι αὐτὰ μὴ θέλων, θυσίας ὡς ἐπιθυμῶν οὐ προσέταξεν, καὶ ἀπαρχὰς[5] οὐκ ἀπῄτει. ἄνευ γὰρ θύσεως ζώων οὔτε θυσίαι τελοῦνται, οὔτε[6] ἀπαρχαὶ δοθῆναι δύνανται. πῶς δὲ σκότῳ καὶ γνόφῳ καὶ

gentem autem, cui servient, ego judicabo: post haec vero exibunt huc cum multo apparatu: tu autem abibis ad patres tuos cum pace, nutritus in senectute bona: quarta vero generatione revertentur huc: necdum enim completa sunt peccata Amorrhaeorum usque ad praesens tempus.

XLIV. Quid vero, nonne et Moyses delicta populi praenunciat et dispersionem in gentes praedicit? Si autem Deus Moysi praescire concessit, quo modo praescientiam ipse non habeat? Habet profecto. Quod si habet, ut et ostendimus, modúm excedit quod scriptum est, *secum reputavit, et poenitentia ductus est*, et illud, *descendens videbo an secundum clamorem eorum*, aliaque ejusmodi, quae prius, quam accidissent, praecognita quemadmodum eventura erant, prudenti administratione non poenitendum sortita sunt exitum.

XLV. Sacrificia autem ab eo non expeti, apparet ex eo quod, qui carnes desideraverant, simul ac gustarunt interfecti sunt; iisque in sepulchro aggestis, locus appellatus est *tumulus concupiscentiae*. Qui ergo ab initio immolationem animalium aegre tulit, quia ea mactari nolebat, sacrificia, quasi appeteret, non praecepit, nec primitias exegit. Nam sine animalium jugulatione nec sacrificia celebrantur, nec primitiae offerri possunt. Quo modo autem poterat in tene-

1. μωσῆς Q.
2. μωϋσῆ O.
3. Vbb. εἰ κατὰ τὴν κραυγὴν αὐτῶν accesserunt ex O.
4. ἀμεταμέλητα C.
5. Neandri conjecturam ἀπαρχὰς (Gnost. Syst. p. 382) confirmat O, ἀπ' ἀρχῆς C. Ad oram Cod. Ottob. νόθα κατὰ τοῦ νόμου.
6. οὔτ' αἱ C, οὔθ' αἱ S.

θυέλλῃ[1] συνεῖναι δυνατὸν[2] (καὶ γὰρ τοῦτο γέγραπται) τῷ καθαρὸν συστήσαντι οὐρανόν, καὶ φῶς φαίνειν δημιουργήσαντι τὸν ἥλιον, καὶ πᾶσι τοῖς ἀναριθμήτοις ἄστροις[3] ἀμεταμέλητον ὁρίσαντι τῶν δρόμων, τὴν τάξιν. οὕτως, ὦ[4] Σίμων, τὸ τοῦ Θεοῦ χειρόγραφον, λέγω δὲ τὸν οὐρανόν, καθαρὰν καὶ βεβαίαν τὴν τοῦ πεποιηκότος δείκνυσιν γνώμην.

XLVI. Οὕτως αἱ τοῦ τὸν οὐρανὸν κτίσαντος Θεοῦ διάβολοι φωναὶ καὶ ὑπὸ τῶν σὺν αὐταῖς ἐναντίων φωνῶν ἀκυροῦνται, καὶ ὑπὸ τῆς κτίσεως ἐλέγχονται. οὐ γὰρ ὑπὸ χειρὸς προφητικῆς ἐγράφησαν. διὸ[5] καὶ τῇ τοῦ τὰ πάντα κτίσαντος Θεοῦ χειρὶ ἐναντίαι φαίνονται. καὶ ὁ Σίμων ἔφη· πῶς τοῦτο ἀποδεῖξαι δύνῃ;

XLVII. Καὶ ὁ Πέτρος· ὁ τοῦ Θεοῦ νόμος διὰ Μωϋσέως[6] ἑβδομήκοντα σοφοῖς ἀνδράσιν ἀγράφως ἐδόθη, παραδεδόσθαι, ἵνα τῇ διαδοχῇ πολιτεύεσθαι δύνηται. μετὰ δὲ τὴν Μωϋσέως[7] ἀνάληψιν ἐγράφη ὑπό τινος, οὐ μὴν ὑπὸ Μωϋσέως[8]. ἐν αὐτῷ γὰρ τῷ νόμῳ γέγραπται[9]· καὶ ἀπέθανε Μωϋσῆς, καὶ ἔθαψαν αὐτὸν ἐγγὺς οἴκου Φογόρ, καὶ οὐδεὶς οἶδε τὴν ταφὴν αὐτοῦ ἕως τῆς σήμερον. οἷόν τε ἦν ἀποθανόντα Μωϋσῆν γράφειν, ἀπέθανεν Μωϋσῆς; ἐπεὶ ἐν τῷ μετὰ Μωυσέα[10] χρόνῳ, ὥς γε ἔτη που πεντακόσια ἢ καὶ πρός, ἐν τῷ κτισθέντι ναῷ κείμενος εὑρίσκεται, καὶ μεθ᾽

bris et caligine et procella versari (hoc etenim scriptum est), qui purum serenumque constituit coelum, et solem ut lucem exhiberet creavit, atque omnibus innumerabilibus stellis cursuum irrevocabilem ordinem definivit. Ita, Simon, Dei chirographum, coelum inquam, puram et stabilem opificis ostendit sententiam.

XLVI. Sic voces erga conditorem coeli Deum calumniosae per voces contrarias similiter dictas infirmantur, et a creatione arguuntur. Neque enim ex manu prophetica scriptae sunt. Quare omnium creatoris manui contrariae deprehenduntur. Et Simon dixit: quo pacto id poteris ostendere?

XLVII. Respondit Petrus: Dei lex per Moysem septuaginta viris sapientibus absque scripto data est, ut caeteris traderetur, utque per successionem observari posset. Post Moysis vero assumptionem scripta est ab aliquo, non autem a Moyse. In ipsa enim lege scriptum est: *et mortuus est Moyses, et sepelierunt eum prope domum Phogor: et nemo cognovit sepulchrum ejus usque in praesentem diem.* Potuitne mortuus Moyses scribere, *mortuus est Moyses?* Quandoquidem tempore post Moysem, quasi quingentis annis aut circiter, in exstructo templo posita lex reperitur, et post alios similiter quingentos annos

1. σκότος καὶ γνόφος καὶ θύελλα O.
2. Ita S auctore D, ἐδύνατο C O. Hanc lectionem retinet Neander Gnost. Syst. p. 398, et addit ἐπὶ post γέγραπται. Cfr. Psalm. 17.
3. ἥλιον πᾶσιν, τοῖς ἀν. ἄστροις C.
4. ὁ C, ὢ S.
5. δι᾽ ὃ C. Tum addidi τῇ c. O.
6. μωϋσέος O.
7. μωϋσέος O.
8. μωϋσέος O.
9. Deut. 34, 5.
10. μοϋσῆν O.

ἕτερά που πεντακόσια ἔτη φέρεται, καὶ ἐπὶ τοῦ Ναβουχοδονόσορ οὕτως ἐμπρησθεὶς[1] *ἀπόλλυται. καὶ ὅμως μετὰ Μωϋσῆν γραφεὶς καὶ πολλάκις ἀπολωλὼς τὴν τοῦ Μωϋσέως*[2] *πρόγνωσιν καὶ οὗτος ὡμολόγησεν, ὅτι τὸν ἀφανισμὸν αὐτοῦ προειδὼς οὐκ ἔγραψεν· οἱ δὲ γράψαντες τῷ τὸν ἀφανισμὸν μὴ προεγνωκέναι ἐπ' ἀγνωσίας ἐλεγχθέντες, προφῆται οὐκ ἦσαν.*

XLVIII. *Καὶ ὁ Σίμων· ἐπειδὴ τὰ περὶ Θεοῦ, ὡς ἔφης, ἐκ τῆς πρὸς τὴν κτίσιν παραβολῆς ἔστι νοῆσαι, πῶς τὰ λοιπὰ ἐν τῷ νόμῳ, ἐκ παραδόσεως Μωϋσέως*[3] *ὄντα καὶ ἀληθῆ τυγχάνοντα καὶ τοῖς ψευδέσι μεμιγμένα ἐπιγνῶναί ἐστι δυνατόν; καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· περικοπή τις ἐν τῷ γραφέντι νόμῳ μετὰ τὴν*[4] *τοῦ Θεοῦ πρόνοιαν ἀπταίστως ἐπεμνημονεύθη, ὥστ' ἂν σαφῶς δεῖξαι τῶν γεγραμμένων ποῖά ἐστιν ἀληθῆ, ποῖα δὲ ψευδῆ. καὶ ὁ Σίμων· τίς ἐστιν αὕτη, μήνυσον ἡμῖν.*

XLIX. *Καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· αὐτίκα ἐρῶ. γέγραπται ἐν τῷ πρώτῳ τοῦ νόμου βιβλίῳ πρὸς*[5] *τοῖς τελευταίοις· οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, οὐδὲ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ οὗ ἐστιν· καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν. ἐάν τις οὖν τόν, μετὰ τὸν*[6] *ἐξ Ἰούδα ἐκλεῖψαι ἄρχοντα καὶ ἡγούμενον, ἐληλυθότα καὶ ὑπὸ ἐθνῶν προσδοκᾶσθαι μέλλοντα νοῆσαι δυνηθῇ, οὗτος τὴν περικοπὴν*[7] *ἐκ τῶν ἀποτελεσθέντων ἀληθῆ τὸν ἐληλυ-*

remansit: sicque sub Nabuchodonosore periit incendio. Et tamen post Moysem scripta et saepe deperdita etiam Moysis praescientiam professa est, quia ille ejus abolitionem praevidens non composuit eam: qui autem composuerunt quod abolitionem non praeviderent, in ignorantia sunt deprehensi, ideoque prophetae non erant.

XLVIII. Tum Simon: quandoquidem, quae ad Deum pertinent, ut dixisti, intelligenda sunt ex comparatione ad creationem, quo modo reliqua legis, quae ex Moysis traditione et vera sunt, sed falsis permista, dignosci possunt? Ad haec Petrus: quoddam, inquit, capitulum in scripta lege secundum Dei providentiam salubriter commemoratum est, ut clare appareret, quaenam e scriptis vera sint, quaenam falsa. Et Simon: quodnam illud sit, nobis indica.

XLIX. Respondit Petrus: jam dico. Scriptum est in primo legis volumine, circa finem: *non deficiet princeps de Juda, neque dux de femoribus ejus; donec veniat cujus est: et ipse exspectatio gentium.* Si quis ergo eum, qui venit post defectum principis ac ducis de Juda, quique a gentibus exspectandus erat, potest cognoscere, ille per capitulum et per ea, quae evene-

1. *ἐμπρησθὲν* O.
2. *μωϋσέος* O. Ita constanter. Tum *οὕτως* mavult S.
3. *μωϋσέος* O, qui deinde *τυγχάνονται*.
4. *τὴν* om. O, qui tum scr. *προνοίᾳ ἀπταίστῳ*.
5. *πρὸ* O. Cfr. Gen. 49, 10.
6. *τὸν* om. C.
7. Locus mancus. Suppleri potest hoc modo: *δυνήσεται οὗτος διὰ τὴν περικοπὴν κτλ.* C. Locum mancum esse non puto, sed nonnihil corruptus est, atque hac ratione sanandus: *νοῆσαι· δυνηθῇ οὗτος τῇ περικοπῇ ἐκ τῶν κτλ.* D.

θότα ἐπιγνῶναι· οὗ τῇ διδασκαλίᾳ πειθόμενος γνώσεται τίνα ἐστὶ τῶν γραφῶν τὰ ἀληθῆ, τίνα δὲ τὰ ψευδῆ. καὶ ὁ Σίμων· συνίημι ὅτι τὸν[1] Ἰησοῦν ὑμῶν λέγεις, ὡς αὐτὸν ὑπὸ τῆς γραφῆς προφητευθέντα· δεδόσθω τοιγαροῦν οὕτως ἔχειν. λέγε τοίνυν, πῶς ὑμᾶς διακρίνειν τὰς γραφὰς ἐδίδαξεν;

L. *Καὶ ὁ Πέτρος· ὅτι μέμικται τὰ ἀληθῆ τοῖς ψευδέσιν, μέμνημαί που αὐτὸν αἰτιώμενον τοὺς Σαδδουκαίους εἰπεῖν· διὰ τοῦτο πλανᾶσθε, μὴ εἰδότες τὰ ἀληθῆ τῶν γραφῶν, οὗ[2] εἵνεκεν ἀγνοεῖτε τὴν δύναμιν τοῦ Θεοῦ. εἰ δὲ τὰ ἀληθῆ τῶν γραφῶν ἀγνοεῖν αὐτοὺς ὑπέβαλεν, δῆλον ὡς ὄντων ψευδῶν. ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ φῆναι· γίνεσθε τραπεζῖται[3] δόκιμοι, ὡς δοκίμων καὶ κιβδήλων λόγων ὄντων. καὶ τῷ[4] εἰπεῖν· διὰ τί οὐ νοεῖτε τὸ εὔλογον τῶν γραφῶν; βεβαιότερον τοῦ αὐθαιρέτως εὐγνωμονοῦντος τίθησι τὸν νοῦν[5].*

LI. *Τὸ δὲ καὶ τῶν γραφῶν προκείμενον[6] ἐπὶ γραμματεῖς καὶ διδασκάλους πέμπειν, ὡς τοῦ ὄντως[7] νόμου εἰδότας τὰ ἀληθῆ, δῆλόν ἐστιν. τὸ δὲ καὶ εἰπεῖν αὐτόν[8]· οὐκ ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον, καί φαίνεσθαι αὐτὸν καταλύοντα, σημαίνοντος ἦν, ὅτι, ἃ κατέλυσεν, οὐκ ἦν τοῦ νόμου. τὸ δὲ καὶ εἰπεῖν[9]· ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται, ἰῶτα δὲ[10] ἓν ἢ μία κεραία οὐ μὴ παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου· τὰ πρὸ οὐρανοῦ καὶ γῆς παρερχόμενα ἐσήμανε μὴ ὄντα τοῦ ὄντως νόμου.*

runt, agnoscet verum esse illum qui venit, cujus doctrinae acquiescens sciet, quaenam in scripturis vera sint et quaenam falsa. Ac Simon: intelligo, quod Jesum vestrum dicis quasi a scriptura prophetatum. Id ergo ita habere concedatur. Dic itaque, quo modo vos docuerit discernere scripturas.

L. Et Petrus: quod vera cum falsis mixta fuerint, memini ab eo, cum Sadducaeos accusaret, dictum ita: *ideo erratis, nescientes vera scripturarum, propter quod ignoratis virtutem Dei.* Si autem objecit, eos vera scripturarum nescire, falsa quoque scripturarum esse apparet. Sed et dicendo: *estote probi trapezitae,* ostendit, in scripturis et probos contineri sermones et adulterinos. Cumque ait: *quare non intelligitis quod in scripturis rationi consonum est?* firmiorem reddit animum hominis qui candide intelligere vult.

LI. Quod autem scripturarum propositum ad scribas et doctores remittit, clarum est remittere tamquam ad eos qui verae legis vera cognoscebant. Quod etiam ipse ait, *non veni solvere legem,* et tamen conspicitur solvere, id significantis est, ea quae solvit non pertinuisse ad legem. Sed et dicendo: *coelum et terra transibunt, sed Jota unum aut unus apex non praeteribit a lege,* manifestavit, verae legis non esse illa quae ante coelum et terram transierunt.

1. τὸν praetermisit S.
2. τοῦ S c. Cl sine Codd. auctoritate.
3. Ita O c S, τραπεζεῖται C.
4. τῷ S O, τὸ C.
5. ῑν (id est ἰησοῦν) O.
6. προκειμένων C. Cfr. Matth. 23, 2.
7. ὄντος C.
8. Matth. 5, 17.
9. Matth. 24, 35. 5, 18.
10. δὲ add. c. O.

LII. Ἐπεὶ οὖν οὐρανοῦ καὶ γῆς ἔτι συνεστώτων παρῆλθον θυσίαι, βασιλεῖαι, αἱ ἐν γεννητοῖς γυναικῶν προφητεῖαι καὶ ὅσα [1] τοιαῦτα, ὡς οὐκ ὄντα Θεοῦ προςτάγματα, ἔνθεν γοῦν λέγει [2]· πᾶσα φυτεία, ἣν οὐκ ἐφύτευσεν ὁ πατὴρ ὁ οὐράνιος, ἐκριζωθήσεται. διὰ τοῦτο αὐτὸς ἀληθὴς ὢν προφήτης ἔλεγεν [3]· ἐγώ εἰμι ἡ πύλη τῆς ζωῆς· ὁ δι' ἐμοῦ εἰσερχόμενος εἰςέρχεται εἰς τὴν ζωήν· ὡς οὐκ οὔσης ἑτέρας τῆς σώζειν δυναμένης διδασκαλίας. διὸ [4] καὶ ἐβόα λέγων· δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες, τουτέστιν, οἱ τὴν ἀλήθειαν ζητοῦντες καὶ μὴ εὑρίσκοντες αὐτήν. καὶ πάλιν· τὰ ἐμὰ πρόβατα ἀκούει [5] τῆς ἐμῆς φωνῆς. καὶ ἄλλοτε [6]· ζητεῖτε καὶ εὑρίσκετε, ὡς μὴ προδήλως κειμένης τῆς ἀληθείας.

LIII. Ἀλλὰ καὶ ἐξ οὐρανῶν [7] μάρτυς φωνὴ ἠκούσθη λέγουσα· οὗτός ἐστίν ὁ υἱός μου [8] ὁ ἀγαπητός, εἰς ὃν εὐδόκησα, τούτου ἀκούετε. καὶ πρὸς τούτοις ἐπιπλεῖον αὐτοὺς [9] πεπλανημένους ἐλέγξαι θέλων τοὺς προφήτας, παρ' ὧν δὴ μεμαθηκέναι ἐβεβαίουν, ἐπιθυμοῦντας ἀληθείας καὶ μὴ μεμαθηκότας τελευτήσαντας ἀπεφήνατο εἰπών [10]· πολλοὶ προφῆται καὶ βασιλεῖς ἐπεθύμησαν ἰδεῖν ἃ ὑμεῖς βλέπετε, καὶ ἀκοῦσαι ἃ ὑμεῖς ἀκούετε, καὶ ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὔτε εἶδον [11], οὔτε ἤκουσαν. ἔτι μὴν ἔλεγεν [12]· ἐγώ εἰμι περὶ οὗ Μωϋσῆς προεφήτευσεν εἰπών· προφήτην ἐγερεῖ [13] ὑμῖν κύριος ὁ

LII. Quando igitur coelo et terra adhuc stantibus transierunt sacrificia, regna, prophetiae, quae inter natos mulierum, et quae his similia, quasi quae non essent Dei mandata: inde ergo ait: *omnis plantatio, quam non plantavit pater coelestis, eradicabitur.* Propter hoc ipse, verus propheta, dixit: *ego sum porta vitae: qui per me introit, introit in vitam,* quia non est alia doctrina, quae possit salvum facere. Quocirca clamabat, dicens: *venite ad me omnes qui laboratis*, hoc est, qui quaeritis veritatem, nec invenitis eam. Et iterum: *oves meae vocem meam audiunt.* Et alias: *quaerite et invenietis;* quod veritas clare non sit posita.

LIII. Sed et de coelis testis vox audita est, dicens: *hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui: ipsum audite.* Et adhuc magis demonstrare volens ipsos prophetas errasse, a quibus se didicisse affirmabant, eos mortuos esse in desiderio et non in cognitione veritatis pronunciavit, his verbis: *multi prophetae et reges cupierunt videre quae vos videtis, et audire quae vos auditis: et Amen dico vobis, neque viderunt, neque audierunt.* Dixit praeterea: *ego sum de quo Moyses prophetavit, dicens: prophetam suscitabit vobis Domi-*

1. ὅσα excidit ap. Cl et S.
2. Matth. 15, 13.
3. Joann. 10, 9.
4. δι' ὃ C. πρός με om. O. Cfr. Matth. 11, 28.
5. ἀκούουσι (sic) O. Joan. 10, 27.
6. Matth. 7, 7.
7. οὐρανοῦ O.
8. μου ὁ υἱὸς C. Matth. 17, 5.
9. τοὺς O.
10. Matth. 13, 17. Luc. 10, 24.
11. Ita O c. S, ἴδον C.
12. Joan. 5, 46. Act. 3, 22.
13. ἐγείρῃ O.

θεὸς ἡμῶν, ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν, ὥσπερ καὶ ἐμέ, αὐτοῦ ἀκούετε κατὰ πάντα. ὃς ἂν δὲ [1] μὴ ἀκούσῃ τοῦ προφήτου ἐκείνου, ἀποθανεῖται.

LIV. Ὅθεν ἀδύνατόν ἐστιν ἄνευ τῆς τούτου διδασκαλίας ἀληθείᾳ σωζούσῃ ἐπιστῆναι, κἂν τὸν αἰῶνα τις ζητῇ, ἔνθα τὸ ζητούμενον οὐκ ἔστιν. ἣν δὲ καὶ ἔστιν ἐν τῷ Ἰησοῦ ἡμῶν λόγῳ. πλὴν τἀληθῆ [2] τοῦ νόμου εἰδὼς Σαδδουκαίοις πυνθανομένοις, καθ' ὃν λόγον Μωϋσῆς ἑπτὰ συνεχώρησεν γαμεῖν, ἔφη [3]· Μωϋσῆς κατὰ τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν ἐπέτρεψεν ὑμῖν. ἀπ' ἀρχῆς γὰρ οὕτως οὐκ ἐγένετο. ὁ γὰρ κτίσας ἀπ' ἀρχῆς τὸν ἄνθρωπον ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτόν.

LV. Τοῖς δὲ νομίζουσιν, ὡς αἱ γραφαὶ διδάσκουσιν, ὅτι ὁ θεὸς ὀμνύει, ἔφη· ἔστω ὑμῶν τὸ ναί, ναί, καὶ [4] τὸ οὔ, οὔ. τὸ γὰρ περισσὸν τούτων ἐκ τοῦ πονηροῦ ἐστιν. καὶ τοῖς λέγουσιν ὅτι Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ [5] Ἰακὼβ ἀπέθανον [6], ἔφη· οὐκ ἔστιν Θεὸς νεκρῶν, ἀλλὰ ζώντων. τοῖς δὲ οἰομένοις ὅτι ὁ Θεὸς πειράζει, ὡς αἱ γραφαὶ λέγουσιν, ἔφη· ὁ πονηρός ἐστιν ὁ πειράζων, ὁ καὶ αὐτὸν πειράσας. τοῖς δὲ [7] ὑπολαμβάνουσιν, ὅτι ὁ Θεὸς οὐ προγινώσκει, ἔφη [8]· οἶδε γὰρ ὁ πατὴρ ὑμῶν [9] ὁ οὐράνιος ὅτι χρῄζετε τούτων ἁπάντων, πρὶν αὐτὸν ἀξιώσετε. τοῖς δὲ πιστεύουσιν, ὡς αἱ

nus Deus noster ex fratribus vestris, sicut me; ipsum in omnibus audite. Qui autem non audierit prophetam illum, morietur.

LIV. Quare impossibile est, sine ipsius doctrina salutiferae insistere veritati, quamvis in aeternum quis quaerat, ubi quod quaeritur non consistit, constitit autem et consistit in Jesu nostri sermone. Itaque cum sciret vera legis, Sadducaeis interrogantibus, qua ratione Moyses matrimonium cum septem contrahere permisisset, respondit: *Moyses ad duritiam vestram permisit vobis. Ab initio enim non fuit sic. Qui enim ab initio creavit hominem, masculum et feminam fecit eum.*

XV. Πλὴν ἐπάνειμι ἐπὶ τὴν πρωτίστην τῶν Ἑλλήνων δόξαν, τὴν πολλοὺς καὶ παντοπαθεῖς θεοὺς εἶναι μυθολογοῦσαν [4]. καὶ ἵνα μὴ εἰς τὰ σαφῆ [5] πολὺν ἀναλίσκω χρόνον, ἑκάστου τῶν λεγομένων θεῶν τὰς ἀσεβεῖς πράξεις εἰσηγούμενος, πάντας μὲν οὐκ ἂν εἴποιμι αὐτῶν τοὺς ἔρωτας, τοῦ Διός τε καὶ Ποσειδῶνος, Πλούτωνός τε καὶ Ἀπόλλωνος, Διονύσου τε καὶ

potest, facile ob metus vacuitatem perpetrant. Quare vix, ac ne vix quidem, qui ista opinantur, honestam ducunt vitam: quia ingruens, quo converti poterant, periculum non praevident. At vero doctrina eorum, quos barbaros Judeeos vocatis, maxime est pia; quae unum Patrem et Opificem totius hujus mundi inducit, natura bonum ac justum: bonum quidem, ut qui poenitentibus veniam delictorum concedat, justum autem, ut qui unicuique post poenitentiam pro factorum meritis irroget.

XIV. Haec doctrina, etiam si fabula esset, cum pia sit, vitae non esset inutilis. Singuli namque dum exspectant futurum erga se Dei cuncta intuentis judicium, ad temperate vivendum majorem impetum capiunt. Quod si adeo vera sit doctrina, aeterno supplicio liberat eum qui vitam moderatam traduxit, simulque pro beneficio largitur futura a Deo bona aeterna et ineffabilia.

XV. Sed ad primam revertor Graecorum ac Gentilium opinionem, quae deos fabulatur multos, et omnibus obnoxios perturbationibus. Ac ne in res certas multum insumam temporis, dum uniuscujusque eorum qui apud vos dii nominantur impios actus recenseo, cunctos quidem non dicam illorum amores, Jovis, Neptuni, Plutonis, Apollinis, Bacchi, Herculis, ac singulorum, quos ne-

1. δράσει O.

2. μὴ μετανοοῦντι Cod. Reg. 804 et Epit. c. 50, quod praestat. Tum κατάξίαν O. Idem deinde ἐπεξιόντα c. Cod. Reg. 804. (Epit. c. 50), ἐπαξιόντα C.

3. προσευηργέτηκε O.

4. Vbb. τὴν πολλοὺς καὶ — μυθολογοῦσαν des. in O. Annotat S, C edidisse πανταπαθεῖς, quod quidem non nisi de Clerico recte intelligitur.

5. ἀσφαλῆ C.

Ἡρακλέους[1] καὶ τῶν καθ' ἕνα ἕκαστον, ὧν[2] οὐδὲ αὐτοὶ ἀγνοεῖτε, ἐκ παιδείας Ἑλληνικῆς ὁρμώμενοι, οὓς ἐπαιδεύθητε βίους, ἵνα ὡς ζηλωταὶ τῶν θεῶν τὰ ὅμοια πράττητε.

XVI. Ἀπ' αὐτοῦ δὲ τοῦ βασιλικωτάτου Διὸς ἄρξομαι, οὗ ὁ μὲν πατὴρ Κρόνος τὰ ἴδια τέκνα, ὡς λέγετε, καταπιών, τῇ[3] ἐξ ἀδάμαντος ἅρπῃ τοῦ πατρὸς Οὐρανοῦ τὰ μόρια θερίσας, τῆς πρὸς γονεῖς εὐσεβείας καὶ τῆς πρὸς τέκνα[4] φιλίας τοῖς τὰ μυστικὰ τῶν θεῶν ζηλοῦσι τὸν ὑπογραμμὸν[5] ἔδειξεν. αὐτὸς δὲ ὁ Ζεὺς τὸν αὑτοῦ πατέρα δήσας καθεῖρξεν εἰς Τάρταρον, καὶ τοὺς ἄλλους κολάζει θεούς. τοῖς δὲ ἀρρητουργεῖν θέλουσι τὴν Μῆτιν γεννήσας κατέπιεν· ἦν δὲ ἡ Μῆτις γονή· βρέφος γὰρ καταπιεῖν ἀδύνατον. ὑπὲρ δὲ ἀπολογίας παιδεραστῶν Γανυμήδην[6] ἁρπάζει. μοιχοῖς δὲ ὑπὲρ μοιχείας βοηθῶν αὐτὸς πολλάκις μοιχὸς εὑρίσκεται. ἀδελφοφθορεῖν[7] δὲ προτρέπει ἀδελφαῖς συνελθών, Ἥρᾳ καὶ Δήμητρι καὶ τῇ οὐρανίᾳ Ἀφροδίτῃ, ἥν τινες Δωδώνην[8] λέγουσι. τοῖς δὲ θυγατράσι μίγνυσθαι βουλομένοις Περσεφόνῃ συνεληλυθὼς παράδειγμα πονηρὸν ἐκ

que ipsi ignoratis, utpote in Graecorum litteris instituti, quas vitas edocti estis, ut tamquam deorum aemulatores similia peragatis.

XVI. Sed ab ipso maximo rege Jove ordiar. Illius quidem pater Saturnus, liberis suis, ut soletis referre, devoratis, et adamantina falce demessis patri Caelo genitalibus, pietatis erga parentes et amoris in liberos iis qui deorum mysteria aemulantur ostendit exemplum. Ipse vero Juppiter patrem suum vinctum in Tartaro conclusit, et alios deos punit. Pro iis autem, qui nefandam patrare volunt obscenitatem, Metin cum genuisset absorpsit: porro Metis erat semen: infantem enim absorberi impossibile. In defensionem vero eorum qui puerorum indulgent amoribus, rapit Ganymedem. Adulteris autem in adulterio opem ferens, ipse saepe moechus invenitur. Ad sorores etiam ducendas invitat, congrediens cum sororibus, Junone, Cerere, Venere caelesti, quam nonnulli Dodonam vocant. Iis vero qui cum filiabus commisceri cupiunt, cum Proserpina congressus exemplum improbum ex fabulis efficitur. Alia quoque

1. Ita S, Ἡρακλέως C, ἡρακλέος O, qui subinde scr. καθένα.

2. Sede pronominum mutata, scribendum: οὓς (sc. ἔρωτας) οὐδὲ αὐτοὶ ἀγν., παιδ. ἑλλ. ὁρμ., ὧν ἐπαιδεύθητε βίους. D.

3. ἅμα τῇ Cod. Reg. 804.

4. πρὸς τὰ τέκνα C.

5. τῶν ὑπογραμμῶν Cod. Reg. 804.

6. γαννυμήδην O.

7. ἀδελφοκτονεῖν C, ἀδελφογαμεῖν Epit. c. 51, ἀδελφοκοιτεῖν conj. S ex analogia vocis ἀρρενοκοιτεῖν.

8. Leg. Διώνην. Haec vox haud raro (v. Jacobii Lex. Myth. p. 260), illa numquam Venerem significat. Eandem conjecturam proposuisse video Valckenarum Diatr. in Eurip. p. 163 edit. Lips. Infra Hom. V, 13 eodem iterum mendo legitur Κύπρις, ἣν καὶ Δωδώνην λέγουσιν, ubi vide quae adnotavit Cl. Etiam Epitome c. 51 habet Δωδώνην S.

τῶν μύθων γίνεται. ἄλλα τε[1] μυρία ἠσέβηκεν, ἵνα ὑπὸ τῶν δυσσεβῶν διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν ἀκρασίαν θεὸς[2] εἶναι ὁ μῦθος δογματισθῇ.

XVII. Ἰδιώταις ἔχοις περὶ τῶν τοιούτων ὑπολήψεων ἀγανακτεῖν μετρίως εὔλογον. τοῖς δὲ ἐκ παιδείας ὁρμωμένοις τί δεῖ καὶ λέγειν; ὧν τινες[3] γραμματικοὶ καὶ σοφισταὶ ἀξιοῦντες εἶναι τὰς τοιαύτας πράξεις θεῶν ἀξίας εἶναι βεβαιοῦσιν. αὐτοὶ γὰρ ἀκρατεῖς ὄντες, ταύτης τῆς μυθικῆς προφάσεως λαβόμενοι, ὡς δὴ μιμηταὶ τῶν κρειττόνων ἄσεμνα διαπραττόμενοι παρρησιάζονται.

XVIII. Διὰ τοῦτο αὐτῶν πολλῷ ἔλαττον οἱ κατ' ἀγρὸν βιοῦντες ἐξαμαρτάνουσιν, οὐκ εἰσηγμένοι[4] πονηρῶς δι' ὧν εἰσήχθησαν οἱ ταῦτα τολμῶντες, ἐκ παιδείας κακῆς ἀσεβεῖν μεμαθηκότες. οἱ γὰρ ἐκ παιδὸς διὰ τῶν τοιούτων μύθων μανθάνοντες γράμματα, ἔτι ἁπαλῇ οὔσῃ τῇ ψυχῇ τὰς τῶν λεγομένων θεῶν ἀσεβεῖς πράξεις εἰς τὸν αὐτῶν συμφύουσι νοῦν. ὅθεν ἐπαυξηθείσης τῆς ἡλικίας ὡς κακὰ σπέρματα καταβληθέντα τῇ ψυχῇ τελεσφοροῦσιν· καὶ τὸ πάντων χαλεπώτατον, ὅτι οὐδὲ[5] ἐκκοπῆναι ῥᾳδίως ἔστι τὰ ἐνερριζωμένα ἀσεβήματα, ὁπόταν[6] ἀνδρωθεῖσιν αὐτοῖς χαλεπὰ εἶναι νοῆται. ἐν οἷς γὰρ ἕκαστος ἐκ παίδων ἐθίζεται, τούτοις ἐμμένειν ἥδεται, καὶ οὕτως, τῆς συνηθείας οὐ πολὺ ἔλαττον πρὸς τὴν φύσιν δυναμένης, δυσμετάβλητοι γίνονται πρὸς τὰ μὴ ἀπ' ἀρχῆς αὐτοῖς καταβληθέντα τῇ ψυχῇ καλά.

innumera impie gessit, ut ab impiis hominibus propter exsuperantem intemperantiam fabulosum dogma de illius divinitate persuasum fuerit.

XVII. Homines quidem indoctos aequum videatur circa has opiniones haud multum indignari. Iis autem, qui in litteris instituti fuerunt, quidnam dicere oportet? qui Grammatici et Sophistae esse gestientes has actiones diis dignas esse affirmant. Cum enim ipsi incontinentes sint, fabularum accepto praetextu, quasi numinum imitatores, libere perpetrant turpia.

XVIII. Quocirca multo minus iis aberrant illi qui ruri degunt, non prave instituti in iis, quibus imbuti sunt qui ista audent, quique a mala eruditione impietatem didicerunt. Nam qui a puero per has fabulas edocti sunt litteras, cum adhuc tener est animus, impias putatorum deorum actiones menti suae inserunt: quare adulta aetate, instar malorum seminum in animam dejectorum, fructum ferunt: et quod est omnium gravissimum, facile non exscinduntur radicatae impietates, quando illi viri facti eas graves noxiasque esse intelligunt. In quibus enim unusquisque a teneris assuescit, iis gestit immorari: sicque, quia consuetudo non multo minus valet quam natura, aegre convertuntur ad ea bona, quae principio in ipsorum animos non fuerunt injecta.

1. γε C.
2. Fortasse θεῖος. S.
3. Ita S O c. Cod. Reg. 804; ὦ τινες C, qui conj. οἵ τινες.
4. εἰσηγούμενοι O.
5. Ita S, οὔτε C O.
6. ὁπότ' ἂν C. Tum νοῆται O c. S, νοεῖται C.

XIX. Διὸ χρὴ καὶ τοὺς νέους μὴ τοῖς διαφθείρουσιν ἀσκεῖσθαι[1] μαθήμασιν, καὶ τοὺς ἐπὶ τῆς ἀκμῆς ὄντας ἐπιμελῶς ὑποστέλλεσθαι τῆς Ἑλλήνων ἐπακούειν μυθολογίας. πολὺ γὰρ ἀμαθίας χείρονά ἐστι τὰ παρ' αὐτοῖς μαθήματα, ὡς ἐκ τῶν κατ' ἀγρὸν οἰκούντων, διὰ τὸ μὴ παιδευθῆναι τὰ παρ' Ἕλλησιν ἔλαττον ἁμαρτανόντων, ἀπεδείξαμεν. φευκτέον δὴ τοὺς τοιούτους μύθους αὐτῶν καὶ τὰ θέατρα καὶ τὰ βιβλία· εἴθε δυνατὸν ἦν, καὶ τὰς πόλεις. κακῶν γὰρ μαθημάτων γέμοντες καὶ πνέοντες τοῖς[2] συναμιλλωμένοις ὥσπερ λύσσαν[3] τοῖς πλησίον μεταδιδόασιν ὧν πεπόνθασιν αὐτοί. τὸ δὲ χαλεπώτατον, ὅστις παρ' αὐτοῖς πλεῖον πεπαίδευται, πολλῷ τοῦ[4] κατὰ φύσιν οὗτος[5] φρονεῖν ἐκτέτραπται.

XX. Τινὲς δὲ τῶν παρ' αὐτοῖς καὶ φιλοσόφοι εἶναι ἀξιοῦντες τὰ τοιαῦτα ἁμαρτήματα ἀδιάφορα[6] τίθενται, καὶ τοὺς ἐπὶ ταῖς τοιαύταις πράξεσι χαλεπαίνοντας ἀνοήτους λέγουσιν. οὐ γάρ ἐστιν, φασί, τὰ τοιαῦτα τῇ φύσει ἁμαρτήματα, ὅσα θετοῖς ἀπηγόρευται νόμοις ὑπὸ τῶν κατ' ἀρχὰς γενομένων σοφῶν, διὰ τὸ εἰδέναι, ὅτι οἱ ἄνθρωποι εὐριπίστῳ ψυχῇ ἐπὶ τοῖς τοιούτοις μεγάλως ἀχθόμενοι πρὸς ἀλλήλους πόλεμον αἴρονται. ὧν ἕνεκα νόμον θέντες οἱ σοφοὶ τὰ τοιαῦτα ὡς ἁμαρτήματα ἀπηγόρευσαν. γελοῖον[7] δὲ οὕτως ὑπολαμβάνειν. πῶς γὰρ οὐχ ἁμαρτήματά εἰσι τὰ θο-

XIX. Quare oportet, ut pueri corruptricibus non exerceantur disciplinis, et, qui in flore aetatis sunt, diligenter cohibeantur Graecorum audire fabulas. Multo enim, quam inscitia, pejor est eorum scientia; quemadmodum ex rusticis ostendimus, qui, quod graecam non acceperunt eruditionem, peccant minus. Fugere igitur oportet tales illorum fabulas, et theatra, et libros, et, utinam fieri posset! etiam civitates. Malarum enim institutionum homines pleni et spirantes, congredientibus proximis tanquam rabiem quae ipsi passi sunt tradunt. Et quod est pessimum, quicumque apud eos magis est institutus, plus ab ea, quae secundum naturam est, ratione deflexus est.

XX. Quidam autem inter eos, qui et philosophi esse gloriantur, ista peccata faciunt indifferentia, eosque, qui talibus succensent actionibus, stultos dicunt. Non enim, inquiunt, haec natura sunt peccata, quae per latas leges interdicta sunt a primis sapientibus, scilicet quibus exploratum erat, homines mobili facile animo, circa talia vehementer offensos, bellum in se mutuo suscepturos: quapropter sapientes, lege posita, ista velut delicta prohibuere. Ita vero arbitrari est ridiculum. Qua enim ratione peccata non sunt, quae tumul-

1. ἀσκεῖσθαι var. lect. ap. Joan. Dam. accedente O, quam lectionem merito commendat C, ἀρκεῖσθαι idem in textu.

2. Dele τοῖς S.

3. λύσσας O. Tum μεταδιδοῦσιν C.

4. Ita S, τῷ C, τοι O. Reponendum puto: πολλῷ τὸν κατὰ φύσιν οὗτος φρονῶν ἐκτέτραπται. D.

5. Ita O c. D, οὕτως C.

6. Ita et O sec. man. in margine, καὶ διάφορα in textu.

7. Inde a verbis γελοῖον δὲ Clemens suo nomine refutat eam sententiam, quam antea exposuerat. S.

ῤύβων καὶ φόνων καὶ ταραχῆς πάσης[1] αἴτια; ἢ γὰρ οὐκ ἐκ μοιχείας ἀνακύπτουσι βίων περιγραφαί, οἴκων ἀναστάσεις, μαγεῖαι, δόλοι, ἀπορίαι[2] καὶ ἄλλα πλείω κακά;

XXI. Ἀλλὰ διὰ τί, φησίν, ὁ ἀνὴρ ἐὰν ἀγνοῇ τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα μοιχευομένην, οὐ ζηλοῖ, οὐ θυμοῦται, οὐ θορυβεῖ, οὐ πολεμεῖ; οὕτως οὐκ ἔστι τῇ φύσει τὰ τοιαῦτα κακά, ἀλλὰ ἡ ἄλογος ἀνθρώπων δόκησις ταῦτα δεινοποιεῖ. ἐγὼ δέ φημι, ὅτι, κἂν μὴ τὰ δεινὰ ταῦτα συμβαίνῃ, ἐνδέχεται συνηθείᾳ τῇ πρὸς τὸν μοιχὸν ἢ τὸν ἄνδρα ἀπολιπεῖν, ἢ καὶ συνοικοῦσαν ἐπιβουλεῦσαι, ἢ τὰ τοῦ ἀνδρὸς κόπῳ πεπορισμένα τῷ μοιχῷ παρασχεῖν· καὶ ἀποδημιοῦντος τοῦ ἀνδρὸς συλλαβοῦσαν ἐκ τοῦ μοιχοῦ, διὰ τὸ αἰδεῖσθαι τὸν ἔλεγχον, τὸ κατὰ γαστρὸς φθεῖραι θελῆσαι, καὶ γενέσθαι τεκνοκτόνον, ἢ καὶ φθείρουσαν συμφθαρῆναι· εἰ δὲ συνόντος τοῦ ἀνδρὸς ἐκ μοιχοῦ συλλαβοῦσα τέκοι, ἀνατραφεὶς ὁ παῖς τὸν μὲν πατέρα ἀγνοεῖ, τὸν δὲ οὐκ ὄντα νομίζει, καὶ οὕτως ὁ μὴ πατὴρ τελευτῶν ἀλλοτρίῳ παιδὶ τὸν ἑαυτοῦ καταλείπει βίον. πόσα δὲ καὶ ἄλλα κακὰ ἐκ τῆς μοιχείας φυσικῶς ἀνακύπτειν φιλεῖ! καὶ οὐκ ἴσμεν τὰ κρύφια τῶν κακῶν. ὥσπερ γὰρ ὁ λυσσῶν κύων τούτους ἀναιρεῖ ὧνπερ ἂν ψαύσῃ, τῆς ἀφανεστάτης λύσσης μεταδιδούς, οὕτω[3] καὶ τῆς μοιχείας τὸ κρύφιον κακόν, κἂν ἀγνοῆται, τῆς διαδοχῆς τὴν ἐκκοπὴν ἐξεργάζεται.

tus producunt, et homicidia, omnemque conturbationem? Nonne enim ex adulterio oriuntur festinae mortes, familiarum perturbationes, magiae, fraudes, angustiae, et plura alia mala?

XXI. Sed cur, inquit, vir si ignorat uxorem suam adulterare, zelotypia non effertur, non irascitur, non tumultuatur, non bella ciet? Itaque ista non sunt natura mala, verum iniqua hominum opinio gravia ea facit. Ego autem aio, quod, quamvis illa non accidant incommoda, ex consuetudine cum adultero fit, ut vel maritus deseratur, vel et uxor insidias struat, vel labore viri parta moecho praebeat; utque peregre profecto conjuge, cum illa ex adultero conceperit, metu reprehensionis uteri foetum nitatur labefacere, fiatque infanticida, vel, dum perdit, ipsa simul pereat. Quod si, cum ea manente viro, ex moecho concipiens parit, educatus puer patrem nescit, eum vero qui non est esse putat; sicque moriens, qui pater non est, alieno filio bona sua derelinquit. Quanta autem et alia mala ex adulterii natura oriri solent! Nescimus tamen malorum occulta. Quemadmodum enim rabiosus canis, quos tangit, interimit, occultissimam rabiem communicans, ita et adulterii absconditum malum, etsi ignoretur, posteritatis procurat exscisionem.

1. πάσης παραχῆς C.
2. Vbb. οἴκων ἀναστάσεις, μαγεῖαι, δόλοι, ἀπορίαι accesserunt ex O; var. lect. ap. C post περιγραφαὶ add. οἴκων καταλύσεις, μαγεῖαι, δόλοι, ἀπορίαι.
3. οὕτως C.

XXII. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν νῦν ἡμῖν παραλελείφθω. ἐκεῖνο δὲ ἅπαντες[1] ἴσμεν, ὡς ἐπίπαν ἐπὶ τούτῳ τοὺς ἄνδρας ἀνεπισχέτως δυσχεραίνοντας, πολέμους τε[2] ἐπὶ τούτῳ ἐγηγερμένους, καὶ οἴκων γενομένας ἀνατροπάς, καὶ πόλεων ἁλώσεις, καὶ ἄλλα μυρία. διὰ τοῦτο ἐγὼ τῷ ἁγίῳ[3] τῶν Ἰουδαίων Θεῷ καὶ νόμῳ προσέφυγον, ἀποδεδωκὼς τὴν πίστιν ἀσφαλεῖ[4] τῇ κρίσει, ὅτι ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ δικαίας κρίσεως καὶ νόμος ὥρισται, καὶ ἡ ψυχὴ πάντως τὸ κατ' ἀξίαν[5] ὧν ἔπραξεν ὁπουδήποτε ἀπολαμβάνει.

XXIII. Ταῦτά μου εἰπόντος ὁ Ἀππίων ἐπήνεγκε τῷ λόγῳ· τί γάρ, οὐχὶ καὶ οἱ Ἑλλήνων, ἔφη, νόμοι τὰ φαῦλα ἀπαγορεύουσιν, καὶ τοὺς μοιχοὺς κολάζουσιν; κἀγὼ ἔφην· οὐκοῦν οἱ Ἑλλήνων θεοὶ τὰ ἐναντία τοῖς νόμοις πράξαντες κόλασιν ὀφείλουσιν. πῶς δὲ καὶ σωφρονίζειν ἐμαυτὸν δυνήσομαι, ὑπολαμβάνων, ὅτι οἱ θεοὶ αὐτοὶ πρῶτοι ἅμα τῇ μοιχείᾳ τὰ χαλεπὰ πάντα διεπράξαντο, καὶ δίκην οὐ δεδώκασι, ταύτῃ μᾶλλον ὀφείλοντες διδόναι, ὡς μὴ δουλεύοντες ἐπιθυμίᾳ; εἰ δὲ ὑπέκειντο[6], πῶς ἦσαν θεοί; καὶ ὁ Ἀππίων· ἔστωσαν ἡμῖν σκοποὶ μηκέτι θεοί, ἀλλ' οἱ δικασταὶ εἰς οὓς ἀφορῶντες, φοβηθησόμεθα ἁμαρτάνειν. κἀγὼ ἔφην· οὐκ ἔσθ'[7] ὅμοιον, ὦ Ἀππίων. ὁ μὲν γὰρ πρὸς ἄνθρωπον ἔχων τὸν σκοπὸν ἐλπίδι τοῦ λαθεῖν τολμήσει ἁμαρτάνειν, ὁ δὲ Θεὸν παντεπόπτην τῇ ἑαυτοῦ ψυχῇ

XXII. Verum hoc nunc relinquamus. Illud certe scimus omnes; plerumque eam ob causam homines effraenate irasci, propterea bella exorta, factas domorum eversiones, ac urbium expugnationes, aliaque innumera. Quare ego ad sanctum Judaeorum Deum sanctamque eorundem legem confugi; cum fidem certo judicio habuissem, quod ex Dei justo judicio et lex fixa sit ac definita, et anima omnino pro meritis eorum, quae gessit, aliquando recipiet.

XXIII. Haec cum dixissem, Appion orationi subjecit: Quid enim? nonne, inquit, et Graecorum leges mala prohibent, et adulteros puniunt? Ego respondi: Ergo Graecorum dii, quod contraria legibus faciunt, supplicium merentur. Quo modo autem et coercere me potero, dum existimo deos ipsos primos una cum adulterio cuncta flagitia perfecisse, nec poenas dedisse, quas ideo magis dare debebant, quia non serviunt cupiditati? Quod si cupiditati obnoxii fuerunt, quo pacto dii erant? Et Appion: Sint nobis pro scopo non dii sed judices, in quos respiciendo, peccare metuemus. At ego excepi: Non simile est, o Appion. Qui enim ad hominem respicit, spe latendi audebit pec-

1. πάντες O. Tum ἐπὶ τοῦτο var. lect. ap. C. Subsequitur mendum τὰς p. τοὺς in O.

2. τε add. c. O, qui subinde exh. ἐπὶ τούτῳ c. D, ἐπὶ τούτων C.

3. ἀγαθῷ Epit. c. 51. Subinde τῷ Ἰουδαίων C.

4. ἀσφαλῆ C.

5. καταξίαν O.

6. ἐπέκειντο O. In eodem desiderantur vbb. καὶ ὁ Ἀππίων·

7. οὐκ ἐθ' C. In O est ἅπασι inter ὦ et Ἀππίων expunctum.

ὁρισάμενος, εἰδὼς αὐτὸν λαθεῖν μὴ δύνασθαι, καὶ τὸ λάθρα ἁμαρτεῖν παραιτήσεται.

XXIV. Ταῦτα ὁ Ἀππίων ἀκούσας ἔφη· ᾔδειν ἐξ ὅτε ἤκουσα Ἰουδαίοις σε [1] προσομιλοῦντα, ἠλλοιῶσθαι τὴν γνώμην. καλῶς γὰρ εἴρηταί τινι· φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί. κἀγὼ ἔφην· οὐκοῦν ἐπανορθοῦσιν ἤθη ἄχρηστα ὁμιλίαι καλαί. καὶ ὁ Ἀππίων ἔφη· σήμερον πεπληροφορήμην τὴν σὴν ἐπιγνῶναι ἔνστασιν· διό σοι πρώτῳ εἰπεῖν συνεχωρήσαμεν. αὔριον δὲ ἐνταῦθα, εἴ σοι φίλον ἐστίν, ἐπὶ τῶν αὐτῶν φίλων συνελθόντων ἀποδείξω, ὅτι οἱ θεοὶ ἡμῶν οὔτε μοιχοὶ ὄντες τυγχάνουσιν, οὔτε φονεῖς, οὔτε παίδων φθορεῖς, οὐκ ἀδελφαῖς ἢ θυγατράσι πλησιάσαντες· ἀλλ' οἱ ἀρχαῖοι τὰ μυστήρια μόνους τοὺς φιλομαθεῖς εἰδέναι θέλοντες μύθοις οἷς εἴρηκας αὐτὰ προεκάλυψαν [2]. Ζῆνα γὰρ τὴν ζέουσαν οὐσίαν εἶναι φυσιολογοῦσιν, Κρόνον δὲ τὸν χρόνον, καὶ Ῥέαν τὴν ἀεὶ ῥέουσαν τοῦ [3] ὕδατος φύσιν. πλὴν ὡς ὑπεσχόμην, αὔριον τὸ καθ' ἕκαστον [4] εἶδος ἕωθεν ὑμῖν συνελθοῦσιν ἀλληγορήσας τὴν τῶν ὄντων ἀλήθειαν ἐκφανῶ. κἀγὼ πρὸς ταῦτα ἔφην· αὔριον, ὡς ὑπέσχου, οὕτως ποίησον· ἤδη δὲ ἐντεῦθεν καὶ πρὸς αὐτά, ἃ μέλλεις λέγειν, ἄκουσον.

XXV. Αἱ τῶν θεῶν πράξεις εἰ μὲν ἀγαθαὶ οὖσαι κακοῖς μύθοις προεκαλύφθησαν, πολλὴ τοῦ σκεπάσαντος δείκνυται κακία, ὅτι τὰ σεμνὰ

care: qui vero Deum omnium inspectorem metae loco animae suae proposuit, gnarus quod eum latere non possit, clam quoque peccare supersedebit.

XXIV. Quae cum audisset Appion, dixit: Intellexeram, ex quo accepi tibi cum Judaeis esse consuetudinem, te mutavisse sententiam. Praeclare enim a quodam dictum est: *Mores bonos colloquia corrumpunt mala.* Excepi ego: Igitur mores malos colloquia bona corrigunt. Dixit Appion: Hodie abunde mihi sit, tuum certo agnovisse institutum: quare primus ut loquereris permisimus. Cras vero hic, si tibi videtur, iisdem amicis convenientibus ostendam, quod dii nostri neque adulteri sunt, neque interfectores, neque liberorum interemtores, neque sororum vel filiarum vitiatores. At veteres, dum mysteria a solis discendi cupidis volunt intelligi, ea fabulis quas dixisti occultaverunt. Jovem enim ferventem esse substantiam, physica ratione asserunt; Saturnum autem tempus; et Rheam semper fluentem aquae naturam. Verumtamen, ut pollicitus sum, cras vobis mane convenientibus, singulas species allegorice exponens rerum manifestam faciam veritatem. Ad haec ego dixi: Crastina die, ut promisisti, ita facito. Jam vero hinc et adversus ea quae dicturus es audi.

XXV. Deorum gesta si, bona cum essent, malis fabulis obtecta sunt, magna ejus qui texit ostenditur malitia, quod honesta pravis occultarit narra-

1. σε om O.
2. προεκάλυψεν O mendose.
3. τοῦ om. O.
4. καθέκαστον scr. O.

ἀπέκρυψε κακοῖς διηγήμασιν, ἵνα μήτις αὐτῶν ζηλωτὴς γένηται. εἰ δὲ ἀληθῶς ἀσεβῆ διεπράξαντο, ἐχρῆν τοὐναντίον ἀγαθοῖς μύθοις[1] αὐτὰ ἐπισκέπειν, ἵνα μὴ οἱ ἄνθρωποι, ὡς εἰς κρείττονας ἀφορῶντες, ἁμαρτάνειν ἐπιχειρῶσιν ἐκείνοις παραπλήσια. ταῦτά μου εἰπόντος οἱ παρόντες φανεροὶ ἦσαν ἀρχὴν λαμβάνοντες τῆς πρὸς τοὺς ὑπ' ἐμοῦ λεχθέντας λόγους ἀγάπης. καὶ γὰρ συνεχῶς καὶ ἐσπουδασμένως ἀξιοῦντες πάντως με τῇ ὑστεραίᾳ ἐλθεῖν ἀπηλλάγησαν.

ΟΜΙΛΙΑ Ε'

I. *Τῇ μὲν οὖν ἐν Τύρῳ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ, καθὰ συνεταξάμεθα, εἰς τὸν ἡσύχιον τόπον*[2] *ἐλθών, τοὺς μὲν ἑτέρους μετά τινων καὶ ἄλλων ἰδὼν καὶ προσαγορεύσας, Ἀππίωνα δὲ μὴ ἑωρακώς, ἠρόμην τοῦ μὴ παρεῖναι ἐκεῖνον τὴν αἰτίαν. καί τις ἔφη, δυσαρρώστως αὐτὸν ἀπ' αὐτῆς ἑσπέρας ἐσχηκέναι τὸ σωμάτιον. ἐμοῦ δὲ φήσαντος, εὔλογον εἶναι παραχρῆμα ὁρμήσαντας ἐπισκέψασθαι αὐτόν, σχεδὸν οἱ πάντες ἠξίουν πρότερον διαλεχθῆναί με αὐτοῖς, εἶθ' οὕτως κἀκεῖνον ἐπισκέψασθαι δύνασθαι*[3] *αὐτόν. μιᾶς οὖν πάντων γνώμης γενομένης, λέγειν ἠρξάμην.*

II. *Ἐχθὲς*[4] *ἐντεῦθεν ἀπαλλαγείς, ὦ φίλοι, ὁμολογῶ ὅτι πάνυ φροντίζων ὑπὲρ τῆς πρὸς Ἀππίωνα μελλούσης ἔσεσθαι ζητήσεως ὕπνου τυχεῖν*

tionibus, ne quis eorum fieret imitator. Quod si dii vere gesserant impia, contra oportebat illa bonis fabulis velare, ne homines, velut qui in numina respicerent, illis consimilia niterentnr peccare. Haec me dicente, qui aderant, non obscure videbantur incipere dictos a me sermones amore prosequi. Etenim frequenter et studiose rogantes, ut omnino postridie venirem, digressi sunt.

HOMILIA QUINTA.

I. Sequente igitur apud Tyrum die, quemadmodum pacti eramus, in quietum locum adveniens, ceteros quidem cum quibusdam et aliis intuitus cum salutassem, Appionem vero non viderem, causam cur ille non adesset rogavi. Et aliquis respondit, illum ex ipsa vespera aegroto jacuisse corpusculo. Cumque ego dixissem, aequum esse ut statim profecti eum visitaremus, fere cuncti deprecati sunt, ut prius eis edissererem; sic enim postea posse fieri ut illum inviseremus. Quia ergo una erat omnium voluntas, loqui coepi.

II. Heri hinc abiens, o amici, multum, fateor, sollicitus de futura adversus Appionem disceptatione somnum capere non potui. Vigilante autem me

1. *μύθοις* add. c. O. Idem *ἐπισκέπτειν* p. *ἐπισκέπειν*.
2. *τόπον* non est in O.
3. *δύνασθαι* textui reddidi, postquam omissum erat a Cl et S.
4. *χθὲς* O.

οὐκ ἐδυνάμην. ἀγρυπνοῦντος δέ μου εἰσέδραμεν τὰ ἐν Ῥώμῃ πρὸς αὐτόν μοι μεμηχανημένα. ἦν δὲ τοιαῦτα. ἐκ παιδὸς ἐγὼ Κλήμης ἀληθείας ἐρῶν, καὶ ζητῶν τὰ ψυχῇ διαφέροντα, καὶ εἰς ἀνασκευὰς καὶ κατασκευὰς δαπανῶν τοὺς χρόνους, καὶ μηθὲν τέλειον εὑρεῖν δυνάμενος, ὑπὸ τῆς ἀνοίας ἐξώκειλα[1] εἰς νόσον.. καὶ δὴ ἐμοῦ κατακειμένου ὁ Ἀππίων ἐπιδημεῖ τῇ Ῥώμῃ, πατρικὸς ὤν μοι φίλος, καὶ ἐπιξενοῦται ἐμοί, καὶ κλινήρη μαθὼν πρὸς ἐμὲ εἰσέρχεται, ὡς ἰατρικῆς οὐκ ἀμύητος, καὶ πυνθάνεται τῆς κατακλίσεως τὴν αἰτίαν. ἐγὼ δὲ τὸν ἄνδρα οὐκ ἀγνοῶν[2] πάνυ Ἰουδαίους δι' ἀπεχθείας ἔχοντα, ὡς καὶ πολλὰ βιβλία κατ' αὐτῶν συγγεγραφέναι[3]· καὶ αὐτὸν Σίμωνα νῦν οὐ διὰ φιλομάθειαν[4] εἰς φιλίαν προσιέμενον· ἀλλ' ἐπειδὴ Σαμαρέα αὐτὸν οἶδε μισοϊουδαῖόν τε ὄντα καὶ κατὰ Ἰουδαίων προεληλυθότα, διὰ τοῦτο αὐτὸν προσοικειώσατο, ἵνα δύναιτο κατὰ Ἰουδαίων τι παρ' αἰτοῦ μανθάνειν.

III. Ταῦτα ἐγὼ προειδὼς[5] περὶ τοῦ Ἀππίωνος, ἅμα τῷ πυθέσθαι αὐτὸν τὴν αἰτίαν τῆς νόσου προσποιητικῶς[6] ἀπεκρινάμην, ὅτι τὰ νέων πάσχω καὶ ἀλγῶ τὴν ψυχήν. ὁ δὲ πρὸς ταῦτα ἔφη· τέκνον, ὡς πατρὶ θαρσήσας λέγε, τίς σου τῆς ψυχῆς ἡ νόσος. ἐμοῦ δὲ προςποιητικῶς[7] πάλιν ἀναστενάξαντος, ὡς δὴ περὶ ἔρωτος εἰπεῖν αἰδουμένου, διά γε τῆς σιωπῆς

occurrerunt, quae Romae contra illum commentus fui. Sunt autem haec. A puero ego Clemens veritatis studiosus, quaerensque animae utilia, et in confutationes ac probationes tempus insumens, nihilque valens veri invenire, in morbum ex mentis impotentia deveni. Cumque decumberem, Romam advenit Appion, paternus amicus, et apud me hospitatur: audiensque in lecto me jacere, ad me ingressus est, tamquam medicae artis non imperitus; atque rogat causam decubitus. Ego vero hominem non ignorabam summo Judaeos prosequi odio, adeo ut et contra eos multos scripserit libros; nunc certe Simonem ipsum in amicitiam admisit non quidem ob discendi studium ac eruditionem: sed quia novit eum esse Samaritanum et Judaeorum hostem, adversus quos etiam sit progressus, ideo eum sibi conciliavit, quo possit aliquid ab illo contra Judaeos discere.

III. Haec ego sciens de Appione, simul ac causam morbi petiit, respondi simulate, me juvenum more affectum dolere animo. Ad haec ille dixit: Fili, tamquam patri confisus narra, quinam sit animi tui morbus. Cumque iterum ficte vehemens ducerem suspirium, quasi veritus fateri amorem, silendo et

1. ἐξώκειον O.

2. D legi vult ἀγνοῶ. At oratio est ἀνακόλουθος, quum verbo προιδὼν resumatur participium ἀγνοῶν. Alioquin scribendum esset ἠγνόουν. S.

3. ἀναγεγραφέναι C.

4. Ejeci c. O αὐτὴν post φιλομάθειαν. Tum προσιέμενον D, προσέμενεν C O.

5. προειδὼς scripsi ex conject., προϊδὼν C, προϊδὼς O. Tum τῷ O c. D, τοῦ C.

6. προσποιητῶς C.

7. προσποιητῶς C.

καὶ τοῦ κατανεύειν[1], *περὶ οὗ ἤθελον ἐνδείκνυσθαι, παρεῖχον τὴν ὑπόνοιαν· ὁ δὲ ἐρᾷν*[2] *με γυναικὸς ἀληθῶς ἀναπεισθεὶς ἔφη· οὐδέν ἐστιν ἐν τῷ βίῳ, βοηθείας τυχεῖν μὴ δυνάμενον. καὶ γὰρ αὐτὸς ὅτε νέος ἤμην*[3], *ἐρασθεὶς γυναικὸς ἀξιολογωτάτης οὐ μόνον αὐτῆς*[4] *τυχεῖν ἡγούμην ἀδύνατον εἶναι, ἀλλ' οὐδὲ προσαγορεῦσαί ποτε ἤλπιζον· καὶ ὅμως περιτυχὼν τινι Αἰγυπτίῳ, πάνυ τὰ μάγων ἀκριβοῦντι, καὶ φιλωθεὶς ἐκφαίνω μου τὸν ἔρωτα, καὶ οὐ μόνον ἑαυτόν μοι παρεῖχε πρὸς πᾶν ὃ ἐβουλόμην, ἀλλὰ δαψιλέστερον πρός με φιλοτιμούμενος καὶ τὴν ἐπαοιδήν, δι' ἧς ἔτυχον, διδάσκειν οὐκ ἐφθόνησεν. ἐκ δὲ τῆς ἐκείνου λαθραίας ὑποδείξεως, πεισθεὶς τῇ τοῦ διδάξαντος ἀφθονίᾳ, καὶ ἅπαξ ἐπιτυχών, ἐπαυσάμην τοῦ ἔρωτος.*

IV. *Ὅθεν εἰ καὶ σὺ τοιοῦτόν τι πέπονθας ἀνθρωπίνως, θάρσησον ἡμῖν πρὸς τὸ ἀμέριμνον· ἐντὸς γὰρ ἡμερῶν ἑπτὰ πάντως αὐτῆς ἐπιτυχεῖν σε ποιήσω. ταῦτα ἀκούσας ἐγώ, εἰς τὸν ἐμὸν*[5] *σκοπὸν ἀποβλέπων ἔφην· σύγγνωθί μοι μὴ πάνυ πιστεύοντι μαγείαν ὑφεστᾶναι· πολλῶν γὰρ πολλὰ ἐπαγγελλομένων καὶ διαψευσαμένων ἤδη πεπείραμαι. πλὴν δυσωπεῖ*[6] *με καὶ εἰς ἐλπίδας ἄγει ἡ σὴ ὑπόσχεσις. δέδοικα δὲ ἐνθυμούμενος, μὴ ἄρα οἱ δαίμονες τοῖς μάγοις ἐνίοτε πρὸς τὰ κελευόμενα οὐχ ὑπείκουσιν.*

V. *Καὶ ὁ Ἀππίων ἔφη· ταῦτα ἐμοί σου μᾶλλον συγχώρει εἰδέναι.*

contemplando suspicionem dedi ejus quod indicari volebam. At ille re vera me mulierem deperire persuasus dixit: Nihil in vita est, cui non possit adhiberi remedium. Ipse enim ego, adhuc juvenis, cum in amorem incidissem elegantissimae mulieris, non modo impossibile judicabam illa frui, verum neque salutare umquam sperabam: et tamen nactus aliquem Aegyptium, magicis in artibus peritissimum, et contracta cum eo amicitia, amorem meum declaro: ac non solum ille se mihi ad cupita omnia tradidit; sed largissime mihi gratificans, etiam carminis per quod potitus fui scientiam non invidit: atque per illius hominis occultam demonstrationem, persuasus magistri munificentia, et semel potitus, amare cessavi.

IV. Unde si et tu tale quid hominum more pateris, mihi confisus depone curas. Intra enim septem dies omnino te mulieris faciam compotem. His ego auditis, meum respiciens ad scopum, aio: ignosce mihi non penitus credenti magiam exstare: multos quippe jam expertus sum, multa pollicitos ac mentitos. Attamen movet me ac in spem adducit promissio tua. Vereor autem, dum cogito, forte daemones interdum magis ad mandata non obedire.

V. Respondit Appion: mihi concede, ut haec plus quam tu cognoscam.

1. *κάτω νεύειν* C.
2. Ita O et ex conject. C, qui *ἐρῶν* in textu. Vbb. „Nihil in vita est — umquam spe" (rabam) Cotelerianae versioni reddidi, cum excidissent ap. S.
3. Ita O in marg., *ἤμιν* in textu. Idem *ἀξιολογώτατος*.
4. *αὐτὴν* S invita grammatica.
5. *ἐμοῦ* C.
6. Ita O c. S, *δουσωπεῖ* C.

πλὴν ἵνα μὴ δοκῇς, πρὸς ὃ ἔφης, μηδὲν ἀκηκοέναι παρ' ἐμοῦ, μάθε πῶς ἀνάγκην ἔχουσιν οἱ δαίμονες τοῖς μάγοις ὑπείκειν περὶ ὧν κελεύονται. ὡς γὰρ ἀδύνατόν ἐστι στρατιώτην ἀντειπεῖν τῷ ἡγουμένῳ, αὐτοῖς τε τοῖς ἡγουμένοις οὐχ οἷόν τε παρακοῦσαι βασιλέως· εἰ γάρ τις ἀντερεῖ τοῖς ἐφεστηκόσιν, πάντως τιμωρίας ἀξιοῦται· οὕτως ἀδύνατόν ἐστι τοὺς δαίμονας μὴ ὑπουργεῖν[1] τοῖς αὐτῶν ἡγουμένοις ἀγγέλοις, καθ' ὧν ὁρκιζόμενοι φρίττοντες εἴκουσιν, εὖ εἰδότες ὅτι ἀπειθήσαντες[2] πάντως κολάζονται. ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ οἱ ἄγγελοι κατὰ τοῦ κρείττονος ὑπὸ μάγων ὁρκιζόμενοι ὑπείκουσιν, μήπως ἀπειθείας κριθέντες ἀπόλωνται. εἰ γὰρ μὴ πάντα ἔμψυχα ὄντα καὶ λογισμένα προεώρα τὴν ἐκ τοῦ κρείττονος δίκην, σύγχυσις ἂν ἐγεγόνει, τῶν πάντων στασιαζόντων πρὸς ἄλληλα.

VI. Κἀγὼ ἔφην· οὐκοῦν ὀρθῶς ἔχει τὰ ὑπὸ ποιητῶν καὶ φιλοσόφων λεγόμενα[3], ὡς ἐν ᾅδου αἱ ψυχαὶ τῶν ἀσεβῶν κριθεῖσαι ἐφ' οἷς ἐτόλμησαν κολάζονται, οἷον Ἰξίωνος καὶ Ταντάλου Τιτυοῦ τε καὶ Σισύφου καὶ τῶν Δαναοῦ θυγατέρων καὶ ὅσοι ποτὲ ἄλλοι ἐνταῦθα ἠσέβησαν; καὶ πῶς, εἴγε ταῦθ' οὕτως μὴ ἔχῃ[4], δυνατὸν ἂν μαγείαν ὑφεστᾶναι[5]; τοῦ δὲ εἰπόντος, οὕτω τὰ ἐν ᾅδου ἔχειν, ἐγὼ ἐπυθόμην· διὰ τί δὴ καὶ αὐτοὶ μαγεύειν[6] οὐ πεφοβήμεθα, ἐπὶ μοιχείας πεπεισμένοι τὴν ἐν ᾅδου δίκην; μοιχείᾳ[7] γὰρ βιάσασθαι τὴν μὴ θέλουσαν οὐ συντίθεμαι εἶναι δίκαιον. εἰ δέ τις αὐ-

Ne tamen nihil videaris ex me audivisse de eo quod dixisti, disce, qua ratione cogantur daemones obsequi mandatis magorum. Nam sicut fieri non potest, ut miles duci contradicat, et sicut ipsi duces non possuut imperatori non obtemperare (si quis enim praepositis resistat, omnino poenas solvet), ita fieri nequit, ut daemones angelis ducibus suis non subserviant; per quos adjurati cedunt trementes, ut qui bene noverint se non obsecutos omnino puniri. Ipsi quoque angeli, per Deum ab magis adjurati, obediunt, ne inobsequentiae rei pereant. Nisi enim cuncta anima et ratione praedita justitiam Numinis praeviderent, oriretur confusio, omnibus nempe mutua seditione laborantibus.

VI. Et ego dixi: vera itaque sunt quae a poetis et philosophis narrantur, in inferis animas impiorum judicari, et pro facinoribus puniri? Exempli gratia animas Ixionis, Tantali, Tityi, Sisyphi, et Danai filiarum, nec non alios omnes quicumque hic vixerunt impie. Ac quo modo, si haec non ita se habent, poterit magia subsistere? Cumque ille respondisset, ita esse de inferis, ego interrogavi: et cur ipsi magiam exercere non timemus, qui certi sumus de poenis adulterii apud inferos? Stupro siquidem nolentem feminam comprimere,

1. ὑπορyεῖν O.
2. ἀπειθήσαντὲς Cl; Ottoboniani ἀπειθείσαντες idem valet, ἀπελθήσαντες C.
3. φλεγόμενα O mendose.
4. ἔχει O.
5. ὑφεστάναι O.
6. μαγείαν C. Tum ἐπὶ μοιχείᾳ O.
7. Leg. μαγείᾳ c. D, cl. capp. 7 et 8.

τὴν πείθειν ἐπαγγέλλεται, πρὸς τοῦτο, μετὰ τοῦ καὶ χάριν ὁμολογεῖν, ἑτοίμως ἔχω.

VII. Καὶ ὁ Ἀππίων ἔφη· οὐ δοκεῖ σοι ταὐτὸν εἶναι, εἴτε μαγείᾳ αὐτῆς ἐπιτύχοις[1], εἴτε πείσας λόγοις; κἀγὼ ἔφην· οὐ πάντως ὅμοιον· πολὺ γὰρ ἀφέστηκεν ἀλλήλων ἑκάτερον· ὁ μὲν γὰρ ἄκουσαν γυναῖκα τῇ τῆς μαγείας βίᾳ ἐπαναγκάσας, ὡς ἐπιβουλεύσας σώφρονι, χαλεπωτάτην ὑπέχει τὴν δίκην, ὁ δὲ λόγῳ πείσας, καὶ ἐπὶ τῇ αὐτῆς ἐξουσίᾳ καὶ βουλῇ ποιησάμενος τὴν αἵρεσιν, οὐκ ἐβιάσατο. ἧττον δὲ οἶμαι κολασθήσεσθαι τὸν πεπεικότα τοῦ βιασαμένου· τοιγαροῦν εἰ μὲν πεῖσαι δύνασαι, χάριν ἕξω ἐπιτυχών, ἄλλως δὲ ἥδιόν[2] μοι τεθνάναι μᾶλλον, ἢ τὴν μὴ βουλομένην βιαίως ἐπαναγκάσαι.

VIII. Καὶ ὁ Ἀππίων ἀληθῶς διαπορῶν ἔφη· τί με χρὴ πρός σε λέγειν; ποτὲ μὲν γὰρ ὡς ὑπὸ ἔρωτος ἐνοχλούμενος εὔχῃ ἐπιτυχεῖν, ποτὲ δὲ ὡς οὐκ ἐρῶν[3] τῆς ἐπιθυμίας προτιμᾷς τὸν φόβον, καὶ οἴει πείσας μὲν ὡς ἀναμάρτητος ἔσεσθαι ἀνεύθυνος, βίᾳ δὲ τῇ τῆς μαγείας ἐπιτυχὼν ὑφέξειν[4] δίκην. ἀλλ' ἀγνοεῖς ὡς τὸ τέλος παντὸς πράγματος κρίνεται, ὅτι γέγονεν, οὐ τὸ πῶς γέγονε δοκιμάζεται. καὶ σὺ δὲ ἐὰν μοιχεύσῃς οὐδήπου μαγείᾳ μὲν δυνηθείς, ὡς ἀσεβὴς[5] κριθήσῃ, πείσας δὲ τῆς κατὰ τὴν μοιχείαν ἁμαρτίας ἀπολυθήσῃ; κἀγὼ ἔφην· διὰ τὸ ἐρᾶν πάντως μοι προκει-

justum esse non assentior. Sed si quis persuasurum se illam pollicetur, ad id ego sum paratus, insuperque habebo gratiam.

VII. Excepit Appion: nonne tibi videtur idem esse, sive per magiam ea potiaris, sive per verborum suadelam? Respondi ego: non omnino par est: multum quippe distat unum ab altero. Qui enim invitam mulierem per vim magiae cogit, tamquam insidiator pudicae gravissimas dabit poenas: qui vero sermone persuasit, atque in ejus arbitrio ac voluntate posuit electionem, is non intulit vim. Minus autem, opinor, punietur qui suasit, quam qui coegit. Quocirca si quidem persuadere potes, gratiam habebo compos factus: aliter vero dulcius mihi mori quam nolentem vi adigere.

VIII. Et Appion vere dubius animi dixit: quid me tibi effari oportet? Interdum enim quasi amoris impatiens frui desideras; interdum vero, quasi non ames, metum anteponis cupidini, et existimas, quod, si persuaseris, impune tamquam qui non peccaveris evades, sin vero per magicam vim compos voti fias, poenas dabis. Sed ignoras, cujuscumque negotii finem judicari, et factum, non facti modum expendi. Et vero tu si adulterium commiseris, numquid, per magiam compos, tamquam impius condemnaberis, per suasionem vero, ab adulterii peccato absolveris? Et ego respondi, cum amem: omninoque mihi

1. ἐπιτυχών C. Verum jam vidit S. Idem παίσας mendose.
2. ἥδιόν S O, ἥδειόν C.
3. αἱρῶν O.
4. ὑφέξιν O.
5. ἀσεβήσας C.

μένου τυχεῖν τῆς ἐρωμένης, ἀνάγκη μέν μοι ἑλέσθαι θάτερον, αἱρήσομαι δέ, εἰ[1] οἷόν τε, κολακεῦσαι μᾶλλον, ἢ μαγεῦσαι. ἀλλ' οὐδὲ κολακείᾳ πείθειν αὐτὴν ῥᾴδιον· πάνυ γάρ ἐστιν ἡ γυνὴ φιλόσοφος.

IX. Καὶ ὁ Ἀππίων ἔφη· ταύτῃ μᾶλλον εὔελπίς εἰμι πείθειν[2] αὐτὴν δυνήσεσθαι, ὡς αὐτὸς θέλεις, εἴ περ γε προσομιλῆσαι αὐτῇ δυνάμεθα. κἀγὼ ἀπεκρινάμην· ἀδύνατον. καὶ ὁ Ἀππίων ἐπύθετο, εἰ ἐπιστεῖλαι αὐτῇ δυνατόν ἐστιν. κἀγὼ ἔφην· δυνατὸν τοῦτό γε. καὶ ὁ Ἀππίων ἔφη· ἔτι[3] τῇ νυκτὶ ταύτῃ συγγράψω βιβλίον, μοιχείας ἐγκώμιον, ὅπερ σὺ παρ' ἐμοῦ λαβὼν διαπέμψεις αὐτῇ, καὶ ἐλπίζω ὅτι πεισθεῖσα συνθήσεται. καὶ[4] συγγράψας ὁ Ἀππίων ἐκεῖνο τὸ βιβλίον ἐδίδου ἐμοί, περὶ οὗ καὶ ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ ἐνενόησα, καὶ εὐκαίρως[5] ἔχειν αὐτὸ ὑπεμνήσθην, σὺν ἄλλοις βιβλίοις οἷς μετ' ἐμαυτοῦ[6] ἐπιφέρομαι. διηγησάμενος δὲ ταῦτα ἔδειξα τοῖς παροῦσι τὸ βιβλίον, καὶ βουλομένοις ἐπακοῦσαι ἀνέγνων, καὶ δὴ ἀναγνοὺς ἔφην· αὕτη ἐστίν, ἄνδρες, ἡ τῶν Ἑλλήνων παιδεία, γενναίαν ὑπόθεσιν ἔχουσα πρὸς τὸ ἀδεῶς ἐξαμαρτάνειν. τὸ δὲ βιβλίον ἦν οὕτως ἔχον.

X. Ὁ ἐρῶν τῇ ἐρωμένῃ (ἀνωνύμως διὰ τοὺς ἐκ τῶν ἀνοήτων ἀνθρώπων νόμους) ἐπιταγαῖς Ἔρωτος τοῦ πάντων πρεσβυτάτου παιδὸς χάριν[7].

proponam frui amata, necesse quidem est ut alterum eligam, malim vero, si facultas est, adulatione uti, quam magia. Sed nec blanditiis facile erit mulierem ad consensum adducere, valde enim sapientiae studiosa est.

IX. Et Appion: eo magis, inquit, bona me spes habet, posse ei persuaderi, quemadmodum cupis, si cum ea colloqui detur. Ego respondi, fieri nequit. Appion autem sciscitatus est, num posset ad eam scribi. Et ego dixi, id quidem fieri posse. Tum Appion: jam nocte hac conscribam libellum, moechiae laudem; quem tu a me acceptum ad eam mittes; et spero quod flexa consentiet. Atque Appion compositam eam epistolam mihi dedit, de qua nocte ista cogitavi quamque opportune recordatus sum me habere una cum aliis libellis, quos mecum defero. Haec cum narrassem, adstantibus ostendi epistolam, cupidisque audire recitavi. Legens autem dixi, haec est, o viri, Graecorum disciplina, quae largam praebet ad audaciter peccandum occasionem. Epistola vero ita habebat.

X. Amator amatae (absque nominibus propter leges a stultis hominibus

1. εἰ addidi c. O: quam particulam deesse jam suspicatus est S.
2. Ita S, πείσειν C O.
3. ἐπὶ conj. D.
4. καὶ omittere non debebat S c. Cl.
5. Hanc Ci conjecturam confirmat O, εὔκαιρος C in textu.
6. Ita S, μεθ' ἑαυτοῦ C O.
7. Leg. χαίρειν. S.

ἔγνων σε φιλοσοφίᾳ [1] προσανέχουσαν, καὶ ἀρετῆς ἕνεκα τὸν τῶν κρειττόνων ζηλοῦσαν βίον. τίνες δὲ ἂν εἶεν κρείττονες, ἢ θεοὶ μὲν ἁπάντων, ἀνθρώπων δὲ οἱ φιλόσοφοι; οὗτοι γὰρ μόνοι ἴσασιν, τῶν ἔργων ποῖα μέν ἐστιν φύσει κακὰ ἢ καλά, ποῖα δὲ τῇ τῶν νόμων θέσει οὐκ ὄντα νομίζεται. αὐτίκα γοῦν τὴν λεγομένην μοιχείαν πρᾶξίν τινες ὑπειλήφασιν εἶναι κακήν, καίτοι καλὴν κατὰ πάντα ὑπάρχουσαν. εἰς γὰρ τὴν τοῦ βίου πολυγονίαν ἐπιταγαῖς Ἔρωτος γίνεται. Ἔρως δέ ἐστιν ὁ πάντων θεῶν πρεσβύτατος. ἄνευ γὰρ δὴ Ἔρωτος οὐ στοιχείων, οὐ θεῶν, οὐκ ἀνθρώπων, οὐ ζώων ἀλόγων, οὐ τῶν λοιπῶν ἁπάντων μῖξις ἢ γένεσις [2] γενέσθαι δύναται. πάντες γάρ τοι ὄργανά ἐσμεν τοῦ Ἔρωτος. αὐτὸς δὲ [3] ὁ δι' ἡμῶν τεχνίτης, παντὸς τοῦ γεννωμένου ψυχαῖς ἐπιδημῶν ἐστι νοῦς. ὅθεν οὐκ αὐτοὶ θέλοντες, ἀλλ' ὅταν ὑπ' αὐτοῦ κελευσθῶμεν, τὸ ἐκείνου βούλημα ποιεῖν ἐπιθυμοῦμεν. οἱ δὲ [4] ἐκείνου βουλῇ ἐπιθυμοῦντες, χάριν τῆς λεγομένης σωφροσύνης κρατεῖν τῆς ἐπιθυμίας ἐπιχειρήσωμεν [5], πῶς τῷ πάντων πρεσβυτάτῳ θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων ἀντιπράττοντες [6] οὐ τὰ μέγιστα ἀσεβήσωμεν;

XI. Ἀλλὰ πᾶσαι μὲν ἀνεῴχθωσαν [7] αὐτῷ θύραι, πάντες δὲ μοχθηροὶ

sancitas) jussu amoris, antiquissimi omnium pueri, salutem dicit. Cognovi te animum ad studium sapientiae applicare, et ob virtutem aemulari meliorum vitam. Quinam vero meliores sint, quam inter omnia dii, et inter homines philosophi? Illi namque soli sciunt, quaenam ex actionibus natura sint malae aut bonae, et quaenam per legum decreta tales, cum non sint, habeantur. Jam ergo adulterium, quod dicitur, nonnulli actionem malam esse crediderunt, licet omnimode bona sit. Nam ad generis multiplicationem jussu Cupidinis exercetur. Est autem Cupido deorum omnium antiquissimus. Absque enim Cupidine non elementorum, non deorum, non hominum, non brutarum animantium, non ceterorum omnium congressus vel generatio fieri potest. Omnes etenim amoris sumus instrumenta. Sed ipse mens per nos opifex, ad cunctorum quae gignuntur animas adveniens. Unde non quando ipsi volumus, sed quando ab eo jubemur, illius voluntatem facere desideramus. Quod si, qui ejus voluntate cupimus, cupiditatem propter id quod vocatur pudicitia nitamur comprimere, quo modo dum omnium deorum hominumque antiquissimo refragamur, non maximam impietatem admittemus?

XI. Universa itaque ipsi aperta sint ostia, et omnes molestae ac adsciti-

1. Ita O et ex conject. C, φιλοσοφίαν id. in textu.
2. γέννησις C.
3. δὲ add. c. O.
4. δ' C.
5. ἐπιχειρήσομεν O.
6. Post ἀντιπράττοντες in O legitur ἀνεώχθωσαν, quod ex sequentibus perperam irrepsit.
7. ἀνεῴχθωσαν O, ut jam proposuit S; ἀνεῴχθησαν C.

καὶ θετοὶ λυέσθωσαν νόμοι, ζηλοτύποις ἀνθρώποις κείμενοι, οἵ τινες ὑπὸ ἀνοίας κρατούμενοι καὶ τὸ εὔλογον νοεῖν μὴ βουλόμενοι, προσέτι δὲ καὶ τοὺς λεγομένους μοιχοὺς ὑφορώμενοι, ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Διὸς διά γε τοῦ Μίνω καὶ τοῦ Ῥαδαμάνθυος [1] εὐλόγως θετοῖς παίζονται [2] νόμοις. Ἔρωτα γὰρ ἐπιδημήσαντα ψυχαῖς οὐκ ἔστιν ἐπισχεῖν. οὐ γάρ ἐστιν ἑκούσιον τὸ τῶν ἐρώντων πάθος. αὐτίκα γοῦν ὁ Ζεὺς αὐτὸς ὁ τούτων νομοθέτης μυρίαις συνήλυθεν γυναιξίν, καὶ ὑπ' ἐνίων μὲν σοφῶν εὐεργέτης πρὸς τεκνοποιΐαν, ἐνίοτε τὴν αὐτοῦ [3] μῖξιν ἀνθρώποις δωρούμενος. παρ' οἷς δὲ ἐπὶ τῇ χάριτι ἠπίστατο [4], ἀγνοούμενος μετεμορφοῦτο τὴν ἰδέαν, ἵνα μήτε αὐτοὺς λυπῇ, μήτε τοῖς ὑπ' αὐτοῦ τεθεῖσι νόμοις ἀντιπράττειν δοκῇ. δεῖ οὖν τῇ φιλοσοφίᾳ προσανέχουσαν, καλοῦ βίου χάριν μιμεῖσθαι τοὺς ὁμολογουμένους κρείττονας· ὧν αἱ μίξεις μυρίαι γεγόνασιν.

XII. Καὶ ὑπὲρ τοῦ μὴ τὸν χρόνον παραναλίσκειν μάτην εἰς τὰς ἀποδείξεις τὰς πλείονας, ἀπ' αὐτοῦ τοῦ Διὸς, τοῦ πατρὸς θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων, ἄρξομαι τὰς ἐνίων μηνύειν κοινωνίας· πασῶν γὰρ ὑπομνησθῆναι διὰ τὸ πλῆθος ἀδύνατον. ἄκουε τοίνυν αὐτοῦ τοῦ μεγάλου Διὸς, διὰ τὴν τῶν ἀνοήτων ἀνδρῶν ζηλοτυπίαν, τὰς διὰ τῆς μεταμορφώσεως λανθανούσας κοινωνίας. ἐν πρώτοις γὰρ τῆς διαφόρου μίξεως τὴν ὑπονοου-

tiae solvantur leges, zelotypis hominibus positae, qui mente capti, nec volentes aequum intelligere, insuperque et dictos adulteros suspicati, a Jove ipso per Minoem et Rhadamanthum juste illuduntur latis legibus. Nam Amorem animis accedentem coercere non possumus. Neque enim voluntarius est amantium affectus. Ipse itaque Juppiter, harum legum lator, innumeris concubuit cum mulieribus; et quidem propter quosdam sapientes viros beneficus in liberorum procreatione factus nonnumquam congressum suum hominibus donavit, apud eos vero, qui gratiam non intelligebant, clam mutabat formam, ut nec illos contristaret, nec a se positis legibus videretur derogare. Quae ergo philosophiae incumbis, praeclarae vitae gratia imitari debes eos qui ex confesso optimi sunt; quorum infiniti exstiterunt concubitus.

XII. Et ne tempus frustra impendam in plures demonstrationes, ab ipso Jove, deorum ac hominum parente, incipiam quorundam indicare complexus: cunctos enim memorare, ob multitudinem impossibile est. Audi ergo magni ipsius Jovis ob stolidorum hominum zelotypiam clancularios per transformationem coitus. In primis enim variae mixtionis sive moechiae subdolum peccatum

1. ῥαδαμάνθου O.
2. Ita O c. S, παίσονται C.
3. πρὸς τεκνοποιΐαν ἐνοήθη, τὴν αὐτοῦ μῖξιν legendum censet D.
4. Ita O c. S, ἐπίστατο C. Ceterum totus locus corruptus est. D eum sic vult restitui: ἠπίστατο ἀχθομένοις, μετεμορφοῦτο κτλ., quod interpretatur „apud eos vero, quos hocce beneficium moleste ferre novit, formam mutavit.“ Ci versio, quam ego retinui, 'constare cum graecis verbis nullo modo potest. Quae sit loci sententia, apparet ex seqq. S.

μένην [1] τῆς μοιχείας ἁμαρτίαν σοφοῖς λῦσαι θέλων, ὁπότε ἔμελλε γαμεῖν καὶ ὡς ἐπὶ πρώτῃ εὐνῇ κατὸ τοὺς πολλοὺς μοιχοὺς εἰδώς, οὗ γινόμενος [2], διὰ τῆς δοκούσης, ὡς ἔφην, ἁμαρτίας τὸν ἀναμάρτητον γάμον ἐπορίσατο. ἀδελφὴν γὰρ αὐτοῦ Ἥραν οὖσαν γαμεῖ, ὁμοιωθεὶς [3] κόκκυγος [4] πτερῷ, ἐξ ἧς Ἥβη τε καὶ Εἰλείθυια ἐγένετο. τὴν Μῆτιν γὰρ χωρὶς τῆς πρός τινα μίξεως ἀποκυίσκει, ὡς καὶ Ἥρα τὸν Ἥφαιστον.

XIII. Ἔτι δὲ μίγνυται ἀδελφῇ τῇ ἐξ Οὐρανοῦ καὶ Θαλάσσης αὐτῷ γενομένῃ [5] ἀπὸ τῆς Κρόνου ἐκτομῆς, Ἔρως καὶ Κύπρις, ἣν καὶ Δωδώνην [6] λέγουσιν· μίγνυται δὲ καὶ Ἀντιόπῃ τῇ Νυκτέως, σατύρῳ παρεικα-

dum sapientibus solvere vult, quando uxorem ducturus fuit, et ut in primo concupitu juxta plures moechos sentiens, ibi cum fuit, per creditum (ut dixi) peccatum contraxit inculpatum matrimonium. Nam Junonem sororem suam in uxorem accepit, assimilatus avi cuculo, ex qua natae sunt Hebe et Ilithya. Metin namque absque ulla penitus mistione peperit, sicut et Juno Vulcanum.

XIII. Adhuc vero cum sorore miscetur, progenita ex Coelo et Mari, vel ex Saturni virilibus exsectis (unde Cupido et Cypris), quam et Dodonam vocant. Miscetur etiam cum Antiope Nyctei filia, similis factus Satyro; ex qua orti

1. Vbb. τῆς διαφόρου μίξεως τὴν ὑπονοουμένην largitus est exemplar Ott.

2. Retinui Ci textum et versionem, etsi ille corruptelae manifestus, haec perversa et ne graecis quidem verbis consentanea sit. At ego nihil video medelae ex conjectura. Haud enim acquiescere possum in ea emendatione, quam D proposuit, dum scribi jubet κατὰ τ. π. μοιχοῖς ἐοικώς, οὐ γινόμενος, quod vertit „ut multi censent, moechis similis, non revera tamen moechus factus.“ Malim scribere μοιχοὺς τὸ εἶδος οὐ γινόμενος. S.

3. ὁμοιωθεῖσαν O.

4. Ita O c. marg. Ci, cujus textus κόκκυτος. Deinde Ἰλιθῆα C in textu, lectionem Oi in marg.

5. Ita O c. marg. Ci et D, γενομένης C in textu. Qui quidem annotat: „non repugnabo, si quis intelligere voluerit exsectionem, quam fecisse, non quam passus esse dicitur Saturnus. Utrumque enim tradunt fabulae, Saturnum et genitalia patri Urano seu Coelo abscidisse, et genitalibus privatum fuisse per Jovem filium. Schol. Apoll. Rhod. IV, 985: Τίμαιος δὲ ἐκ τοῦ δρεπάνου, ᾧ ἐξέτεμεν τοῦ Οὐρανοῦ τὰ αἰδοῖα ὁ Κρόνος, ἢ ὁ Ζεὺς τὰ τοῦ Κρόνου.“ Tum ἐκτομῆς (ἐξ ἧς Ἔρως καὶ Κύπρις) ἣν scribi vult D. Recte. Idem verba ἐξ Οὐρανοῦ mutanda esse putat in ἐκ Κρόνου. Licet enim, ait, ex demessis Coeli viribus et in mare projectis orta ferretur Venus, quemadmodum docet Noster Hom. VI, 2 (ἐκ τῆς ἀποτομῆς τοῦ Οὐρανοῦ — ἡ Ἀφροδίτη ἐγένετο), ea tamen Jovis non soror, sed amita censeretur, nisi scriberetur ἐκ Κρόνου. Confirmat hanc scripturam auctor Recogn. X, 20: Jupiter desecta Saturni genitalia in mare projecit.“ Mirari aliquis possit, Cypriam loco nostro venditari pro filia Aphrodites: at idem legitur Recogn. l. c.: „— Aphroditen, quam apud nos Venerem appellant, ex cujus concubitu, quae erat utique soror, hunc ipsum Jovem ferunt genuisse Cyprin, ex qua ajunt et Cupidinem natum.“ S.

6. Nemo unquam Venerem aut Cyprin Dodonam vocavit, sed multi Dionae filiam dixerunt. Itaque legerim Διώνης sc. θυγατέρα. Cl. Cfr. Hom. IV, 16.

σμένος, ἐξ ἧς Ἀμφίων καὶ Ζῆθος γεγόνασιν. Ἀλκμήνῃ τε[1] τῇ Ἀμφιτρύωνος γυναικὶ συνέρχεται, ὁμοιωθεὶς τῷ Ἀμφιτρύωνι τῷ γεγαμηκότι, ἐξ ἧς Ἡρακλῆς ἐγένετο. καὶ Αἰγίνῃ τῇ Ἀσωποῦ[2] πλησιάζει, γενόμενος ἀετός, ἐξ ἧς[3] Αἰακὸς τίκτεται. Ἀμαλθείᾳ δὲ τῇ Φώκου ὁμοιωθεὶς ἄρκτῳ συνευνάζεται. καὶ Δανάῃ τῇ Ἀκρισίου χρυσὸς ἐπερρύη, ἐξ ἧς Περσεὺς ἀνέπτη[4]. Καλλιστοῖ τῇ Λυκάονος ἠγριώθη λέων, καὶ ἄλλον τίκτει Ἀρκάδα. Εὐρώπῃ τῇ Φοίνικος διὰ ταύρου συνῆλθεν, ἐξ ἧς Μίνως καὶ Ῥαδάμανθυς καὶ Σαρπηδὼν[5] ἐξέφυσαν[6]. Εὐρυμεδούσῃ τῇ Ἀχελῴου, μύρμηξ γενόμενος, ἐξ ἧς Μυρμιδών[7]. Ἑρσαίου νύμφῃ, γενόμενος γύψ, ἐξ ἧς οἱ ἐν Σικελίᾳ πάλαι σοφοί. Εἵμᾳ τῇ[8] γηγενεῖ ἐν Ῥόδῳ διὰ ὄμβρου συνῆλθεν, ἐξ ἧς Παργαῖος, Κρόνιος, Κύτος. καὶ Κασσιόπειαν[9] ἐνύμφευσεν, ὁμοιωθεὶς τῷ γήμαντι Φοίνικι, ἐξ ἧς Ἀγχίνιος[10] αὐτῷ ἐξέφυ· Νεμέσει τῇ

Amphion et Zethus. Congreditur cum Alcmena Amphitryonis uxore, specie Amphitryonis mariti sumta: unde genitus Hercules. Et cum Aegina filia Asopi consuescit, mutatus in aquilam; ex qua nascitur Aeacus. Cum Amalthea vero Phoci concumbit, speciem ursi referens. Et in Acrisii Danaen forma auri influxit; ex qua exortus evolavit Perseus. Propter Callistonem Lycaonis filiam in ferum leonem versus est, aliumque peperit Arcadem. Europam Phoenicis per taurum inivit; ex qua procreati sunt Minos et Rhadamanthys et Sarpedon. Eurymedusam Acheloi, formica factus; ex qua Myrmidon. Hersaei nympham, mutatus in vulturem, ex qua veteres illi sapientes qui in Sicilia. Imam terrigenam apud Rhodum in imbrem transformatus vitiavit; e qua suscepit Pargaeum, Cronium, Cytum. Cum Cassiopeia se junxit, assimilatus marito ejus Phoenici; de qua illi natus est Anchinius. Ex Nemesi Thestii filia, quae et Leda puta-

1. τε inserui c. O. Idem om. τῷ ante Ἀμφιτρύωνι.

2. Ita O et C ex conjectura, Ἀσκληπιοῦ in textu. Vulgo enim Aeginae pater Asopus, non Aesculapius perhibetur.

3. ὧς O mendose. Deinde Ἀμαλθείᾳ O et ex conject. C, cujus textus Ἀμαλθαῖς. At ex quibus fontibus sua hauserit auctor Homiliarum, nescire me fateor. Magis etiam mireris ea, quae tradit auctor Recogn. X, 22: „Mantheam Phoci (stuprat) mutatus in ursum, ex qua nascitur Arctos.“ S.

4. Ita scripsi cum O. Emendationem ἀνέπτη prius vidit D, Καλλιστοῖ S; ἀνείπη et καλλιστῷ C. Tum λυκάωνος O.

5. σαρπιδὼν O.

6. ἐξέφυ O.

7. μυρμηδών O. Recte C Ἑρσαίου mutari vult in Αἴτνῃ (cfr. Recogn. X, 22: „Thaliam Aetnam Nympham, mutatus in vulturem, ex qua nascuntur apud Siciliam Palisci“), et πάλαι σοφοὶ in Παλικοί. Conferas, quae dederunt Servius et Heynius ad Virg. Aen. IX, 584. S.

8. εἱμάτῃ O. Leg. Ἱμαλίᾳ, cl. Diod. Sic. V, 55: ὅτε δὴ Ζεὺς λέγεται ἐρασθῆναι μιᾶς τῶν Νυμφῶν, Ἱμαλίας ὀνομαζομένης, καὶ τρεῖς ἐξ αὐτῆς τεκνῶσαι παῖδας, Σπαρταῖον (al. Παρταῖον), Κρόνιον, Κύτον. S.

9. Ita conjecit C, qui exh. Ὀσπίαν in textu; κασπίαν O.

10. Commutavi Ottoboniani ἀγχίνιο in Ἀγχίνιος. Apud C Ἀγχίνοος. S proponit Ἀτύμνιος.

τοῦ[1] Θεστίους τῇ καὶ Λήδᾳ νομισθείσῃ, κύκνος ἢ χὴν γενόμενος Ἑλένην ἐτεκνώσατο, καὶ αὖθις ἀστὴρ γενόμενος Κάστορα καὶ Πολυδεύκην ἐξέφηνεν[2]. Λαμίᾳ ἐπεμορφώθη ἔποψ.

XIV. Μνημοσύνην, αὐτὸς εἰκασθεὶς ποιμένι, Μουσῶν ἀποφαίνει μητέρα· Σεμέλην τὴν Κάδμου πυρσαίνων[3] γαμεῖ, ἐξ ἧς Διόνυσον τελεῖ. Περσεφόνην αὐτὸς ἐκνυμφεύει τὴν θυγατέρα, αὐτὸς[4] ὁμοιωθεὶς δράκοντι, καὶ τῇ[5] γυναικὶ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Πλούτωνος εἶναι νομισθείσῃ· καὶ ἄλλαις πολλαῖς καὶ δίχα μεταμορφώσεως μίγνυται, ζῆλον τῶν ἀνδρῶν οὐκ ἐχόντων ὡς ἐφ' ἁμαρτίᾳ, ἀλλ' εὖ εἰδότων ὅτι ἀφθόνως ταῖς γυναιξὶν αὐτῶν κοινωνῶν γεννᾷ, χαριζόμενος αὐτοῖς Ἑρμεῖς, Ἀπόλλωνας, Διονύσους, Ἐνδυμίωνας καὶ ὅσους ἄλλους εἰρήκαμεν, ἐκ μίξεως αὐτοῦ κάλλει διαπρεπεστάτους.

XV. Καὶ ἵνα μὴ εἰς ἄπειρον[6] ἐξήγησιν τὸν χρόνον δαπανῶ, πάντων μετὰ Διὸς θεῶν ἀφθόνους εὑρήσεις κοινωνίας· οἱ ἀνόητοι δὲ μοιχείας λέγουσι τῶν θεῶν, μηδὲ τῶν ἀρρένων τὰς μίξεις φυλασσομένων ὡς αἰσχράς, ἀλλὰ ἐπιτηδευόντων καὶ τοῦτο ὡς εὐπρεπές. αὐτίκα γοῦν αὐτὸς ὁ Ζεὺς Γανυμήδους[7] ἐρᾷ· Ποσειδῶν Πέλοπος· Ἀπόλλων Κινύρου[8], Ζακύνθου,

tur, in cycnum seu anserem mutatus genuit Helenam, et iterum in stellam conversus Castorem et Pollucem produxit. Utque Lamia potiretur, transformatus est in upupam.

XIV. Idem Mnemosynen, pastori similis factus, matrem facit Musarum. Semelen Cadmi filiam, mutatus in ignem, ducit; ex qua Bacchum procreat. Ipse, forma draconis accepta, Proserpinam filiam comprimit, quae et uxor fratris sui Plutonis esse existimatur. Et cum aliis pluribus etiam non mutata forma concumbit; hominibus, qui zetotypiam quasi de peccato non habent, sed probe sciunt quod saepe ac honorifice cum mulieribus eorum mistus generet, iis inquam hominibus donans Mercurios, Apollines, Bacchos, Endymiones et alios, quorum mentionem fecimus, ex ejus concubitu forma praestantissimos.

XV. Sed ne tempus in narrationem infinitam et inexplicabilem impendam: omnium cum Jove deorum multos munificosque invenies concubitus. At stulti homines adulteria deorum vocant: qui tamen dii ne quidem a consuetudine cum masculis tamquam turpi abstinuerunt, sed et illam ut honestam consectati sunt. Ipse etenim Juppiter Ganymedes amore ducitur; Neptunus Pelopis;

1. τοῦ adjunxi c. O, qui exh. θεσπίου ut Cod. Hom. Parisin., Θεστίου conj. C. Tum ὀνομασθείσῃ p. νομισθείσῃ mavult Valckenarus Diatr. in Eurip. reliq. p. 68. Ed. Lips.

2. Leg. ἐξέφυσεν. S. Deinde Λαμίᾳ conj. C, cujus textus Δαμίᾳ, in O δαμεῖᾳ.

3. πυρσαίνων dedi ex conjectura, πυρσέων C, πυρσεύων S, πυρσένων O. Tum in codem vox τελεῖ bis exarata apparet.

4. Fortasse αὖθις. S.

5. Verba καὶ τῇ κτλ. ad sequentem periodum trahere voluerat Cotelerius; at scribendum auctore Davisio καὶ τὴν (sc. Περσεφόνην) γυναῖκα — νομισθεῖσαν. S.

6. Ita marg. Ci, qui in textu ἄπορον, ut O.

7. γανυμήδους O.

8. κιννύρου O.

῾Υακίνθου, Φόρβαντος, Ὕλα, Ἀδμήτου, Κυπαρίσσου[1], Ἀμύκλα, Τρωίλου, Βράγχου Τυμναίου, Πάρου Ποτνιέως, Ὀρφέως· Διόνυσος δὲ Λαόνιδος, Ἀμπέλου, Ὑμεναίου[2], Ἑρμαφροδίτου, Ἀχιλλέως[3]· ὁ δὲ Ἀσκληπιὸς Ἱππολύτου· καὶ Ἥφαιστος Πηλέως· Πὰν δὲ Δάφνιδος[4]· ὁ δὲ Ἑρμῆς Περσέως, Χρύσου, Θέρσου, Ὀδρύσου· Ἡρακλῆς δὲ Ἀβδήρου, Δρύοπος, Ἰοκάστου, Φιλοκτήτου, Ὕλα, Πολυφήμου, Αἵμονος, Χώνου, Εὐρυσθέως[5].

XVI. Πάντων οὖν σοι τῶν ἐπισημοτέρων θεῶν ἐκ μέρους τοὺς ἔρωτας παρεθέμην, φιλτάτη, ἵν'[6] εἰδῇς, ὅτι μόνοις ἀνθρώποις τοῖς ἀνοήτοις περὶ τοῦτο γίνεται ζηλοτυπία. διὸ καὶ θνητοὶ τυγχάνουσιν, καὶ λυπηρῶς τὸν βίον διατελοῦσιν, ὅτι τὰ δόξαντα τοῖς θεοῖς καλὰ αὐτοὶ διὰ τὸν αὐτῶν ζῆλον κακὰ εἶναι ἀπεφήναντο. μακαρία οὖν ἔσῃ τοῦ λοιποῦ, μιμουμένη θεοὺς καὶ οὐκ ἀνθρώπους. ἄνθρωποι γὰρ τὴν νομιζομένην σωφροσύνην ἰδόντες[7] σε διαφυλάσσουσαν, διὰ τὸ ἴδιον πάθος ἐπαινοῦσι μέν, οὐκ ὠφελοῦσι δέ· θεοὶ[8] δὲ ἐξομοιουμένην σε ἑαυτοῖς ὁρῶντες καὶ ἐπαινέσουσι καὶ ὠφελήσουσιν.

XVII. Λόγισαι γάρ μοι, πόσας ἠμείψαντο ἐρωμένας, ὧν τὰς μὲν κατηστέρισαν, τινῶν δὲ καὶ τέκνα καὶ συνεργοὺς εὐηργέτησαν. αὐτίκα γοῦν Ζεὺς κατηστέρισεν Καλλιστώ, τὴν λεγομένην ἄρκτον μικράν, ἣν καὶ κυνό-

Apollo Cinyrae, Zacynthi, Hyacinthi, Phorbantis, Hylae, Admeti, Cyparissi, Amyclae, Troili, Branchi Tymnaei, Pari Potniensis, Orphei: Bacchus vero Laonidis, Ampeli, Hymenaei, Hermaphroditi, Achillis: Aesculapius autem Hippolyti: Vulcanus Pelei: Pan Daphnidis: at Mercurius Persei, Chrysae, Thersi, Odrysi: Hercules denique Abderi, Dryopis, Iocasti, Philoctetis, Hylae, Polyphemi, Haemonis, Choni atque Eurysthei.

XVI. Omnium itaque illustriorum deorum tibi amores ex parte proposui, carissima, ut agnosceres, apud solos homines stolidos oriri ea ex re zelotypiam. Quare et mortales sunt, vitamque in tristitia transigunt: quia quae a diis judicantur bona, ipsi zelo suo ducti mala esse censent. Igitur deinceps eris beata, si deos imiteris, non homines. Nam homines, intuiti te servare quam putant castitatem, propter affectum proprium laudant quidem, at non adjuvant: dii vero, cum te spectabunt sibi similem, simul laudabunt ac opem ferent.

8. *ἀγρηγορότας* O. Tum *ἓξ καὶ δέκα* C.

τρος, κἀγὼ ὁ Κλήμης, Νικήτης τε καὶ Ἀκύλας, καὶ οἱ προοδεύσαντες δώδεκα. προσαγορεύσας οὖν ἡμᾶς ἔφη· σήμερον τοῖς ἔξω μὴ σχολάζοντες ἀλλήλοις ἐσμὲν εὔσχολοι. διὸ ἐγὼ μὲν ὑμῖν τὰ μετὰ τὴν ἀπὸ Τύρου[1] ἔξοδον γεγενημένα διηγήσομαι, ὑμεῖς δὲ[2] ἐμοὶ τὰ ἐνταῦθα ὑπὸ τοῦ Σίμωνος πεπραγμένα καὶ ἀκριβέστερον ἐξηγήσασθε[3]. ἀμειψαμένων οὖν ἀλλήλους ταῖς ἐν μέρει διηγήσεσιν, εἰσῄει τις τῶν συνήθων ἀπαγγέλλων Πέτρῳ· ὅτι Σίμων μαθών σε ἐπιδημήσαντα τὴν ἐπὶ Συρίαν ὥρμησεν ὁδόν, οἱ δὲ ὄχλοι τὴν μίαν ταύτην νύκτα ὡς ἐνιαυτοῦ χρόνον ἡγησάμενοι, καὶ ἀναμένειν τὴν δοθεῖσαν ὑπό σου προθεσμίαν μὴ δυνάμενοι, πρὸ τῶν θυρῶν ἑστήκασιν, κατὰ συντάξεις[4] καὶ συλλόγους ἀλλήλοις περὶ τῆς τοῦ Σίμωνος διαβολῆς διαλαλοῦντες, ὅτι μετεωρίσας αὐτούς, καὶ ἐπὶ πολλοῖς κακοῖς σε ἐλέγξειν ἐλθόντα ὑποσχόμενος, ἐπιδημήσαντα γνοὺς νύκτωρ ἔφυγεν· πλὴν ἐπιθυμοῦσιν αὐτοὶ ἀκοῦσαί σου. οὐκ οἶδα πόθεν φήμη τις ἐπέπεσεν, ὡς μέλλοντός σου σήμερον αὐτοῖς διαλέγεσθαι. ἵνα οὖν μὴ ἐπὶ πολὺ καμόντες ἀλόγως διαλύωνται, τί χρή σε ποιεῖν, αὐτὸς γινώσκεις.

IV. Καὶ ὁ Πέτρος θαυμάσας τῶν ὄχλων τὴν σπουδὴν ἀπεκρίνατο· ὁρᾶτε, ἀδελφοί, πῶς οἱ τοῦ κυρίου ἡμῶν λόγοι ἐμφανῶς τελοῦνται. μέμνημαι γὰρ αὐτοῦ εἰπόντος[5]· πολλοὶ ἐλεύσονται ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν, ἄρκτου τε καὶ μεσημβρίας, καὶ ἀνακλιθήσονται εἰς κόλπους Ἀβραὰμ καὶ

Nicetas et Aquila, atque duodecim qui praegressi fuerant. Salutatis ergo nobis dixit: hodie quia aliis occupati non sumus, nobis vacemus. Quocirca ego quidem vobis quae apud Tyrum post digressum vestrum gesta sunt, enarrabo: vos autem mihi quae heic a Simone perpetrata sunt, diligentius exponite. Cum igitur nos mutuo specialibus narrationibus donassemus, ingressus est quidam e familiaribus, hunc nuntium Petro afferens: Simon, ubi didicit te advenisse, versus Syriam profectus est, turbae autem, quae unam hanc noctem velut annuum tempus opinantur, nec possunt praestitutum a te diem exspectare, pro foribus stant, et per coetus ac circulos de Simonis calumniis inter se invicem colloquuntur, qui cum eas in spem adduxisset, atque pollicitus esset quod te multis de criminibus praesentem esset convicturus, cognito adventu tuo se noctu in fugam conjecerit: sed et te audire desiderant. Nescio enim unde rumor incidit, quasi hodie sis ad illos locuturus. Ne igitur multum fatigati praeter rationem dimittantur, quid tibi faciendum sit, ipse cognoscis.

IV. Et Petrus, admiratus vulgi studium, respondit: videtis, fratres, quo pacto domini nostri verba manifesto impleantur. Memini enim eum dicere: *Multi venient ab Oriente et Occidente, a Septemtrione et Meridie, et recumbent in sinibus Abrahae, Isaaci et Jacobi.* Sed et *Multi,* inquit, *vocati, pauci*

1. ἀπὸ τοῦ Τύρου C.
2. τε O, qui subinde ἐμοὶ τὰ c. S, τὰ ἐμοὶ C. Proximum καὶ non est in O.
3. διηγήσασθε O.
4. συστάσεις C.
5. Matth. 8, 11. Luc. 13, 29.

Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ. ἀλλὰ καὶ πολλοί, φησίν [1], κλητοί, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοί. Τὸ μὲν οὖν ἐλθεῖν αὐτοὺς κληθέντας πεπλήρωται. ἐπεὶ δὲ [2] οὐκ αὐτῶν ἐστὶ τοῦτο ἴδιον, ἀλλὰ τοῦ καλέσαντος αὐτοὺς Θεοῦ καὶ ἐλθεῖν πεποιηκότος, ἐπὶ τούτῳ μόνῳ μισθὸν οὐκ ἔχουσιν, ὅτι μὴ αὐτῶν ἴδιον, ἀλλὰ τοῦ ἐνεργήσαντος. ἐὰν δὲ μετὰ τὸ [3] κληθῆναι καλὰ πράξωσιν, ὅπερ ἐστὶν αὐτῶν ἴδιον, τότε ἐπὶ τούτῳ μισθὸν ἕξουσιν.

V. Οὐδὲ γὰρ Ἑβραῖοι Μωυσεῖ [4] πιστεύοντες καὶ τὰ δι' αὐτοῦ ῥηθέντα μὴ φυλάσσοντες σώζονται, ἐὰν μὴ τὰ ῥηθέντα αὐτοῖς φυλάξωσιν. ὅτι καὶ τὸ [5] Μωυσεῖ πιστεῦσαι αὐτοὺς οὐχὶ τῆς αὐτῶν βουλῆς γέγονεν, ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ τοῦ εἰρηκότος Μωυσεῖ [6]· ἰδοὺ παραγίνομαι ἐγὼ πρός σε ἐν στύλῳ νεφέλης, ἵνα ἀκούσῃ ὁ λαὸς λαλοῦντός μου πρός σε, καί σοι πιστεύσωσιν εἰς τὸν αἰῶνα. ἐπεὶ οὖν Ἑβραίοις τε καὶ τοῖς ἀπὸ ἐθνῶν κεκλημένοις τὸ διδασκάλοις ἀληθείας πιστεῦσαι ἐκ Θεοῦ γέγονεν, τῶν καλῶν πράξεων ἰδίᾳ κρίσει ἑκάστῳ ποιεῖν ἀπολελειμμένων, ὁ μισθὸς τοῖς εὖ πράσσουσι δικαίως ἀποδίδοται. οὔτε γὰρ ἂν Μωυσέως, οὔτε τῆς τοῦ Ἰησοῦ παρουσίας χρεία ἦν, εἴπερ ἀφ' ἑαυτῶν τὸ εὔλογον νοεῖν ἐβούλοντο, οὐδὲ ἐν τῷ πιστεύειν διδασκάλοις καὶ κυρίους αὐτοὺς λέγειν ἡ σωτηρία γίνεται.

VI. Τούτου γὰρ ἕνεκεν ἀπὸ μὲν Ἑβραίων τὸν Μωυσῆν [7] διδάσκαλον

vero electi. Quod ergo ipsi veniant vocati, id adimpletum est. Quia vero hoc non est eorum proprium, sed est Dei qui eos vocavit ac fecit venire, in eo solo mercedem non consequuntur, quoniam ipsorum proprium non est, sed ejus qui permovit. Quod si post vocationem bona opera faciant, quod eorum est proprium, tunc pro eo recipient mercedem.

V. Neque enim Hebraei, Moysi credentes, et quae ab eo dicta sunt non custodientes, salvantur, nisi quae sibi dicta sunt custodiant. Nam quod Moysi crediderint, non ex illorum ortum est voluntate, sed ex Dei qui Moysi dixit: ecce ego accedo ad te in columna nubis, ut audiat populus quando loquor ad te, et tibi credant in aeternum. Cum ergo Hebraeis et iis, qui ex gentibus vocati sunt, a Deo datum sit credere veritatis doctoribus, relictumque sit singulorum proprio judicio, bona opera exercere, merces bene operantibus juste rependitur. Neque enim Mosis, neque Christi adventu opus fuisset, si a se ipsis quod rationi consentaneum est voluissent intelligere: sed nec magistris credendo eosque dominos vocando salus acquiritur.

VI. Et ideo ab Hebraeis quidem qui Moysem praeceptorem acceperunt,

1. Matth. 20, 16.

2. ἐπεὶ δὲ S O, ἐπειδὴ C. Tum τοῦτο c. O, ut proponit S, τὸ C.

3. μετὰ τὸ O, ut Epit. c. 62, μετὰ τοῦ C in textu. Ad oram Ottoboniani: νόθα, et poulo post: νοθευόμενα, quod ad subsequentia spectat.

4. μωυσῇ O.

5. τὸ O, ut mavult S, τῷ C. Tum μωυσῇ O.

6. μωυσῇ O. Exod. 33, 9.

7. Nihil mutandum. Cf. Lob. Phryn. p. 156. Habemus in Clementinis etiam Dativum Μωυσῇ Hom. XVII, 418. S.

εἰληφότων καλύπτεται ὁ Ἰησοῦς, ἀπὸ[1] δὲ τῷ Ἰησοῦ πεπιστευκότων ὁ Μωυσῆς ἀποκρύπτεται. μιᾶς γὰρ δι' ἀμφοτέρων διδασκαλίας οὔσης τὸν τούτων τινὶ[2] πεπιστευκότα ὁ Θεὸς ἀποδέχεται. ἀλλὰ τὸ πιστεύειν διδασκάλῳ ἕνεκα τοῦ ποιεῖν τὰ ὑπὸ τοῦ[3] Θεοῦ λεγόμενα γίνεται. ὅτι δὲ τοῦθ' οὕτως ἔχει, αὐτὸς ὁ κύριος ἡμῶν λέγει· *Ἐξομολογοῦμαί*[4] *σοι, πάτερ τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ὅτι ἀπέκρυψας ταῦτα ἀπὸ σοφῶν*[5] *καὶ πρεσβυτέρων, καὶ ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις θηλάζουσιν.* Οὕτως αὐτὸς ὁ Θεὸς τοῖς μὲν ἔκρυψε διδάσκαλον, ὡς προεγνωκόσιν ἃ δεῖ πράττειν, τοῖς δὲ ἀπεκάλυψεν, ὡς ἀγνοοῦσιν ἃ χρὴ ποιεῖν.

VII. Οὔτε οὖν Ἑβραῖοι περὶ ἀγνοίας Ἰησοῦ καταδικάζονται, διὰ τὸν κρύψαντα, ἐάν γε πράττοντες τὰ διὰ Μωυσέως[6], ὃν ἠγνόησαν μὴ μισήσωσιν· οὔτ' αὖ οἱ ἀπ'[7] ἐθνῶν ἀγνοήσαντες τὸν Μωυσῆν διὰ τὸν καλύψαντα καταδικάζονται, ἐάν περ καὶ οὗτοι πράσσοντες τὰ διὰ τοῦ Ἰησοῦ ῥηθέντα μὴ μισήσωσιν ὃν ἠγνόησαν. καὶ οὐκ ἐν τῷ τοὺς διδασκάλους κυρίους καλεῖν, τὰ δὲ δούλων μὴ ποιεῖν, ὠφελοῦνταί τινες. τούτου γὰρ ἕνεκεν ὁ Ἰησοῦς ἡμῶν πρός τινα πυκνότερον κύριον αὐτὸν λέγοντα, μηδὲν δὲ ποιοῦντα ὧν αὐτὸς προσέταξεν[8], ἔφη[9]· *Τί με λέγεις, κύριε, κύριε, καὶ οὐ ποιεῖς ἃ λέγω;* Οὐ γὰρ ὠφελήσει τινὰ τὸ λέγειν, ἀλλὰ τὸ ποιεῖν. ἐκ παν-

absconditur Jesus: ab iis vero qui in Jesum crediderunt, Moses occultatur. Cum enim una sit per utrumque doctrina, eum qui alterutri credit recipit Deus. Verum fides in magistrum ideo est, ut quae a Deo dicta sunt peragantur. Quod autem hoc ita se habeat, ipse Dominus noster ait: *Confiteor tibi pater coeli et terrae, quia abscondisti haec a sapientibus et senioribus et revelasti ea parvulis lactentibns.* Sic Deus ipse illis quidem abscondit doctorem, ut qui scient quae essent facienda, his vero revelavit, ut qui quae agere oporteat ignorarent.

VII. Neque ergo Hebraei de ignoratione Jesu condemnantur, propter eum qui abscondit, si, facientes a Moyse praescripta, quem nesciunt odio non habeant: neque rursum qui ex gentibus sunt, de ignorato Moyse condemnantur, propter eum qui occultavit, si et ipsi per Christum dicta facientes, quem ignorant odio non prosequantur. Nihilque cuipiam proderit, magistris nomen dominorum dare, non facere autem opera servorum. Nam idcirco Jesus noster ad quemdam, qui cum frequenter dominum vocabat, nihil tamen ab eo mandatorum faciebat: *Quid,* inquit, *mibi dicis, Domine, Domine, et non facis quae dico?* Neminem quippe juvabit dicere, sed facere. Omni itaque modo opus

1. ἀπὸ D O, ὑπὸ C. Tum in O τοῦ, man. sec. supra τῷ ante Ἰησοῦ, ap. C. τῶν.
2. τινὰ C.
3. τοῦ om. O.
4. ἐξομολογοῦμεν O. Matth. 11, 25.
5. ἔκρυψας ταῦτα ἀπὸ σοφῶν C. καὶ copula etiam adest in l. c. N. T.
6. μωυσέος O.
7. ἀπὸ O.
8. προσέτασσεν C.
9. Matth. 7, 21.

τὸς οὖν τρόπον καλῶν ἔργων χρεία. πλὴν εἴ τις[1] καταξιωθείη τοὺς ἀμφοτέρους ἐπιγνῶναι ὡς μιᾶς διδασκαλίας ὑπ' αὐτῶν κεκηρυγμένης, οὗτος ἀνὴρ ἐν Θεῷ πλούσιος κατηρίθμηται, τά τε ἀρχαῖα νέα τῷ χρόνῳ, καὶ τὰ καινὰ παλαιὰ ὄντα νενοηκώς.

VIII. Ταῦτα τοῦ Πέτρου λέγοντος, οἱ ὄχλοι ὥσπερ ὑπό τινος κληθέντες εἰσήεσαν ἔνθα ὁ Πέτρος ἦν. ὁ δὲ τὸν πολὺν ὄχλον ἰδὼν ὥσπερ ποταμοῦ ἥσυχον ῥεῦμα πράως προσρέοντα, ἔφη τῷ Μαροόνῃ· ποῦ σοι τόπος ἐνταῦθα μᾶλλον τοὺς ὄχλους χωρεῖν δυνάμενος; τοῦ δὲ[2] Μαροόνου εἰς τόπον ὕπαιθρον κεκηπευμένον προάγοντος αὐτόν, εἵποντο οἱ ὄχλοι. ὁ δὲ Πέτρος ἐπί τινος βάσεως ἀνδριάντος οὐ πάνυ ὑψηλῆς[3] ἐπιστάς, ἅμα τῷ τὸν ὄχλον θεοσεβεῖ ἔθει προσαγορεῦσαι, εἰδὼς πολλοὺς ἐκ τῶν παρεστώτων ὄχλων ὑπὸ δαιμόνων τε καὶ πολλῶν παθῶν ἐκ πολλῶν χρόνων ἐνοχλουμένους, βρύχοντάς τε μετ' οἰμωγῆς καὶ πίπτοντας μεθ' ἱκεσίας, ἐπιτιμήσας αὐτοῖς καὶ ἡσυχίαν ἔχειν προστάξας καὶ τὴν ἴασιν μετὰ τὸ διαλεχθῆναι ὑποσχόμενος τοῦ λέγειν ἤρξατο οὕτως.

IX. Ἀρχόμενος τὸν ὑπὲρ θεοσεβείας λόγον ποιεῖσθαι τοῖς παντελῶς ἀγνοοῦσι τὰ[4] πάντα, καὶ ὑπὸ τῶν τοῦ ἀντικειμένου ἡμῖν Σίμωνος διαβολῶν ἐσπιλωμένοις τὸν νοῦν, ἀναγκαῖον ἡγησάμην πρῶτον, ὑπὲρ τοῦ μὴ δεῖν μέμφεσθαι τὸν τὰ πάντα πεποιηκότα Θεὸν[5] τὸν λόγον ποιήσασθαι,

est bonis operibus. Ceterum si cui donatum fuerit, et Jesum et Moysem cognoscere, tamquam una doctrina ab utroque praedicata, hic vir in Deo dives censebitur, qui vetera nova tempore, et nova, quae vetera sunt, intelligit.

VIII. Haec Petro dicente omnis multitudo, quasi ab aliquo evocata, ingressa est ubi erat Petrus. Ut autem ille vidit turbas, velut amnis placidum fluentum leniter commeantes, dixit Marooni: ubi heic tibi locus est, qui magis possit capere hanc multitudinem? Et Maroone deducente eum in subdialem horto excultum locum, secutae sunt turbae. Petrus autem super basim statuae non admodum excelsam consistens, simul atque populum more religioso salutasset, videns multos adstantis plebis a daemonibus et pluribus morbis jam diu molestatos, ac stridere cum ululatu, et procidere cum supplicatione, increpitis iis, silentiumque tenere jussis, necnon pollicitus curationem post habitum sermonem, ita loqui coepit.

IX. Incipiens de vero Dei cultu facere sermonem ad eos qui penitus ignorant omnia, quorumque mens per adversarii nostri Simonis calumnias foedata est, necessarium duxi, primo sermonem habere de eo, quod non oporteat omnium creatorem Deum culpare, non aliunde incipiens, quam ab ista quae

1. εἴτις O c. Cl, ἤ τις C.
2. δὲ om. O. Tum τόπον Epit. c. 62, τὸν C O. Deinde αὐτόν om. O.
3. Ita O c. S, ὑψιλῆς C.
4. τὰ deest in O.
5. θεὸν O, ut legi jubet et C, in cuj. textu θεοῦ.

οὐκ ἄλλοθεν ἀρχόμενος, ἢ ἀπ' αὐτῆς τῆς κατὰ πρόνοιαν ὑπ' αὐτοῦ εὐκαίρως ὑποβληθείσης προφάσεως· ἵνα γνωσθῇ, ὡς εὐλόγως οἱ πολλοὶ ὑπὸ πολλῶν δαιμόνων συνεσχέθησαν καὶ ὑπὸ ἀλλοκότων παθῶν κατελήφθησαν, ὅπως καὶ ἐν τούτῳ τὸ τοῦ Θεοῦ δίκαιον φανῇ. καὶ οἱ δι' ἄγνοιαν μεμφόμενοι αὐτόν, κἂν[1] *νῦν μαθόντες ὡς δεῖ φρονεῖν, δι' εὐφημίας τε καὶ εὐποιΐας τοῦ προτέρου ἐγκλήματος ἑαυτοὺς ἀνακαλέσωνται*[2]*, αἰτίαν τοῦ κακοῦ τολμήματος τὴν ἄγνοιαν εἰς τὴν συγγνώμην προθέμενοι.*

X. *Ἔχει δὲ οὕτως. τοῦ μόνου ἀγαθοῦ Θεοῦ τὰ πάντα καλῶς πεποιηκότος καὶ παραδεδωκότος τῷ κατ' εἰκόνα αὐτοῦ γενομένῳ*[3] *ἀνθρώπῳ, ὁ γεγονὼς τῆς τοῦ πεποιηκότος αὐτὸν πνέων θειότητος, ἀληθὴς προφήτης ὢν καὶ εἰδὼς τὰ ὅλα, εἰς τιμὴν τοῦ πάντα αὐτῷ δωρησαμένου πατρὸς καὶ εἰς σωτηρίαν τῶν ἐξ αὐτοῦ γενομένων υἱῶν, ὡς πατὴρ γνήσιος πρὸς τοὺς ὑπ' αὐτοῦ γενομένους παῖδας ἀποσώζων τὸ εὔνουν, βουλόμενος αὐτοὺς πρὸς τὸ συμφέρον αὐτοῖς φιλεῖν Θεὸν καὶ φιλεῖσθαι ὑπ' αὐτοῦ, τὴν πρὸς φιλίαν αὐτοῦ ἄγουσαν ἐξέφηνεν ὁδόν, διδάξας ποίαις ἀνθρώπων πράξεσιν ὁ μόνος καὶ πάντων δεσπότης Θεὸς εὐφραίνεται, καὶ τὰ ἐκείνῳ δοκοῦντα ἐκφήνας νόμον αἰώνιον ὥρισε τοῖς*[4] *ὅλοις, μήθ' ὑπὸ πολεμίων*[5] *ἐμπρησθῆναι δυνάμενον, μήθ' ὑπὸ ἀσεβοῦς τινὸς ὑπονοθευόμενον, μήτε ἐνὶ τόπῳ ἀποκεκρυμμένον, ἀλλὰ πᾶσιν ἀναγνωσθῆναι δυνάμενον. ἦν οὖν αὐτοῖς ἐκ τῆς πειθαρχίας τοῦ νόμου πάντα ἄφθονα, τὰ τῶν καρπῶν κάλλιστα,*

providenter ab eo opportune subjecta fuit occasio, ut cognoscatur quod recta ratione complures a multis daemonibus obsessi sunt et a diversis difficilibusque morbis comprehensi, ut per hoc quoque appareat justitia Dei. Et qui per ignorantiam illum accusarunt, si nunc, discentes quid sentiendum sit, per bonam praedicationem et bona opera a priori crimine se revocent, causam mali facinoris ignorantiae, ut veniam consequantur, adscribentes.

X. Ita vero habet. Cum Deus, qui solus bonus est, cuncta bene creasset ac homini ad imaginem suam facto tradidisset, is homo conditoris sui spirans divinitatem, cum esset verus Propheta et universa cognosceret, in honorem patris qui omnia illi concesserat, et ob salutem ex se futurorum filiorum, tamquam germanus pater benevolentiam erga a se gignendos liberos conservans, quos cuperet ad eorum utilitatem diligere Deum et a Deo diligi, iter quod ad illius duceret amicitiam demonstravit, docuitque quibusnam hominum actionibus solus omniumque Dominus Deus delectetur: et ostensis, quae illi placerent, legem aeternam cunctis sanxit, quae nec ab hostibus consumi posset, nec ab ullo impio interpolanda esset, nec uno in loco absconderetur, sed a cunctis posset legi. Erant ergo illis, ex obedientia legis, cuncta affatim, fru-

1. *καὶ* C.
2. *ἀνακαλέσονται* C.
3. *γενωμένῳ* O.
4. *τοῖς* excidit ap. Cl. (Edd. 1698. 1724) et S.
5. *μήτε πολέμων* C, *μήθ' ὑπὸ πολεμίων* D, *μήτε πολεμίοις* conj. S, *μήτε πολέμῳ* O.

τὰ τῶν ἐτῶν τέλεια καὶ ἄλυπα καὶ ἄνοσα, μετὰ πάσης τῆς τῶν ἀέρων εὐκρασίας ἀδεῶς δεδωρημένα.

XI. Οἱ δὲ ἐπεὶ μὴ πρῶτον τῶν κακῶν ἐπειράσθησαν, πρὸς αὐτὴν [1] τῶν ἀγαθῶν δωρεὰν ἀναισθήτως ἔχοντες ὑπὸ τῆς ἀφθόνου τροφῆς καὶ τρυφῆς εἰς ἀχαριστίαν ἐξετρέποντο, ὡς νομίσαι αὐτοὺς μήδ' εἶναι πρόνοιαν, ἐπεὶ μὴ πρότερον καμόντες ἐπὶ δικαιοσύνης ὡς μισθὸν τὰ ἀγαθὰ εἰλήφεσαν, ἅτε μηδενὸς αὐτῶν ἢ πάθει τινὶ ἢ νόσῳ ἢ ἄλλῃ τινὶ ἀνάγκῃ ὑποπεσόντος· ἵνα, ὡς ἀνθρώποις φίλον ἐστὶν ὑπὸ τῆς κακῆς διαμαρτίας [2] κακωθεῖσιν, ἑαυτοῖς τὸν ἰᾶσθαι δυνάμενον περιβλέψωνται Θεόν. ἀλλὰ γὰρ εὐθέως μετὰ τὴν ἐκ τῆς ἀφοβίας καὶ ἀδεοῦς τρυφῆς καταφρόνησιν, ὥσπερ ἐξ ἁρμονίας τινὸς ἀκολούθως ἐφηρμοσμένης, δικαία τις αὐτοῖς ἀπήντησε τιμωρία, τὰ μὲν γὰρ [3] ἀγαθὰ ὡς βλάψαντα ἀπωθοῦσα, τὰ δὲ κακὰ ὡς ὠφελήσαντα ἀντεισφέρουσα.

XII. Τῶν γὰρ τὸν οὐρανὸν ἐνοικούντων [4] πνευμάτων οἱ τὴν κατωτάτω χώραν κατοικοῦντες ἄγγελοι, ἀχθεσθέντες ἐπὶ τῇ τῶν ἀνθρώπων εἰς Θεὸν ἀχαριστίᾳ, αἰτοῦνται εἰς τὸν ἀνθρώπων ἐλθεῖν βίον, ἵνα ὄντως ἄνθρωποι γενόμενοι, ἐπὶ πολιτείᾳ πλείονι τοὺς εἰς αὐτὸν ἀχαριστήσαντας ἐλέγξαντες αὐτόθι τῇ κατ' ἀξίαν ἕκαστον ὑποβάλωσι τιμωρίᾳ. ὁπότε οὖν

ges pulcerrimae, anni completi, sine tristitia, sine morbis, cum saluberrima aëris temperie tuto donati.

XI. At illi, quia nondum mala experti fuerant, ad ipsum bonorum donum sensu destituti, per ciborum et deliciarum abundantiam ad ingrati animi vitium declinaverunt, ut arbitrarentur non exsistere Providentiam, quod nullo praecedente justitiae labore bona ut mercedem recepissent, utpote nullo ex ipsis in casum aliquem vel morbum aut ullam necessitatem delapso: adeo ut, quemadmodum solent homines a prava aberratione afflicti, Deum, qui eos poterat sanare, despicerent. Verum enimvero statim post contemtum, ex metus vacuitate et secura voluptate procedentem, velut ab harmonia quadam consequenter adaptata, justa eos invasit punitio, quae bona quidem ut noxia expulit, mala vero ut adjutura contra induxit.

XII. Nam ex caeli incolis spiritibus ii, qui infimam regionem habitant Angeli, offensi ingrato hominum erga Deum animo postulant, in vitam hominum venire liceat, ut vere homines facti, per multam conversationem redargutis qui in Deum ingrati fuerant, confestim unumquemque merito afficerent

1. τὴν C.

2. δι' ἁμαρτίας O. S: Locus multifariam corruptus. Dativus ἑαυτοῖς offendit contra leges linguae graecae, et quid ἰᾶσθαι sibi velit, difficile est intellectu; denique περιβλέπεσθαι non idem significat, quod „despicere." Conjectaverim esse scribendum ἀδεῶς τὸν τιμωρεῖσθαι δυνάμενον παραβλέψωνται θεόν.

3. γὰρ om. O, ad cuj. oram monetur: νοθεύεται.

4. ἐκοικούντων Cl. (1698 et 1724), ἐποικούντων S.

αἰτήσαντες ἔλαβον, πρὸς πᾶσαν ἑαυτοὺς μετέβαλλον[1] φύσιν, ἅτε θειωδεστέρας ὄντες οὐσίας καὶ ῥᾳδίως πρὸς πάντα μετατρέπεσθαι δυνάμενοι. καὶ ἐγένοντο λίθος τίμιος, καὶ μαργαρίτης περίβλεπτος, πορφύρα τε εἰ τύχοι καλλίστη, καὶ χρυσὸς ἔνδοξος, καὶ πᾶσα[2] πολυτίμιος ὕλη. καὶ τῶν μὲν εἰς χεῖρας, τῶν δὲ εἰς κόλπον ἐνέπιπτον, καὶ ὑπ' αὐτῶν ἑκόντες ἐκλέπτοντο. μετεβάλλοντο δὲ καὶ εἰς τετράποδα καὶ εἰς ἑρπετά, νηκτά τε καὶ πτηνά, καὶ εἰς πᾶν ὅπερ ἤθελον. ἅτινα[3] καὶ οἱ παρ' ὑμῖν ποιηταὶ ἀφοβίας αἰτίᾳ ὡς ἔτυχεν ᾄδουσιν, ἑνὶ[4] τοίνυν τὰς πάντων πολλὰς καὶ διαφόρους πράξεις ἀπονέμοντες.

XIII. *Πλὴν* ὅτε ταῦτα γενόμενοι τοὺς διαρπάσαντας αὐτοὺς πλεονέκτας ἤλεγξαν, καὶ εἰς τὴν ἀνθρώπων φύσιν ἑαυτοὺς μετέβαλλον[5], ἵνα ὁσίως πολιτευσάμενοι καὶ τὸ δυνατὸν τοῦ πολιτεύεσθαι δείξαντες τοὺς ἀχαρίστους[6] εὐθύναις ὑποβάλωσιν, ἐπειδὴ ὄντως τὰ πάντα ἄνθρωποι ἐγίνοντο καὶ τὴν ἐπιθυμίαν ἔσχον τὴν ἀνθρωπίνην, ὑπὸ ταύτης κρατούμενοι εἰς γυναικῶν μῖξιν ὤλισθον, αἷς συμπλακέντες καὶ μιασμῷ παγέντες καὶ τῆς πρώτης δυνάμεως παντελῶς κενωθέντες τὰ ἐκ πυρὸς τραπέντα μέλη εἰς τὸ πρῶτον αὐτῶν τῆς[7] ἰδίας φύσεως ἀμίαντον μετασυγκρῖναι οὐκ ἐξίσχυσαν. τῷ γὰρ βάρει τῷ ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας εἰς σάρκα τελευτήσαντος αὐτοῦ τοῦ[8] πυρός, τὴν ἀσεβοῦσαν ὥδευσαν ὁδὸν κάτω· σαρκὸς γὰρ αὐτοὶ δεσμοῖς πεπε-

supplicio. Quando igitur quod petierant acceperunt, in omnem se mutarunt naturam, ut qui divinioris essent substantiae, facileque in omnia possent converti. Et facti sunt lapis pretiosus, et margarita conspicua, et purpura si quae pulcerrima, et aurum insigne, ac omnis magnifica materia. Atque in aliorum quidem manus, in aliorum vero sinum inciderunt, et ab iis sponte rapiebantur. Sed et transformati sunt in quadrupedes et serpentes, pisces et aves, ac in quodcumque volebant. Quae vestri etiam poetae, quod nihil timeant, pro libito canunt, uni nempe omnium multa et varia opera tribuentes.

XIII. Ceterum quando haec facti raptores suos avaros ostenderunt, et in hominum naturam mutaverunt se, quo sancte viventes et vitam sanctam esse possibilem monstrantes ingratos poenis subderent: quoniam, inquam, vere omnino homines existebant et habebant concupiscentiam humanam, ab ea subjugati in feminarum concubitum lapsi sunt, quibus commisti, et piaculo confixi, atque a prima virtute vacuati penitus, ex igne conversa membra in primam naturae suae puritatem non valuerunt instaurare. Nam per pondus ex carnali concupiscentia ortum ipso igne desinente, per impiam viam infra incesserunt.

1. μετέβαλον C.
2. πᾶσι O.
3. ἅπερ O. Postea c. eodem αἰτίᾳ, ut voluit S, αἰτίαν vulgo.
4. ενει O absque spiritu et accentu.
5. μετέβαλον C.
6. Vbb. δείξαντες τοὺς ἀχαρίστους desiderantur in O.
7. Mendum τὴν S male attribuit Cotelerio: extat ap. Cl.
8. αὐτῶν C.

δημένοι κατέσχηνται[1] καὶ ἰσχυρῶς δέδενται, οὗ ἕνεκεν εἰς οὐρανοὺς ἀνελθεῖν οὐκέτι ἐδυνήθησαν.

XIV. Μετὰ γὰρ συνουσίαν, ὃ[2] τὸ πρῶτον ἐγίνοντο ἀπαιτηθέντες καὶ παρασχεῖν μηκέτι δυνηθέντες, διὰ τὸ ἄλλο τι μετὰ μιασμὸν ἑαυτοὺς[3] ποιῆσαι μὴ δύνασθαι, ἀρέσκειν τε ταῖς ἐρωμέναις βουλόμενοι ἀνθ' ἑαυτῶν τοὺς τῆς γῆς μυελοὺς ὑπέδειξαν, λέγω δὲ τὰ ἐκ μετάλλων ἄνθη, χρυσόν, χαλκόν, ἄργυρον, σίδηρον καὶ τὰ ὅμοια, σὺν τοῖς τιμιωτάτοις ἅπασιν λίθοις. σὺν τούτοις δὲ τοῖς μαγευθεῖσιν[4] λίθοις καὶ τὰς τέχνας τῶν πρὸς ἕκαστα πραγμάτων παρέδοσαν[5], καὶ μαγείαν συνυπέδειξαν[6] καὶ ἀστρονομίαν ἐδίδαξαν, δυνάμεις τε ῥιζῶν καὶ ὅσα ποτὲ ὑπὸ ἀνθρωπίνης ἐννοίας εὑρεθῆναι ἀδύνατον, ἔτι δὲ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ τῶν ὁμοίων χύσιν, τάς τε τῶν ἐσθήτων[7] ποικίλας βαφάς. καὶ πάνθ' ἁπλῶς, ὅσαπερ πρὸς κόσμου καὶ τέρψεώς ἐστι γυναικῶν, τῶν ἐν σαρκὶ δεθέντων δαιμόνων ἐστὶν εὑρήματα[8].

XV. Ἐκ δὲ τῆς νόθου μίξεως αὐτῶν ἄνθρωποι ἐγένοντο νόθοι, πολλῷ γε τῶν ἀνθρώπων κατὰ κορυφὴν μείζους, οὓς οἱ[9] μετὰ ταῦτα γίγαντας ὠνόμασαν, οὐ δρακοντόποδες ὄντες καὶ πρὸς Θεὸν πόλεμον ἀράμενοι, ὡς οἱ βλάσφημοι τῶν Ἑλλήνων ᾄδουσι μῦθοι, ἀλλὰ θηριώδεις τὸν τρόπον, καὶ μείζους μὲν ἀνθρώπων τὰ μεγέθη, ἐπείπερ ἐξ ἀγγέλων ἐγένοντο, ἀγ-

Siquidem, carnis vinculis compediti, detenti sunt ac fortiter ligati, propter quod non potuerunt amplius in caelos adscendere.

XIV. Etenim post concubitum, quod ante fuerant repetere jussi nec amplius valentes praestare, quoniam aliud non poterant post inquinamentum facere, et adamatis mulieribus placere cupientes, pro se ipsis viscera terrae ostenderunt, decus, inquam, metallorum, aurum, aes, argentum, ferrum et similia, cum omnibus pretiosis lapidibus. Cum his autem praestigiosis gemmis tradiderunt et artes ad singula pertinentes, et magicas scientias monstraverunt, et astronomiam docuerunt, item stirpium vires, nec non quaecumque humana mens non potuisset invenire, adhuc et auri argentique ac similium fusionem, atque vestium diversas tincturas. Denique omnia prorsus, quae ad ornatum et oblectationem mulierum spectant, daemonum in carne ligatorum sunt inventa.

XV. Ex adulterina autem illarum conjunctione nati sunt homines spurii, multo hominibus statura majores, quos postea Gigantes nominaverunt, non anguipedes et adversus Deum bellum adorti, ut impiae Graecorum decantant fabulae, sed feri moribus, et hominibus quidem mole corporis majores, utpote

1. κατέχονται C.
2. Ita O et C ex conject., ὃν id. in textu.
3. αὐτοὺς C.
4. μεγευθεῖσι O.
5. Ita O c. S, παρέδωσαν C.
6. μαγείας ὑπέδειξαν C.
7. ἐσθημάθων O.
8. εὑρέματα O.
9. οἱ inserui c. O. Dein τοῦτο C.

γέλων δὲ ἐλάττους, ἐπείπερ ἐκ γυναικῶν γεγένηντο[1]*. ὁ οὖν Θεὸς εἰδὼς αὐτοὺς πρὸς τὸ θηριῶδες ἐξηγριωμένους, καὶ πρὸς τὴν ἑαυτῶν πλησμονὴν τὸν κόσμον οὐκ ἔχοντας*[2] *αὐτάρκη (πρὸς γὰρ ἀνθρώπων ἀναλογίαν ἐδημιουργήθη καὶ χρῆσιν ἀνθρωπίνην), ἵνα μὴ ἐνδείᾳ τροφῆς*[3] *ἐπὶ τὴν παρὰ φύσιν τῶν ζώων βορὰν τρεπόμενοι ἀνεύθυνοι δοκῶσιν εἶναι, ὡς δι' ἀνάγκην τοῦτο τετολμηκότες, μάννα αὐτοῖς ὁ παντοδύναμος Θεὸς ἐπώμβρισεν*[4] *ἐκ ποικίλης ἐπιθυμίας, καὶ παντὸς οὗπερ ἐβούλοντο ἀπήλαυον· οἱ δ'*[5] *ὑπὸ νόθου φύσεως, τῷ καθαρῷ τῆς τροφῆς οὐκ ἀρεσκόμενοι, μόνης τῆς τῶν αἱμάτων γεύσεως ἐγλίχοντο. διὸ καὶ πρῶτοι σαρκῶν ἐγεύσαντο.*

XVI. *Οἱ δὲ σὺν αὐτοῖς ἄνθρωποι τὸ ὅμοιον τότε πρῶτον ποιεῖν ἐζήλωσαν. οὕτως εἴτε ἀγαθοὶ εἴτε κακοὶ οὐ γεννώμεθα*[6]*, ἀλλὰ γινόμεθα· καὶ ἐθισθέντες δυσαποσπάστως ἔχομεν. τῶν δὲ ἀλόγων ζώων τότε ἐπιλιπόντων, οἱ νόθοι ἄνθρωποι καὶ ἀνθρωπίνων σαρκῶν ἐγεύσαντο*[7]*, οὐκέτι γὰρ αὐτοῖς ἦν μακράν, τὴν ἴσην διαφθεῖραι σάρκα, πρότερον ἐν ἑτέραις μορφαῖς αὐτῆς*[8] *γευσάμενοι.*

XVII. *Ἐπὶ δὲ τῇ πολλῇ τῶν αἱμάτων ῥύσει ὁ καθαρὸς ἀὴρ ἀκαθάρτῳ ἀναθυμιάσει μιανθεὶς καὶ νοσήσας τοὺς ἀναπνέοντας αὐτὸν νοσώδεις ἀπειργάζετο*[9]*, ὡς τοὺς ἀνθρώπους λοιπὸν ἀώρους ἀποθνήσκειν. ἡ δὲ γῆ ἐκ τού-*

ex Angelis orti, Angelis vero minores, ut ex feminis geniti. Deus ergo, cernens illos ad feritatem exasperatos, quibusque ad satietatem mundus non sufficeret (nam ad hominum proportionem et ad usus humanos conditus est orbis), ne victus inopia ad naturae repugnantem esum animalium conversi insontes esse viderentur, quasi id ex necessitate auderent, illis Deus omnipotens manna pluit ex varia cupiditate, atque omni desiderato fruiti sunt. At illi, ob spuriam naturam puro cibo non delectati, solum sanguinis gustum appetebant. Quare et primi carnes degustarunt.

XVI. Qui vero cum illis degebant homines, tunc primum idem aemulatione ducti fecerunt. Ita vel boni vel mali non nascimur, sed fimus; et assuefacti vix retrahimur. Porro cum brutae animantes tunc deficerent, nothi homines etiam humanas ederunt carnes: non enim jam longe aberant a violanda sua carne, qui prius in aliis speciebus carnem gustaverant.

XVII. Per multum vero sanguinem fusum purus aër impuro foedatus vapore et insalubris factus ipsum spirantes reddidit morbis obnoxios, ut deinceps homines immaturi morerentur. Terra autem ideo valde polluta tunc primum

1. *γεγέννηντο* O.

2. Ita correxit C, cujus Cod. *ἔχοντες*, ut O.

3. Ita dedi ex conject., *ἐνδείᾳ τροφαῖς* O, *ἐν διατροφῇ* C. Postea *τραπόμενοι* O.

4. Ita S. Idem est Cod. Oi *ἐπώνβρησεν*, ap. C *ἐπόνβρισεν*.

5. Ita S, *οἵθ'* C O.

6. *οὐκ ἐγεννώμεθα* C.

7. *ἐγεύσοντο* S. Tum *ἰδίαν* p. *ἴσην* C.

8. Ita O c. S, *αὐτοῖς* C. Subinde *γευσαμένοις* C.

9. *ἀπειργάζετο* S O, *ἀπεργάζετο* C.

των σφόδρα μιανθεῖσα πρῶτον τότε τὰ ἰοβόλα καὶ λυμαντικὰ ζῶα ἐξέβρασεν. τῶν οὖν πάντων πρὸς τὸ χεῖρον χωρησάντων διὰ τοὺς θηριώδεις δαίμονας, ὁ Θεὸς αὐτοὺς ὥσπερ κακὴν ζύμην ἐξελεῖν ἐβουλεύετο, ἵνα μὴ ἀπὸ σπορᾶς κακῆς[1] κατ' ἀκολουθίαν ἑκάστη γενεὰ τῇ πρὸ αὐτῆς ἐξομοιουμένη, ὁμοίως ἀσεβοῦσα, τὸν ἐσόμενον αἰῶνα σωζομένων ἀνδρῶν κενώσῃ. τούτου δὴ ἕνεκεν ἑνί τινι δικαίῳ μετὰ τῶν ἐξ αὐτοῦ τριῶν, σὺν ταῖς αὐτῶν γυναιξίν, ἅμα τοῖς υἱοῖς[2], ἐν λάρνακι διασώζεσθαι προαγγείλας ὕδωρ εἰς κατακλυσμὸν ἐπέκλυσεν, ἵνα πάντων ἀναλωθέντων ὁ κόσμος κατεκκαθαρισθεὶς αὐτῷ τῷ ἐν λάρνακι διασωθέντι εἰς δευτέραν βίου ἀρχὴν καθαρὸς ἀποδοθῇ. καὶ δὴ οὕτως ἐγένετο.

XVIII. Ἐπεὶ οὖν αἱ τῶν τεθνεώτων γιγάντων ψυχαὶ τῶν ἀνθρωπίνων[3] ψυχῶν μείζους ἦσαν, ἅτε δὴ καὶ τοῖς σώμασιν ὑπερέχουσαι, ὡς[4] καινὸν γένος καινῷ καὶ τῷ ὀνόματι προσηγορεύθησαν. οἷς ἐπιλοίποις τῷ κόσμῳ ὡς δεῖ βιοῦν, ὑπὸ Θεοῦ δι' ἀγγέλλου νόμος ὡρίσθη. ὄντες γὰρ νόθοι τῷ γένει ἐκ πυρὸς ἀγγέλων καὶ αἵματος γυναικῶν, καὶ διὰ τοῦτο ἰδίου τινὸς γένους ἐπιθυμεῖν μέλλοντες, δικαίῳ τινὶ προελήφθησαν νόμῳ. ἐξεπέμφθη γὰρ αὐτοῖς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ[5] ἄγγελός τις, τὴν αὐτοῦ βουλὴν μηνύων καὶ λέγων.

XIX. Τάδε δοκεῖ τῷ παντεπόπτῃ Θεῷ, μηδενὸς ἀνθρώπων ὑμᾶς κυριεύειν, μηδὲ παρενοχλεῖν μηδενί, ἐὰν μή τις ἑκὼν ἑαυτὸν ὑμῖν καταδου-

animalia venenata et nocentia fecit ebullire. Cunctis ergo ad deteriora propter feros daemones vergentibus, Deus illos tamquam malum fermentum tollere decrevit, ne a malo semine per seriem unaquaeque aetas praecedenti assimilata, pariterque impia, futurum salvandorum hominum saeculum aboleret. Quapropter postquam uni viro justo, cum tribus cumque illorum uxoribus atque filiis, ut in arca evaderent praenuntiasset, aquam diluvii immisit, ut omnibus consumtis, mundus purgatus ei, qui in arca servatus fuerat, in secundum vitae humanae principium purus redderetur. Atque ita evenit.

XVIII. Quia ergo mortuorum Gigantum animae humanis animabus erant majores, ut quae ex ratione corporum excellerent, tamquam novum genus novum nomen acceperunt. Quibus superstitibus in mundo, quo modo vivendum, a Deo per Angelum sancita est lex. Cum enim essent genere spurii, ex igne Angelorum et mulierum sanguine, et ideo proprium quoddam genus essent concupituri, justa aliqua lege praeoccupati sunt. Missus enim ad eos est a Deo quidam Angelus, illius voluntatem declarans, his verbis:

XIX. Haec visa sunt omnium inspectori Deo, vos in neminem hominum dominari, neque ulli molestiam inferre, nisi quis volens se vobis in servitutem

1. Vox κακῆς a S omissa in textum rediit ex O.
2. λοιποῖς C.
3. ἀνθρωπείων O.
4. ἕως O. Idem deinde προσηγορεύθης οἷς ἐπηλύτοις sine interpunctione.
5. ὑπ' αὐτοῦ p. ὑπὸ τοῦ Θεοῦ O.

λώσῃ, προσκυνῶν ὑμᾶς καὶ θύων καὶ σπένδων καὶ τῆς ὑμετέρας μεταλαμβάνων τραπέζης, ἢ ἕτερόν τι ὧν οὐ χρὴ ἐκτελῶν, ἢ αἷμα χέων, ἢ σαρκῶν νεκρῶν[1] γευόμενος, ἢ θηρίου λειψάνου ἢ τμητοῦ ἢ πνικτοῦ ἢ ἄλλου τινὸς ἀκαθάρτου ἐμπιπλάμενος[2]. τῶν δὲ νόμῳ ἐμῷ προσφευγόντων οὐ μόνον οὐ ψαύσετε, ἀλλὰ καὶ τιμὴν δώσετε, καὶ ἐκ προσώπου φεύξεσθε[3]. ὅ τι γὰρ ἂν αὐτοῖς δικαίοις οὖσι καθ' ὑμῶν δοκῇ, τοῦθ' ὑμᾶς δεήσει παθεῖν. ἐὰν δέ τινες τῶν[4] ἐμοὶ προκειμένων ἐξαμάρτωσιν, ἢ μοιχευσάμενοι[5] ἢ μαγεύσαντες ἢ ἀκαθάρτως βιώσαντες ἢ ἄλλο τι τῶν ἐμοὶ μὴ δοκούντων πράξαντες, τότε ἐξ ἐμῆς κελεύσεως πάσχειν τι αὐτοὺς ὑφ' ὑμῶν ἢ ὑφ' ἑτέρων δεήσει· οἷς καὶ μετανοήσασιν, τὴν μετάνοιαν κρίνας, εἴτε ἀξία[6] ἐστὶ συγγνώμης εἴτε καὶ οὔ, τὴν ἀπόφασιν ποιήσομαι. ταῦτα οὖν μνημονεύειν καὶ ποιεῖν[7] ὀφείλετε, εὖ εἰδότες, ὅτι οὐδὲ αἱ ἐνθυμήσεις ὑμῶν λαθεῖν αὐτὸν δυνήσονται.

XX. Τοιαῦτα παρακελευσάμενος αὐτοῖς ὁ ἄγγελος ἀπηλλάγη. ὑμεῖς δὲ ἔτι τοῦτον ἀγνοεῖτε τὸν νόμον, ὅτι προσκυνῶν τις δαίμονας ἢ θύων ἢ τραπέζης αὐτοῖς κοινωνῶν ὑπόδουλος αὐτοῖς γενόμενος ὡς ὑπὸ κακῶν δεσποτῶν πάσης τῆς ἐξ αὐτῶν μεθέξει τιμωρίας· καὶ διὰ τὴν ἄγνοιαν ταύτην τοῖς αὐτῶν βωμοῖς προσφθαρέντες καὶ αὐτῶν ἐκπληρωθέντες ὑπὸ τὴν αὐ-

subjecit, adorans vos, et sacrificans, et libans, et vestrae coenae particeps, aut quidpiam aliud quod non deceat perficiens, vel fundens sanguinem, vel gustatis mortuis carnibus, vel ferae reliquiis, secto, suffocato, aut alio immundo repletus. Eos vero qui ad legem meam confugiunt, non modo non tangetis, sed et honore donabitis, et coram fugietis. Quodcumque enim ipsis, utpote justis, contra vos placuerit, id vos necesse erit pati. Quod si nonnulli ex illis, qui mihi adhaerent, aberrarint, vel adulterantes, vel magiam exercentes, vel impure viventes, vel aliquid aliud eorum quae mihi displicent operati, tunc oportebit, ut ipsi ex jussu meo aliquid patiantur aut a vobis, aut ab aliis. Quibus et poenitentibus, poenitentiam ponderans, an ea veniam mereatur nec ne, sententiam pronuntiabo. Haec ergo reducere in memoriam et facere debetis, probe gnari, quod nec cogitationes vestrae eum latere poterunt.

XX. Haec postquam illis suasisset Angelus, abiit. Vos autem adhuc illam ignoratis legem, quod qui colit daemones, vel sacrificat, vel cum illis mensa communicat, sub servitutem eorum redactus, tamquam a malis dominis omnes ex illis feret poenas. Et propter hanc ignorantiam, qui ad eorum aras perniciose accessistis atque iis expleti estis, venistis sub eorum potestatem: et

1. νεκρῶν praetermiserunt Cl (Edd. 1695. 1724) et S. Subinde γευόμενος O c. S, γευομένων C. Tum θνητοῦ p. τμητοῦ C.
2. ἐμπιμπλώμενος C.
3. Ita O c. S, φεύξησθε C. Subinde ὅτι O
4. τῶν om. O.
5. ἐξαμαρτῶσιν, ἢ μοιχησάμενοι C.
6. ἄξι (sic) O.
7. ποιεῖν excidit ap. S.

τῶν ἐξουσίαν γεγόνατε, καὶ παντὶ τρόπῳ ὑβριζόμενοι τὰ σώματα ἀγνοεῖτε. εἰδέναι δὲ ὑμᾶς χρὴ ὅτι οὐδενὸς οἱ δαίμονες ἔχουσιν ἐξουσίαν, ἐὰν μὴ πρότερόν τις αὐτοῖς ὁμοδίαιτος [1] γένηται. ὁπότε οὐδὲ ὁ αὐτῶν ἄρχων παρὰ τὸν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ κατ' αὐτῶν κινούμενον [2] νόμον ποιεῖν τι δύναται, διὸ ἐξουσίαν τινὸς οὐκ ἔχει μὴ προσκυνήσαντος αὐτόν· ἀλλ' οὐδὲ λαβεῖν τις παρ' αὐτῶν δύναταί τι ὧν θέλει, ἀλλ' οὐδὲ βλαβῆναι οὐδέν, ὡς ἐκεῖθεν δύνασθε [3] μαθεῖν.

XXI. Τῷ γὰρ τῆς εὐσεβείας ἡμῶν βασιλεῖ προσῆλθέ ποτε [4] ὁ πρόσκαιρος βασιλεύς, καὶ [5] οὐ βίαν ποιῶν, οὐ γὰρ ἐξῆν, ἀλλὰ προτρέπων καὶ ἀναπείθων, ὅτι τὸ πεισθῆναι ἐπὶ τῇ [6] ἑκάστου κεῖται ἐξουσίᾳ. προσελθὼν οὖν, ὡς τῶν παρόντων ὢν [7] βασιλεύς, τῷ τῶν μελλόντων βασιλεῖ ἔφη· πᾶσαι αἱ τοῦ νῦν κόσμου βασιλεῖαι ὑπόκεινται ἐμοί, ἔτι τε ὁ χρυσὸς καὶ ὁ ἄργυρος καὶ πᾶσα ἡ τρυφὴ τοῦ κόσμου τούτου ὑπὸ ταῖς ἐμαῖς ἐστιν ἐξουσίαις· διὸ πεσὼν προσκύνησόν μοι, καὶ δώσω σοι πάντα ταῦτα. ταῦτα δὲ ἔλεγεν εἰδώς, ὅτι μετὰ τὸ [8] προσκυνῆσαι καὶ τὴν κατ' αὐτοῦ εἶχεν ἐξουσίαν, καὶ οὕτω [9] τῆς μελλούσης δόξης καὶ βασιλείας αὐτὸν [10] ἀφῄρει. καὶ πάντα εἰδὼς οὐ μόνον αὐτὸν οὐ προσεκύνησεν, ἀλλ' οὐδὲ τῶν ὑπ' αὐτοῦ δεδομένων [11] λαβεῖν τι ἠθέλησεν· ἑαυτὸν γὰρ σὺν τοῖς ἑαυτοῦ κατενεχύραζεν, ὅπερ ἐστίν, μὴ ἐξεῖναι τοῦ λοιποῦ τῶν αὐτῷ [12] ἀποδοθέντων μηδὲ ψαῦσαι

cum corpora omni modo fuerint contumeliae objecta, nescitis. Scire autem vos oportet, in nullum daemones habere potestatem, nisi quis prius conviva eorum fuerit. Quandoquidem neque princeps illorum aliquid potest facere contra legem a Deo in eos latam. Quare nullius habet potestatem, qui non ipsum adoraverit. Sed nec quis potest aliquid eorum, quae cupit, ab illis consequi, neque etiam laedi ullatenus, ut isthinc discere potestis.

XXI. Nam ad nostrum pietatis regem accessit aliquando temporalis rex, non vi facta, neque enim licebat, sed hortans et suadens, quia persuaderi in uniuscujusque situm est arbitrio. Accedens ergo, ut rerum praesentium rex, ad futurarum regem dixit: omnia praesentis mundi regna mihi subjacent, et praeterea aurum et argentum omnesque istius mundi deliciae sub mea sunt potestate, quare cadens adora me, et dabo tibi ea omnia. Haec porro dicebat, quia noverat, quod post adorationem habuisset in illum potestatem, sicque et futuro honore ac regno privasset. At qui omnia sciebat, non modo illum non adoravit, sed nec quidquam, illius donorum voluit accipere. Se enim cum suis oppignoravit, quod est, non licere posthac quidquam ab ipso traditorum

1. ὁμοδίαιτον O.
2. κείμενον O. Tum δι' ὃ C.
3. δύνασαι C.
4. Vide Matth. 4. Luc. 4.
5. καὶ transcripsi ex O.
6. τῇ S O, τοῦ C.
7. ἂν Cl, non C, ut falso scribit S.
8. τοῦ O.
9. οὕτως C.
10. Ita S, ἑαυτὸν C O.
11. δεδομένων in text. recepi c. O.
12. αὐτῷ non legitur in O S. Tum

ἔτι. ἀποκρινάμενος οὖν ἔφη· Γέγραπται, κύριον τὸν Θεόν σου φοβηθήσῃ, καὶ αὐτῷ λατρεύσεις μόνῳ.

XXII. Πλὴν ὁ τῶν ἀσεβῶν[1] βασιλεὺς κατὰ πολλὰ τὸν τῶν εὐσεβῶν βασιλέα πρὸς τὸ ἑαυτοῦ βούλημα παράγειν πειρώμενος καὶ μὴ δυνηθεὶς[2] ἐπαύσατο, πρὸς τὰ λοιπὰ τῆς πολιτείας θηρεύειν αὐτὸν ἐπιχειρῶν. ὑμεῖς δὲ τὸν προορισθέντα νόμον ἀγνοοῦντες διὰ τῶν κακῶν πράξεων ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν αὐτοῦ ἐγένεσθε. διὸ σῶμα καὶ ψυχὴν ἐμιάνθητε. καὶ ἐν μὲν τῷ παρόντι ὑπό τε παθῶν καὶ δαιμόνων ἐνυβρίζεσθε, ἐν δὲ τῷ μέλλοντι[3] τὰς ψυχὰς κολασθησομένας ἕξετε. τοῦτο δὲ οὐχ ὑμεῖς μόνοι ὑπὸ ἀγνοίας πεπόνθατε, ἀλλὰ καί τινες τοῦ ἡμετέρου ἔθνους, οἵτινες ἐπὶ κακαῖς πράξεσιν ὑπὸ τοῦ τῆς κακίας ἡγεμόνος προληφθέντες, ἔπειτα ὥσπερ ἐπὶ[4] δεῖπνον ὑπὸ πατρὸς υἱῷ τελοῦντος γάμους κληθέντες οὐχ[5] ὑπήκουσαν. ἀντὶ δὲ τῶν ἀπειθησάντων διὰ τὴν πρόληψιν ὁ τοὺς γάμους τῷ υἱῷ τελῶν πατὴρ διὰ τοῦ προφήτου τῆς ἀληθείας ἐκέλευσεν ἡμῖν, εἰς τὰς διεξόδους τῶν ὁδῶν ἐλθοῦσιν, ὅ ἐστι πρὸς ὑμᾶς, καθαρὸν ἔνδυμα γάμου περιβαλεῖν, ὅπερ ἐστὶ βάπτισμα, ὃ εἰς ἄφεσιν γίνεται τῶν πεπραγμένων ὑμῖν κακῶν, καὶ[6] τοὺς ἀγαθοὺς εἰς τὸ Θεοῦ δεῖπνον εἰσάγειν[7] ἐκ τῆς μεταμελείας, εἰ καί τὴν ἀρχὴν ἀπελείφθησαν τῆς εὐωχίας.

vel tangere. Respondit ergo: *Scriptum est, Dominum Deum tuum revereberis, et illi soli servies.*

XXII. Ceterum impiorum rex, cum regem piorum ad suam adducere voluntatem plurimum conatus esset nec potuisset, finem fecit, et in reliqua vita illum nitebatur captare. Vos vero praefinitam ignorantes legem ob mala opera sub illius estis potestate. Quocirca corpore et anima maculam geritis: et in praesenti quidem a morbis et daemonibus illudimini, in futuro autem animabus puniemini. Hoc vero non vos soli ab ignorantia passi estis, sed et nonnulli ex nostra gente, qui in malis operibus a malitiae duce occupati, postea velut ad coenam a patre filii nuptias celebrante invitati, non obedierunt. In locum autem eorum, qui propter occupationem denegaverant, qui filio uuptias celebrabat pater per veritatis Prophetam jussit nobis, ut progressi ad exitus viarum, id est, ad vos, indueremus puram vestem nuptialem, quae est baptisma, quod in remissionem fit peccatorum vestrorum, et ut bonos in Dei coenam inducat ex poenitentia, licet initio ab epulis abfuerint.

fort. leg. ἔτι τι. Deinde C non recte vertit „oppignoravit“ et „ab ipso traditorum.“ Vertere debebat: „oppignoravisset“ et „ipsi traditorum.“

1. ἀσεβῶς O, in marg. sec. man. ἴσως εὐσεβῶν.
2. καὶ ἠδυνηθεὶς C.
3. τοῖς μέλλουσιν C.
4. ὑπὸ O. Vid. Matth. 22.
5. οὐχ add. c. O.
6. κακῶν καὶ C.
7. εἰσάγει C.

XXIII. Ἔνδυμα οὖν εἰ βούλεσθε[1] γενέσθαι θείου πνεύματος, σπουδάσατε πρῶτον ἐκδύσασθαι τὸ ῥυπαρὸν ὑμῶν πρόλημμα, ὅπερ ἐστὶν ἀκάθαρτον πνεῦμα, καὶ μιαρὸν περίβλημα. τοῦτο δὲ οὐκ ἄλλως ἀποδύσασθαι δύνασθε, ἐὰν μὴ πρότερον ἐπὶ καλαῖς πράξεσι βαπτισθῆτε· καὶ οὕτω καθαροὶ σώματί τε καὶ ψυχῇ γενόμενοι τῆς ἐσομένης ἀϊδίου βασιλείας ἀπολαύσετε[2]. μήτε οὖν εἰδώλοις πιστεύετε, μήτε τραπέζης αὐτοῖς κοινωνεῖτε μιαρᾶς, μὴ φονεύσητε, μὴ μοιχεύετε, μὴ μισήσητε οὓς μὴ δίκαιον, μὴ κλέπτετε, μηδὲ κακαῖς[3] τισὶν ὅλως πράξεσιν ἐπιβάλλεσθε. ἐπεὶ τῶν ἐσομένων ἀγαθῶν στερηθέντες τῆς ἐλπίδος ἐν μὲν τῷ παρόντι ὑπό τε κακῶν δαιμόνων καὶ χαλεπῶν παθημάτων συνελασθήσεσθε, ἐν δὲ τῷ ἐσομένῳ αἰῶνι ἀϊδίῳ κολασθήσεσθε πυρί. τὰ μὲν οὖν σήμερον ὑμῖν ῥηθέντα αὐτάρκως ἔχει. λοιπὸν δέ, ὑμῶν οἱ μὲν[4] ὑπὸ παθημάτων ὀχλούμενοι πρὸς τὴν ἴασιν παραμείνατε, τῶν δὲ ἄλλων οἱ βουλόμενοι μετ' εἰρήνης πορεύεσθε.

XXIV. Ταῦτα αὐτοῦ εἰπόντος οἱ πάντες παρέμειναν, οἱ μὲν τοῦ θεραπευθῆναι χάριν, οἱ δὲ τοῦ ἱστορῆσαι τοὺς τῆς θεραπείας ἐπιτυγχάνοντας. ὁ δὲ Πέτρος τὰς χεῖρας αὐτοῖς ἐπιθεὶς μόνον καὶ εὐξάμενος ἰάσατο· ὡς τοὺς μὲν παραχρῆμα θεραπευθέντας γενέσθαι περιχαρεῖς, τοὺς δὲ ἱστορήσαντας ὑπερθαυμάσαι τε καὶ εὐφημήσαντας τὸν Θεὸν βεβαίᾳ ἐλπίδι πιστεῦσαι, ἅμα τε τοῖς[5] θεραπευθεῖσιν ἐπὶ τὰ ἑαυτῶν ἀπιέναι, ἐν-

XXIII. Si vultis itaque ut fiatis vestimentum divini spiritus, enitimini primo exuere sordidam praesumtionem vestram, quae est immundus spiritus, et impurum amiculum. Non potestis autem alia ratione deponere, nisi prius in bonis actionibus baptizemini: atque ita puri corpore et anima effecti futuro perpetuo regno fruemini. Igitur nec idolis credite, nec mensae eorum impurae participes estote, non occidite, non adulterate, non odio prosequimini quos non decet, non furtum facite, neque omnino capessite ulla prava facinora. Alioquin futurorum spe privati in praesenti quidem saeculo a malis daemonibus et a gravibus morbis vexabimini, in futuro autem ignis aeterni feretis supplicium. Quae ergo hodie vobis dicta sunt, sufficiant. De cetero qui vestrum morbis afflictamini, ad recipiendam sanitatem manete, ex aliis vero, qui vultis, cum pace abite.

XXIV. Haec cum dixisset, omnes permanserunt, alii ut curarentur, alii ut viderent eos qui sanitatem reciperent. Petrus autem dumtaxat imponens illis manus et precatus sanavit: adeo, ut qui subito curati fuerant, laetarentur, qui autem viderant, magnopere mirarentur, simulque laudarent Deum, ac firma spe crederent, atque una cum iis qui sanati fuerant, ad sua abirent, mandato ac-

1. εἰ βούλεσθε O et (secundum Clericum) C ex conjectura, textus Ci ἐβούλεσθε.
2. Ita O et Epit. C. 64, ἀπολαύσητε C.
3. μὴ δεκασταῖς O.
4. οἱ μὲν accessit ex O.
5. Ita S, βεβαίας ἐλπίδος πιστεύειν, ἅμα τοῖς C, βεβαίας ἐλπιδι πιστεύειν, ἅμα τοῖς O.

τολὴν ἔχοντας πρωΐτερον τῇ ὑστεραίᾳ συνελθεῖν. ἀπελθόντων δὲ αὐτῶν, ἐκεῖ μείνας ὁ Πέτρος μετὰ τῶν[1] συνήθων, τροφῆς μεταλαβὼν διανέπαυσεν ἑαυτὸν τῷ ὕπνῳ.

ΟΜΙΛΙΑ Θ'.

I. Τῇ μὲν οὖν[2] ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ ὁ Πέτρος ἅμα τοῖς ἑταίροις ἐξιὼν καὶ ἐπὶ τὸν πρὸ μιᾶς τόπον ἐλθὼν καὶ ἐπιστὰς ἤρξατο λέγειν· ὁ Θεὸς τοὺς πάλαι ἀνθρώπους ἀσεβήσαντας πάντας ὕδατι διαφθείρας, ἐκ πάντων ἕνα εὐσεβῆ εὑρών, ἐν λάρνακι μετὰ τριῶν αὐτοῦ[3] υἱῶν καὶ γυναικῶν σωθῆναι ἐποίησεν. ὅθεν συνιδεῖν ἔστιν αὐτοῦ τὴν φύσιν, ὄχλου μὲν ἀσεβούντων μὴ[4] φροντίζουσαν, ἑνὸς δὲ εὐσεβοῦς σωτηρίας οὐκ ἀμελοῦσαν. πασῶν οὖν μείζων[5] ἐστὶν ἀσέβεια τὸ τὸν μόνον πάντων καταλείψαντα δεσπότην πολλοὺς τοὺς οὐκ ὄντας ὡς ὄντας[6] σέβειν θεούς.

II. Ἐὰν οὖν ἐμοῦ ὑμῖν ὑφηγουμένου καὶ δεικνύντος, ὅτι τοῦτό ἐστι τὸ μέγιστον ἁμάρτημα, ὃ πάντας ὑμᾶς ἀπολέσαι δύναται, τὸν ὑμέτερον ὑποδράμῃ[7] νοῦν, ὅτι οὐκ ἀπόλλυσθε, πολλοὶ ὄντες ὄχλοι, ἠπάτησθε· ἔχετε γὰρ τοῦ πάλαι κατακλυσθέντος κόσμου τὸ ὑπόδειγμα· καίτοι ἐκείνων μὲν τὸ ἁμάρτημα πολὺ ἧττον ἦν τοῦ καθ' ὑμᾶς. ἐκεῖνοι γὰρ εἰς

cepto, ut maturius postridie convenirent. Cumque discessissent, ibi manens Petrus una cum familiaribus, cibo sumto, se somno refecit.

HOMILIA IX.

I. Sequenti quidem die Petrus una cum sodalibus egressus et ad locum praecedentis diei veniens ac consistens coepit dicere: Deus homines olim impios cunctos cum per aquam perdidisset, ac unum ex omnibus pium invenisset, in arca eum cum tribus filiis et eorum uxoribus salvum fecit. Unde apparet divina natura, quae impiorum quidem negligit multitudinem, unius vero pii salutem non despicit. Cunctarum ergo maxima est impietas, solum omnium dominum relinquere, et multos qui non sunt, quasi sint, deos venerari.

II. Si ergo, dum vobis enarro ac ostendo, id maximum esse peccatum, quod vos omnes possit perdere, vestrae menti subveniat, vos non perituros, quia plurimi estis, erratis; habetis quippe mundi olim diluvio inundati exemplum. Et vero illorum peccatum multo erat minus vestro. Illi namque in pares im-

1. μενόντων p. μετὰ τῶν C.
2. οὖν add. c. O. Tum id. ἑταίροις, ut legi vult C, cujus text. ἑτέροις.
3. αὐτοῦ adjunxi c. O.
4. οὐ O.
5. Ita O c. S, μεῖζον C.
6. Vbb. ὡς ὄντας ap. S. non extant.
7. ὑποδράμῃ leg. censet D suffragante O, ἀποδράμῃ C. Postea ὄχλοι; O.

τοὺς ὁμοίους[1] ἠσέβουν, ἢ φονεύοντες ἢ μοιχεύοντες, ὑμεῖς δὲ εἰς τὸν τῶν ὅλων ἀσεβεῖτε Θεόν, ἀντ' αὐτοῦ ἢ καὶ σὺν αὐτῷ ἄψυχα ἀγάλματα σέβοντες, καὶ τὸ θεῖον αὐτοῦ ὄνομα πάσῃ ἀναισθήτῳ ὕλῃ ἐπιρρίψαντες. πρῶτον μὲν οὖν δεδυστυχήκατε, μὴ γνωρίσαντες τὴν διαφορὰν τὴν μεταξὺ μοναρχίας καὶ πολυαρχίας, ὅτι ἡ μὲν μοναρχία ὁμονοίας ἐστὶ παρεκτική, ἡ δὲ πολυαρχία πολέμων ἐξεργαστική. τὸ γὰρ ἓν ἑαυτῷ οὐ μάχεται, τὰ δὲ πολλὰ πρόφασιν ἔχει τὴν[2] πρὸς ἕτερον μάχην ἐπιχειρεῖν.

III. Αὐτίκα γοῦν, εὐθὺς[3] μετὰ τὸν κατακλυσμόν, ὁ Νῶε τριακόσια καὶ πεντήκοντα ἐπιζήσας ἔτη μετὰ τῶν ἐξ αὐτοῦ γενομένων ὄχλων ἐν ὁμονοίᾳ διετέλει, τοῦ μόνου Θεοῦ κατ' εἰκόνα ὑπάρξας βασιλεύς. μετὰ δὲ τὴν αὐτοῦ τελευτὴν πολλοὶ τῶν ἐξ αὐτοῦ βασιλείας ὠρέχθησαν, καὶ πρὸς τὸ 'βασιλεῦσαι σπεύδοντες τὸ πῶς δυνηθείη ἕκαστος ἐπενόει. καὶ ὁ μὲν πολέμῳ, ἄλλος δόλῳ, ἕτερος πειθοῖ[4], καὶ ἄλλος ἄλλως, ὧν εἷς τις ἀπὸ γένους ὢν Χάμ, τοῦ ποιήσαντος τὸν[5] Μεστρέμ, ἐξ οὗπερ τὰ Αἰγυπτίων καὶ Βαβυλωνίων καὶ Περσῶν ἐπλήθυνε φῦλα.

IV. Ἐκ τοῦ γένους τούτου γίνεταί τις κατὰ διαδοχὴν μαγικὰ παρειληφώς, ὀνόματι Νεβρώδ, ὥσπερ γίγας ἐναντία τῷ Θεῷ φρονεῖν ἑλόμενος, ὃν οἱ Ἕλληνες[6] Ζωροάστρην προσηγόρευσαν. οὗτος μετὰ τὸν κατακλυσμὸν

pie se gesserunt, aut occidendo, aut adulterando, vos autem in omnium Deum estis impii, pro eo vel cum eo inanima colentes simulacra, sacrumque ejus nomen projicientes ad omnem sensu carentem materiam. Primo itaque infeliciter vobis cessit, quod differentiam inter unius ac multorum principatum ignoratis, quoniam unius principatus concordiae faciendae vim habet, principatus vero multorum effector bellorum est. Quod enim est unum, secum non pugnat, quae vero sunt multa, occasionem habent se invicem aggrediendi certamine.

III. Statim itaque post diluvium Noe annis trecentis et quinquaginta superstes in concordia cum filiorum vixit multitudine, fuitque solius Dei ad imaginem rex. Post mortem vero illius multi posterorum regnum appetierunt, et regnandi studio unusquisque modum excogitavit quo posset regnare. Ille quidem bello, alius dolo, alter suada et alius aliter. E quibus unus exstitit de genere Chami, patris Mesraimi, ex quo Mesraimo Aegyptiorum et Babyloniorum et Persarum gentes creverunt.

IV. Ab hoc genere oritur aliquis, per successionem in magicis institutus, nomine Nebrodus, qui ut gigas contraria Deo sentire elegit: eum Graeci Zo-

1. ὁμοίως O.
2. Fortasse leg. τοῦ. S.
3. εὐθὺ C. Tum τρία καὶ pro τριακόσια C, qui quidem genuinam Ottoboniani lect. jam vidit exstare in Gen. 9, 28.
4. Ita O c. S, πειθῷ C.
5. τὸν adsumpsi ex O. Tum S: leg. Μεσραΐμ, cfr. Rec. IV, 27: „ex quibus unus Cham nomine, cuidam ex filiis suis, qui Mesraim appellabatur.“ Chron. Alex. p. 62. Rad.: οὗτος Μεσραεὶμ ὁ Αἰγύπτιος — οἰκήτωρ γίνεται Βάκτρων.
6. Rec. IV, 27: „hunc gentes, quae tunc erant, Zoroastrem appellaverunt, admiran-

βασιλείας ὀρεχθεὶς καὶ μέγας ὢν μάγος, τοῦ νῦν βασιλεύοντος κακοῦ τὸν ὡροσκοποῦντα[1] κόσμιον ἀστέρα πρὸς τὴν ἐξ αὐτοῦ βασιλείας δόσιν μαγικαῖς ἠνάγκαζε[2] τέχναις. ὁ δέ, ἅτε δὴ ἄρχων ὢν καὶ τοῦ βιαζομένου[3] τὴν ἐξουσίαν ἔχων, μετ' ὀργῆς τὸ τῆς βασιλείας προσέχεε πῦρ[4], ἵνα πρός τε τὸν ὁρκισμὸν εὐγνωμονήσῃ, καὶ τὸν πρώτως ἀναγκάσαντα τιμωρήσηται[5].

V. Ἐκ ταύτης οὖν τῆς ἐξ οὐρανοῦ χαμαὶ πεσούσης ἀστραπῆς ὁ μάγος ἀναιρεθεὶς Νεβρώδ, ἐκ τοῦ συμβάντος πράγματος[6] Ζωροάστρης μετωνομάσθη, διὰ τὸ[7] τὴν τοῦ ἀστέρος κατ' αὐτοῦ ζῶσαν ἐνεχθῆναι ῥοήν. οἱ δὲ ἀνόητοι τῶν τότε ἀνθρώπων, ὡς διὰ τὴν εἰς Θεὸν φιλίαν[8] κεραυνῷ μεταπεμφθεῖσαν τὴν ψυχὴν νομίσαντες, τοῦ σώματος τὸ λείψανον κατορύξαντες, τὸν μὲν τάφον ναῷ ἐτίμησαν ἐν Πέρσαις, ἔνθα ἡ τοῦ πυρὸς

roastren appellaverunt. Hic post diluvium, regni cupidus, cum magnus esset magus, regnantis nunc mali quae mundum dirigit stellam magicis artibus coëgit ad sibi dandum imperium. Illa vero, utpote princeps et illius quod adigebatur habens potestatem, cum ira ignem regni effudit, ut et adjurationem admitteret et eum qui primo coëgerat puniret.

V. Ex hoc igitur e caelo in terram decidente fulgure sublatus e medio Nebrodus magus propter rem quae contigerat, Zoroastres nominatus est, quod in eum viva irruisset astri defluxio. Sed stulti homines illius temporis, putantes propter amicitiam erga Deum fulmine arcessitam fuisse animam illius, corporis reliquiis defossis templo quidem sepulcrum honorarunt apud Persas,

tes primum magicae artis auctores, cujus nomine etiam libri super hoc plurimi habentur. Hic ergo astris multum ac frequenter intentus et volens apud homines videri Deus, velut scintillas quasdam ex stellis producere et hominibus ostentare coepit, quo rudes atque ignari in stuporem miraculi traherentur; cupiensque augere de se hujusmodi opinionem, saepius ista moliebatur, usque quo ab ipso daemone, quem importunius frequentabat, igni succensus concremaretur.«

1. Immo potius ὡρονομοῦντα. S.

2. ἠνάγκασε C.

3. S: C vertit „illius, quod adigebatur", hoc est, τοῦ πυρός. Rectius: „illius, qui adegerat."

4. Vid. C. 6. Ignem regni Zoroastreum commemorant Chron. Alex. p. 88. Rad. Mich. Glycas Annal II. p. 129. Georg. Cedren. Comp. Hist. p. 13. et Suidas voc. Ζωροάστρης. Quinetiam rem ignotam non fuisse Ammiano Marcellino ostendunt ea quae de magis dicit lib. 23 p. 253. Atque hinc videtur originem sumpsisse mos ferendi ignem ante Persarum reges; quos postea imitati sunt Impp. Rom. C.

5. τιμωρήσητε O.

6. Antinoum Hadriani respicere videtur auctor Homiliarum. S.

7. τὸ adjunxi c. O. Cfr. Recogn. IV, 28: „hinc enim et nomen post mortem ejus Zoroaster, hoc est vivum sidus, appellatum est ab his, qui post unam generationem graecae linguae loquela fuerant repleti." Ad quem locum plura dedit Cl. Cfr. praeterea Diog. Laert. Prooem. §. 8: Δείνων ἐν τῇ πέμπτῃ τῶν ἱστοριῶν μεθερμηνευόμενόν φησι τὸν Ζωροάστρην ἀστροθύτην εἶναι. φησὶ δὲ τοῦτο καὶ ὁ Ἑρμόδωρος, ubi vide, quae adnotaverunt Mer. Casaubonns et Menagius. S.

8. δοιλίαν O, cui voci subnotatae in marg. respondet φιλίαν man. sec.

καταφορὰ γέγονεν, αὐτὸν δὲ ὡς θεὸν ἐθρήσκευσαν. τούτῳ τῷ[1] ὑποδείγματι καὶ οἱ λοιποὶ ἐκεῖσε τοὺς κεραυνῷ θνήσκοντας ὡς θεοφιλεῖς[2] θάπτοντες ναοῖς τιμῶσιν, καὶ τῶν τεθνεώτων ἰδίων μορφῶν ἱστᾶσιν[3] ἀγάλματα. ἐντεῦθεν ὁμοίως ἐζήλωσαν καὶ τῶν κατὰ τόπους οἱ δυναστεύοντες[4], ὧν οἱ πλεῖστοι τῶν αὐτοῖς ἠγαπημένων καὶ μὴ κεραυνῷ θνησκόντων τοὺς τάφους ναοῖς καὶ ξοάνοις τιμῶντες καὶ βωμοὺς ἀνάπτοντες ὡς θεοὺς προσκυνεῖσθαι προσέταξαν. πολλῷ[5] δὲ ὕστερον διὰ τὸν πολὺν χρόνον ὑπὸ τῶν μεταγενεστέρων ὄντως θεοὶ εἶναι ἐνομίσθησαν.

VI. Ὅμως τῆς ἀπαρχῆς[6] μιᾶς οὔσης βασιλείας πολλαὶ διαιρέσεις τοῦτον ἐγένοντο τὸν τρόπον. Πέρσαι πρῶτοι τῆς ἐξ οὐρανοῦ πεσούσης ἀστραπῆς λαβόντες ἄνθρακας τῇ οἰκείᾳ διεφύλαξαν τροφῇ, καὶ ὡς θεὸν οὐράνιον προτιμήσαντες τὸ πῦρ ὡς πρῶτοι προσκυνήσαντες ὑπ' αὐτοῦ τοῦ πυρὸς πρώτῃ βασιλείᾳ[7] τετίμηνται. μεθ' οὓς Βαβυλώνιοι ἀπὸ τοῦ ἐκεῖ πυρὸς ἄνθρακας κλέψαντες καὶ διασώσαντες εἰς τὰ ἑαυτῶν καὶ προσκυνήσαντες καὶ αὐτοὶ ἀκολούθως ἐβασίλευσαν. Αἰγύπτιοι δὲ ὁμοίως πράξαντες, καὶ τὸ πῦρ ἰδίᾳ διαλέκτῳ Φθαὲ[8] καλέσαντες, ὃ ἑρμηνεύεται Ἥφαιστος [ἢ

ubi acciderat ignis delapsio, ipsum vero tamquam deum coluerunt. Hoc exemplo et reliqui ibi eos, qui fulmine obierunt, velut amicos dei sepultos templis honorant, eriguntque simulacra propriam mortuorum speciem referentia. Inde aemulati sunt idem, qui per loca imperium tenebant, quorum plerique sepulcra eorum quos amaverant, licet fulmine non interiissent, honorantes templis et statuis, arasque dedicando, praeceperunt illos velut deos adorari. Multo autem post propter longum tempus a posterioribus vere dii esse crediti sunt.

VI. Ceterum cum initio unum esset regnum, multae divisiones ad hunc factae sunt modum. Primi Persae delapsi e caelo ignis prunas sumtas proprio conservarunt alimento, atque ignem ut caelestem deum colentes, tamquam qui primi adorassent, ab ipso igne primo regno decorati sunt. Post quos Babylonii, de igne ibi posito prunas furati, cum in patriam detulissent atque adorassent, et ipsi consequenter regnarunt. Item Aegyptii, postquam similiter fecissent, atque ignem lingua sua Phthae appellassent, quod idem est ac Vul-

1. τῷ, quod S omisit, textui reddidi c. O.

2. Mos quippe erat, isque testatissimus, ut κεραυνοπλῆγες, sacro fulminis igne icti, non cremarentur, sed quo loco exstincti fuerant eodem terra conderentur: locum autem sacrum censebant, templum vocabant, et aris, sacrificiis ceteroque cultu dignabantur. Ad vocem θεοφιλεῖς vide nos supra in Recogn. IV, 28. C.

3. ἱστῶσιν O.

4. δυναστεύσαντες C, quae lectio etiam pr. man. apparet in marg. Codicis O.

5. Ita O et ex conject. C, in cuj. textu πολλῶν. Tum μεταταγενεστέρων O.

6. ὑπαρχῆς O, qui comma ponit post οὔσης.

7. πρῶτοι βασιλείας C.

8. φθάε O. Legat, qui voluerit, φθάς, ex Suida. Cl. Lacunam Codd. Ott. post Ἥφαιστος explevi duce Jamblicho de myster. Aegypt. 8, 3. Ἕλληνες δὲ εἰς

Ὄσιρις], οὗ τῷ ὀνόματι καὶ ὁ παρ' αὐτοῖς πρῶτος βασιλεύσας προσαγορεύεται. τοῦτον μὲν οὖν τὸν τρόπον χρησάμενοι καὶ οἱ κατὰ τόπον βασιλεύσαντες, καὶ ἵδρυμα ποιήσαντες καὶ βωμοὺς εἰς τιμὴν τοῦ πυρὸς ἀνάψαντες, τῆς μὲν βασιλείας οἱ πλεῖστοι ἀπεσβέσθησαν.

VII. Τοῦ δὲ τὰ ξόανα σέβειν οὐκ ἐπαύσαντο, διὰ τὴν κακὴν τῶν μάγων ἐπίνοιαν, εὑρόντων αὐτοῖς προφάσεις, κρατεῖν αὐτοὺς πρὸς τὴν ματαίαν λατρείαν δυναμένας· ἱδρύσαντες γὰρ αὐτὰ μαγικαῖς τελεταῖς ἑορτὰς αὐτοῖς ὥρισαν ἔκ τε θυμάτων, σπονδῶν, αὐλῶν τε καὶ κρότων, ὧν προφάσει οἱ ἀνόητοι ἀπατώμενοι, καίτοι τῆς βασιλείας αὐτῶν ἀφαιρεθείσης, αὐτοὶ τῶν συνελθουσῶν [1] θρησκειῶν οὐκ ἀπολείπονται· ἐπὶ τοσοῦτον τῆς ἀληθείας διὰ [2] τὴν ἡδυπάθειαν προετίμησαν, τὴν πλάνην [3]. οἳ καὶ μετὰ μέθην παραβώμιον ἐπολολύζουσιν, τῆς ψυχῆς ἐκ βάθους ὥσπερ δι' ὀνείρων αὐτοῖς τὴν μέλλουσαν ἐπὶ ταῖς τοιαύταις αὐτῶν πράξεσι προαγγελλούσης τιμωρίαν.

7. τῇ reposui, postquam exciderat ap. Cl et S. Subinde ἐῤῥιμένῃ O.
8. ἀπαλλάξει C.
9. εἰς, quod deest in utroque Hom. Cod., addidit D. Subinde scripsi ἄλλο τι

χρῆσιν κόπρου, εὐχρηστησάσης. νῦν δὲ οὐδὲ[1] εἰς τοῦτο χρησιμεύει, ὅτε μετασχηματίσαντες προσκυνεῖτε. πῶς δὲ καὶ[2] εὐσεβέστεροι εἶναί φατε, οἱ πάντων ἀσεβέστατοι, ταύτῃ αὐτῇ τῇ μιᾷ καὶ ἀσυγκρίτῳ ἁμαρτίᾳ ψυχῆς ὄλεθρον ὀφείλοντες τῷ ἀληθεῖ[3], ἐὰν ἐπιμείνητε; ὡς γὰρ εἴ τις υἱὸς πολλὰ εὐεργετούμενος ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἑτέρῳ τινὶ τῷ μὴ πατρὶ τὴν ὀφειλομένην τῷ πατρὶ ἀποδῷη[4] τιμήν, πάντως ἀποκληρονόμος γίνεται· ἐπὰν δὲ κατὰ γνώμην τοῦ πατρὸς βιοὺς εὐχαριστῇ ἐπὶ ταῖς εὐεργεσίαις, εὐλόγως κληρονόμος γίνεται.

XIII. Ἄλλοι δὲ λέγουσιν· ἀσεβεῖν μέλλομεν, ἐὰν τὰ παραδοθέντα ἡμῖν ἐκ πατέρων σεβάσματα καταλείψωμεν[5]· ὅμοιον γάρ ἐστι τῷ παραθήκην φυλάξαι. οὐκοῦν τούτῳ τῷ λόγῳ κἂν λῃστοῦ τις ᾖ πατρὸς ἢ αἰσχροβίου, οὐκ ὀφείλει ὁ υἱὸς νήψας τὸ κρεῖττον ἑλέσθαι, ἵνα μὴ ἀσεβήσῃ, καὶ μὴ τὰ ἴσα τοῖς γονεῦσι ποιῶν ἁμαρτάνῃ[6]. πῶς δὴ ἀνόητοι οἱ λέγοντες· ταῦτα προσκυνοῦμεν, ἵνα μὴ αὐτῷ ὀχλῶμεν; ὡς ὀχλουμένου Θεοῦ ἐφ' οἷς εὐφημεῖται, μὴ ὀχλουμένου δὲ ἐφ' οἷς ἀχαριστούμενος βλασφημεῖται. διὰ τί οὖν, ὁπόταν ἐποχὴ ὑετοῦ γένηται, πρὸς οὐρανὸν τὰ πάντα ἀφορῶντες εὐχὰς καὶ λιτὰς ἀπονέμετε; καὶ ὅταν ἐπιτύχητε, τάχιον ἐπιλανθάνεσθε; ἀμήσαντες γὰρ ἢ τρυγήσαντες εὐθέως τοῖς μηδὲν[7] οὖσιν εἰδώλοις τὰς ἀπαρ-

utilis. Nunc vero neque ad hoc prodest, quando a vobis transfiguratam colitis. Qua autem ratione vos et magis pios dicitis, qui omnium estis impiissimi, hoc ipso uno et incomparabili peccato interitum animae merentes coram illo, qui verus est, si perseveretis. Exempli gratia si quis filius, plurima beneficia a patre consecutus, alteri qui pater non sit debitum patri honorem deferat, plane exhaeredabitur. Cum vero ex sententia patris vivens gratias de beneficiis egerit, merito haeres relinquetur.

XIII. Alii vero dicunt, impii erimus, si nobis a patribus tradita numina derelinquerimus: idem enim est ac depositum servare. Igitur hac ratione, si aliquis ortus sit ex patre latrone aut obscoeno, non debet filius frugi esse, melioremque vitam amplecti, ne impius evadat, peccetque eadem cum parentibus non agendo. Quam stulti autem sunt, qui dicunt, haec adoramus, ne Deo simus molesti! Quasi Deo molesta sint ea quibus laudatur, non molesta vero, quibus ingrate accipitur et infamatur. Cur ergo, cum imbris acciderit remora, in coelum omnino intuiti preces ac supplicationes assignatis? et quando obtinuistis, cito obliviscimini. Facta enim messe aut vindemia statim ad Idola,

ἢ εἰς c. O, ut conj. D, ἄλλο τι, εἰς C, quod mutari voluit in ἄλλοτε, εἰς. Tum εὐχριστησάσης O.

1. οὐδὲ om. O.
2. καὶ inserui c. O.
3. τὰ ἀληθῆ C. Subinde ἐὰν μὴ ἐπιμείνητε O.
4. ἀποδῷ C.
5. λείψωμεν C.
6. Vbb. καὶ μὴ τὰ ἴσα τοῖς γονεῦσι ποιῶν ἁμαρτάνῃ textui reddidi, cum praetermissa essent in ed. Schwegleriana. Subinde πῶς δὲ S.
7. μηθὲν O.

χὰς ἀπονέμετε, τάχιον ἐπιλανθανόμενοι τοῦ εὐεργετήσαντος Θεοῦ. καὶ οὕτως εἰς ἄλση[1] καὶ εἰς τοὺς ναοὺς γενόμενοι θυσίας ἐπιτελοῦντες εὐωχεῖσθε. διὰ τοῦτο οἱ μὲν ὑμῶν λέγουσιν· παρηγορίας καὶ τοῦ εὐωχεῖσθαι χάριν καλῶς ταῦτα ἐπινενόηται.

XIV. Ὦ ἀνόητοι! ὑμεῖς τοῦ λεγομένου γίνεσθε[2] δίκαιοι κριταί. εἴπερ γὰρ καὶ ἐχρῆν ἐνταῦθα εἰς εὐφρασίαν σώματος ἑαυτὸν δοῦναι ποίᾳ εὐωχίᾳ, ἀμείνων ἦν ἡ ἐν ποταμοῖς[3] καὶ ὕλαις καὶ ἄλσεσιν, ἔνθα εἰλαπίναι καὶ συμπόσια καὶ κατάσκιοι τόποι, ἢ ὅπου ἀπόνοια δαιμόνων, καὶ χειρῶν τομαί, καὶ αἰδοίων ἀποκοπαί, καὶ οἶστροι, καὶ μανίαι, καὶ τριχῶν κόμαι, καὶ κόμποι, καὶ ἐνθουσιασμοί, καὶ ὀλολυγαί, καὶ πάντα ἐκεῖνα τὰ μεθ' ὑποκρίσεως εἰς κατάπληξιν τῶν ἀνοήτων γινόμενα, ὅπως τὰς ὑμῶν[4] ὀφειλομένας εὐχὰς καὶ εὐχαριστίας καί νεκρῶν νεκροτέροις προςενέγκητε;

XV. Καὶ διὰ τί χαίροντες ταῦτα ποιεῖτε; ἐπεὶ οὐ θέλει ὑμῖν ὁ ἐμφωλεύων εἰπεῖν ὄφις[5], ὃς ἐνέσπειρεν ὑμῖν τὴν ἄκαρπον ἐπιθυμίαν, λέγων ὑπομνήσω. ἔχει δὲ οὕτως· παρὰ τῇ τοῦ Θεοῦ θρησκείᾳ κηρύσσεται νήφειν, σωφρονεῖν, ὀργῆς κρατεῖν, ἀλλότρια μὴ νοσφίζεσθαι, δικαίως βιοῦν, ἐπιεικῶς[6], εὐσταθῶς, πρᾴως, κολάζειν ἑαυτόν μᾶλλον ἐν ταῖς ἐνδείαις, ἢ

quae nihil sunt, primitias defertis, celeriter Dei immemores, beneficii auctoris. Sicque in nemoribus et in templis positi sacrificia celebratis, atque genio indulgetis. Quapropter nonnulli ex vobis dicunt: solatii et bonae tractationis causa praeclare ista excogitata sunt.

XIV. O stolidi! Vos hujus dicti estote justi judices. Si enim oportebat hic se ad corporis voluptatem alicui tradere oblectationi, melior erat ea, quae in fluviis et sylvis et lucis, ubi compotationes et convivia et loci umbrosi, quam ubi daemoniaca amentia, et manuum sectiones, abscissiones verendorum, rabidus furor, insania, sparsi crines, strepitus stridoresque, afflatus fanatici, ululatus, omniaque illa quae cum simulatione ad terrorem amentium fiunt, ut debitas illis preces et gratiarum actiones offeratis, idque iis, qui mortuis magis sunt mortui.

XV. Et cur laeti ista facitis? Quoniam intus latens serpens vobis non vult edicere, qui infructuosam inseruit cupiditatem, dicam ego atque memorabo. Ita autem habet: apud religionem Dei praedicatur agere sobrie, sibi temperare, iram tenere, non subripere aliena, juste vivere, cum bono jure, tranquille, leniter, se in indigentia potius continere ac reprimere, quam cum non habeas,

1. Ita O, ut conj. S, καὶ οὕτως εἰς ἀεί. καὶ C. ex conject., εἴσασι Cod. ipsius, in cuj. marg. ἴσασι. Ruf. Rec. V, 30: „in templis aut lucis“.
2. γίνεσθε S, γένεσθε C O.
3. Ita explicandum esse videtur Ottoboniani ἀμείνων ἦν· οἱ ἐν ποταμοῖς, ap. C. ἄμεινον ἢ ἐν ποταμοῖς.
4. ὑμῶν S, αὐτῶν C. O.
5. ὄφις om. O.
6. ἐπεικῶς O.

μὴ ἔχοντα ἑτέρου ἀδίκως ἀφελόμενον κορεσθῆναι. παρὰ δὲ τοῖς λεγομένοις θεοῖς τὰ ἐναντία γίνεται. καὶ ἔνια εἰς κατάπληξιν δικαιοσύνης παραγγέλλετε[1], ἅπερ εἰ καὶ πάντα ποιεῖτε τὰ παραγγέλματα, μία ἡ πρὸς Θεὸν ἄγνοια ἱκανὴ τυγχάνει πρὸς τὴν καθ' ὑμῶν τιμωρίαν. πλὴν συνερχόμενοι εἰς τοὺς ὑφ' ὑμῶν αὐτοῖς δοθέντας τόπους ἡδέως μεθύσκεσθε καὶ βωμοὺς ἀνάπτετε, ὧν ἡ κνίσσα ῥεμβομένη καὶ τὰ τυφλὰ καὶ κωφὰ πνεύματα διὰ τῆς ἐξουσίας ἄγει εἰς τὸν τῆς ὀσφρήσεως αὐτῶν τόπον. καὶ οὕτως τῶν ἐκεῖ οἱ μὲν ἐνθουσιασμῶν[2], οἱ δὲ βρωτῶν ἀλλοκότων ἐμπίμπλανται, οἱ δὲ ἐπὶ τὸ ἀσελγαίνειν τρέπονται, οἱ δὲ ἐπὶ κλοπὰς καὶ φόνους. ἡ γὰρ τοῦ ἐκεῖ αἵματος ἀναθυμίασις καὶ ἡ τῶν οἴνων σπονδὴ καὶ αὐτὰ[3] κορεῖ τὰ ἀκάθαρτα πνεύματα, ἅ τινα ἐνδομυχοῦντα[4] εἰς ὑμᾶς φιληδόνως ἔχειν τὰ ἐκεῖ ποιοῦσιν, καὶ δι' ὀνείρων ὑμᾶς φαντασίαις ψευδέσι περιβάλλουσιν, καὶ μυρίοις παθήμασι τιμωροῦσιν. προφάσει γὰρ τῶν λεγομένων ἱεροθύτων χαλεπῶν δαιμόνων ἐμπίπλασθε, οἳ καὶ φρονίμως ὑμᾶς λανθάνοντες ἀναιροῦσιν, ἵνα μὴ συνῆτε ὑμῶν τὴν ἐπιβουλήν. προφάσει γάρ τινος ἐπηρείας ἢ ἔρωτος ἢ ὀργῆς ἢ λύπης ἢ ἀγχόνῃ ἢ ὕδατι πνίξαντες ἢ ἀπὸ κρημνοῦ ῥίψαντες ἢ αὐτοχειρίᾳ ἢ ἀποπληξίᾳ ἢ ἑτέρῳ τινὶ πάθει τοῦ τῆν μεθιστᾶσιν.

XVI. Ἡμῶν δὲ οὐδεὶς τοιοῦτόν τι παθεῖν δύναται, ἀλλ' αὐτοὶ ὑφ' ἡμῶν κολάζονται, ὁπόταν εἴς τινα εἰσιόντες βραδέως ἐξιέναι ἡμᾶς παρα-

alterius bonis injuste ablatis expleri. Apud vocatos autem Deos contraria peraguntur. Et nonnulla in admirationem justitiae denunciatis, quae licet omnia praecepta exsequeremini, una Dei ignoratio sufficit ad punitionem vestram. Caeterum convenientes ad loca quae vos iis assignatis, alacriter inebriamini, et aras accenditis, quarum nidor vagatus caecos surdosque spiritus vi sua ad odoratus locum ducit. Sicque ibi alii fanaticis furoribus, alii absurdis cibis replentur, ad libidinem vertuntur alii, ad furta alii et adulteria. Nam fusi illic sanguinis vapor et vini libatio etiam satiat impuros spiritus, qui intra vos occultati omnia haec reddunt suavia, atque per somnia vos falsis spectris irretiunt, inumerisque perpessionibus puniunt. Nam occasione sacrarum, ut vocant, hostiarum repleti estis truculentis daemonibus, qui caute vos inscios perimunt, ut non sentiatis factas insidias. Praetextu siquidem cujuspiam injuriae vel calamitatis, amoris, irae, moestitiae, aut laqueo aut aqua suffocant, e loco praecipiti dejiciunt, homicidio sui, aut apoplexia, aut alio morbo e vita cogunt migrare.

XVI. Ex nobis autem nullus tale quid potest pati, sed a nobis daemones torquentur, quandoquidem in aliquem ingressi, ut tardius ergrediantur, rogant

1. παραγγέλλεται O.
2. ἐνθουσιασμῷ C, ἐνθουσιασμοῦ D.
3. αὐτὴ C. Lectionem Ottoboniani praesagivit S.
4. ἐνδομοχιοῦντα O.

καλοῦσιν [1]. ἀλλ' ἐρεῖ τις· ἴσως τοιούτοις πάθεσιν καὶ θεοσεβῶν τινὲς ὑποπίπτουσιν. φημὶ ὅτι τοῦτο ἀδύνατον. θεοσεβὴς γάρ οὗτός ἐστιν, ὃν [2] ἐγώ φημι, ὁ ὄντως θεοσεβής, οὐχ ὃς ἂν μόνον λέγηται, ὁ δὲ ὄντως ὢν τοῦ δοθέντος αὐτῷ νόμου ἐκτελεῖ τὰς πράξεις. ἐάν τις ἀσεβήσῃ, εὐσεβὴς οὐκ ἔστιν. ὅνπερ τρόπον ἐὰν ὁ ἀλλόφυλος τὸν νόμον πράξῃ, Ἰουδαῖός ἐστιν, μὴ πράξας δὲ Ἕλλην· ὁ γὰρ Ἰουδαῖος πιστεύων [3] Θεῷ ποιεῖ τὸν νόμον, δι' ἧς πίστεως καὶ τὰ ἄλλα τὰ ὄρεσιν [4] ἐοικότα καὶ βαροῦντα μεθίστησι πάθη. ὁ δὲ μὴ ποιῶν τὸν νόμον δηλονότι [5] ἐκ τοῦ μὴ πιστεύειν Θεῷ λιποτακτεῖ, καὶ οὕτως ὡς οὐχὶ [6] Ἰουδαῖος ἁμαρτωλὸς διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐπικρατεῖται ὑπὸ τῶν εἰς τὸ τιμωρεῖν τοὺς ἁμαρτάνοντας καθεστώτων παθῶν. βουλῇ Θεοῦ τῇ ἀπαρχῆς ὁρισθείσῃ δικαίως τοῖς σέβουσιν αὐτὸν παραπτωμάτων χάριν ἡ τιμωρία ἕπεται, ὃ γίνεται, ἵνα ὡς ὀφείλημα διὰ τῆς βασάνου ἀπαιτήσασα τὴν ἁμαρτίαν τοὺς ἐπιστρέψαντας καθαροὺς ἐν τῇ τῶν ὅλων παραστήσῃ [7] κρίσει. ὡς γὰρ τοῖς κακοῖς ἡ ἐνταῦθα τρυφὴ εἰς ζημίαν αἰωνίων ἀγαθῶν γίνεται, οὕτως αἱ τιμωρίαι τοῖς παραπίπτουσιν Ἰουδαίοις πέμπονται εἰς ἔκπραξιν, ἵνα ἐνταῦθα ἀπολαύοντες [8] τὸ παράπτωμα τῆς ἐκεῖ ἀπαλλαγῶσιν αἰωνίας κολάσεως.

nos. Sed dicet aliquis, in has perpessiones incidunt interdum etiam quidam Dei cultores. Aio id fieri non posse. Ille enim, de quo loquor, cultor Dei est, qui vere est Dei cultor, non qui dumtaxat dicitur. Qui autem vere est, traditae sibi legis perficit opera. Si quis impie egerit, pius non est. Quemadmodum si alienigena legem servet, Judaeus est; qui vero non servat, est gentilis. Judaeus enim, Deo credens, legem implet, per quam fidem etiam alia mala montibus similia et gravissima transfert. Qui vero non exsequitur legem, clarum est, quod non credendo in Deum fit transfuga, ideoque peccator velut nequaquam Judaeus propter peccatum a calamitatibus subigitur, quae ad puniendos peccatores constitutae sunt. Nam consilio Dei, quod ab initio sancitum fuit, illius cultores juste propter delicta poena consequitur. Quod fit, ut, postquam poena de peccato velut debito per vexationem rationem repetierit, conversos homines in cunctorum judicio puros repraesentet. Sicut enim improbis praesentes deliciae in damnum futurorum bonorum cedunt, ita supplicia lapsis in peccatum Judaeis mittuntur ad exactionem, ut recepta hic delicti poena a futura illic aeterna damnatione liberentur.

1. παρακαλοῦσιν C.
2. ὃν praetermisit S c. Cl.
3. Sede vocabuli mutata lego: Ἐὰν ὁ ἀλλ. τ. ν. πρ. Ἰ. ἐστ. μὴ πράξας δὲ Ἰουδαῖος, Ἕλλην· ὁ γὰρ πιστεύων θεῷ ποιεῖ τὸν νόμον. Hoc modo elegans nasci videtur antithesis. D.
4. Matth. 17, 20.
5. δῆλον ὅτι C. Tum λειποτακτεῖ O.
6. οὐκ O.
7. Ita O c. S, παραστήσει C.
8. ἀπολαύοντες D, qui insuper exemplis comprobavit, vocem ἀπολαύειν conjungi posse cum casu accusativo, atque haud raro sumi in malam partem. S. ἀπολαβόντες C O.

XVII. Ὑμεῖς δὲ ταῦτα εἰπεῖν οὐ δύνασθε, οὐ γὰρ πιστεύετε τὰ ἐκεῖ εἶναι ὡς ἡμεῖς λέγομεν, λέγω δή, ὅπου πᾶσιν ἡ ἀνταπόδοσις γίνεται. οὗ ἕνεκεν ἀγνοοῦντες τὸ συμφέρον ὑπὸ τῶν προσκαίρων ἡδονῶν μὴ λαβεῖν τὰ αἰώνια ἐνεδρεύεσθε. διὸ ἡμεῖς τοῦ συμφέροντος ὑμῖν τὰς ἀποδείξεις ποιεῖν πειρώμεθα, ἵνα πληροφορηθέντες περὶ τῶν τῆς θεοσεβείας ἐπαγγελμάτων διὰ τῶν ἀγαθῶν πράξεων δυνηθῆτε σὺν ἡμῖν τὸν ἄλυπον αἰῶνα κληρονομῆσαι. μέχρι μὲν οὖν γνωρίσετε[1] ἡμᾶς, μὴ χαλεπαίνετε ἡμῖν[2] ὡς ψευδομένοις περὶ ὧν ὑμῖν θέλομεν καλῶν. τὰ γὰρ ἡμῖν νομισθέντα ἀληθῆ τε καὶ ἀγαθά, ταῦτα ὑμῖν φέρειν οὐκ ἐφθονήσαμεν, ἀλλὰ τοὐναντίον ἐσπεύσαμεν συγκληρονόμους ὑμᾶς ποιῆσαι ἀγαθῶν, ὧν ἡμεῖς νενομίκαμεν[3]. οὕτω γὰρ χρὴ πρὸς τοὺς ἀπίστους λέγειν. ὅτι δὲ ἀληθεύομεν ὄντως περὶ ὧν λέγομεν, οὐκ ἄλλως δυνήσεσθε εἰδέναι, ἐὰν μὴ πρότερον φιλαλήθως ὑπακούσητε.

XVIII. Διὸ ἐπὶ τοῦ παρόντος, κἂν τὰ μυρία ὑμᾶς ὁ ἐν ὑμῖν ἐνδομυχῶν[4] ὄφις, κακοὺς ὑποβαλὼν λογισμοὺς καὶ ἀσχολίας, ἐνεδρεύειν θέλῃ[5], ἀλλ' οὖν γε ὑμεῖς ὀφείλετε ταύτῃ μᾶλλον προσφιλονεικοῦντες αὐτῷ συνεχῶς ἡμῶν[6] ἐπακούειν. δεῖ γὰρ συνεδρεύοντας ὑμᾶς τοὺς σφόδρα ἠπατημένους εἰδέναι, πῶς χρὴ ἐπᾴδειν αὐτῷ. ἄλλως δὲ ἀδύνατον. ἐπᾴδειν δὲ[7] λέγω, τῷ λογισμῷ ἀντιτάσσεσθαι ταῖς κακαῖς αὐτῶν συμβουλίαις

XVII. Vos vero haec dicere non potestis, quia non creditis, quae illic sunt, esse quemadmodum dicimus, dico autem, ubi cunctis fiat retributio. Quocirca quod est utile ignorantes, a temporariis voluptatibus, ne aeterna accipiatis, decipimini. Quare nos conamur, commodi vobis probationes afferre, ut plene certi de pietatis promissionibus per bona opera possitis nobiscum saeculi quod tristitia vacat haeredes exsistere. Donec igitur cognoscatis nos, ne nobis succenseatis, tamquam mentiamur circa bona quae vobis cupimus. Quae enim putavimus vera et bona, ea ad vos afferre non invidimus: sed contra festinavimus, reddere vos bonorum, quae novimus, cohaeredes. Ita quippe ad infideles loquendum est. Quod autem plene veros proferamus sermones, non aliter poteritis scire, nisi prius cum veritatis studio audiatis.

XVIII. Quapropter nunc, licet serpens, quem intus habetis latentem, mille vobis tendat insidias, pravas subjiciendo cogitationes et impedimenta, attamen eo magis obsistere ei debetis, et assiduo nos audire. Oportet enim, ut vos, qui fuistis valde decepti, convenientes cognoscatis, quo modo ille incantandus sit. Aliter vero fieri nequit. Incantare autem dico, mente repugnare pravis

1. γνωρίζετε C.
2. ὑμῖν Cl. Fallitur S de lectione Ci.
3. νενοήκαμεν C.
4. Ita O et ex conject. C, in cuj. textu ἐνδομοιχῶν.
5. Ita S, θέλει C. Ambigo de scriptura libri Ottob. non plena.
6. ὑμῶν O.
7. δὲ om. O.

μεμνημένους, ὅτι ὑποσχέσει γνώσεως ἀπ' ἀρχῆς τῷ κόσμῳ θάνατον ἐξειργάσατο [1].

XIX. Ὅθεν ὁ τῆς ἀληθείας προφήτης πολὺ τὸν κόσμον πεπλανημένον εἰδὼς καὶ τῇ κακίᾳ συνθέμενον ἰδὼν οὐκ ἠγάπησε τὴν πρὸς αὐτὸν εἰρήνην, ὡς ἐκ πλάνης συνοῦσαν [2]. ὅτι εἰς τέλος ἐπιφέρει πᾶσι τοῖς πρὸς κακίαν ὁμογνωμονοῦσιν, παραθεὶς [3] ἀντὶ πλάνης, τοῖς νήψασιν ὥσπερ πῦρ ἐμβαλὼν τὴν κατὰ τοῦ ἐνεδρεύσαντος ὀργὴν μαχαίρᾳ [4] ἐοικυῖαν, προτείνας δὲ [5] λόγον ἀναιρεῖ τὴν ἄγνοιαν τῇ γνώσει, ὥσπερ τέμνων καὶ χωρίζων ζῶντας ἀπὸ τῶν νεκρῶν. τῆς μὲν οὖν κακίας ὑπὸ τῆς νομίμου γνώσεως νικωμένης πόλεμος συνεῖχε τὸ πᾶν. σωτηρίας γὰρ χάριν υἱὸς ὑπείξας ἀπειθοῦς ἐχωρίζετο πατρός, ἢ καὶ πατὴρ τέκνου, ἡ τεκοῦσα θυγατρός, ἡ θυγάτηρ μητρός, καὶ ἅπαξ οἱ [6] συγγενεῖς σωγγενῶν καὶ φίλοι συνήθων.

XX. Καὶ μή τις λεγέτω· πῶς τοῦτο δίκαιον, χωρίζεσθαι γονεῖς τέκνων καὶ τέκνα γονέων; δίκαιον καὶ πάνυ. εἰ γὰρ συνόντες, μετὰ τοῦ μηδὲν αὐτοὺς ὠφελεῖν, καὶ συναπώλλυντο αὐτοῖς, πῶς οὐ δίκαιον, καὶ [7] χωρισθῆναι τὸν σώζεσθαι θέλοντα ἀπὸ τοῦ μὴ θέλοντος, συναπολέσθαι δὲ [8] βουλομένου; πρὸς τούτοις οὐδὲ αὐτοὶ οἱ τὸ κρεῖττον νενοηκότες χωρισθῆναι

daemonum consiliis memores, eum promissione scientiae mundo ab initio mortem procreasse.

XIX. Unde veritatis propheta, sciens mundum errasse plurimum, et malitiae consensisse intuitus, non expetivit pacem illo, ut ex errore consistentem; sed usque ad finem cunctos in malitia consentientes oppugnat, et veritatem in locum erroris proponit, ac resipiscentibus velut ignem immittit iram adversus insidiatorem, quae gladio similis est, objectoque sermone ignorantiam cognitione interimit, quasi scindens ac separans vivos a mortuis. Itaque dum malitia per legitimam cognitionem vincebatur, bellum cuncta tenuit. Nam propter salutem filius credens a patre incredulo separavit se, vel pater a filio, genitrix a filia, filia a matre, atque omnino propinqui a propinquis et amici a familiaribus.

XX. Neque dicat aliquis: quo modo id justum fuerit, separari parentes a liberis, liberos a parentibus. Justum est, et valde. Nam si una morati, praeterquam quod nihil eis proderant, etiam cum illis peribant, quo pacto aequum non est separari eum, qui salvari vult, ab eo qui non vult, sed una perire cupit. Ad haec, non illi, qui quod praestat intelligunt, vellent separari,

1. Vbb. μεμνημένους, ὅτι ὑποσχέσει γνώσεως ἀπ' ἀρχῆς τῷ κόσμῳ θάνατον ἐξειργάσατο largitus est O.

2. „Non continuo pacem mundo in erroribus posito dedit“ Recogn. VI, 4. Unde conjectaverim esse scribendum συνεστῶτα. S.

3. Post παραθεὶς deest aliquid: supple ἀλήθειαν vel similem aliquam vocem. Cfr. Recogn. VI, 4: „sed ignorantiae ejus ruinis scientiam veritatis opposuit.“ Deinde ego post πλάνης commate distinxi, non, ut C, post νήψασιν. S.

4. Matth. 10, 34.

5. δὲ add. c. O.

6. αἱ O.

7. καὶ accessit ex O.

8. καὶ O.

ἤθελον, ἀλλὰ συνεῖναι καὶ ὠφελεῖν αὐτοὺς τῇ τῶν κρειττόνων ὑφηγήσει, ὅθεν οἱ ἀπειθεῖς ἐπακούειν αὐτῶν μὴ θέλοντες αὐτοὶ αὐτοὺς ἐπολέμουν, χωρίζοντες, διώκοντες, μισοῦντες. οἱ δὲ ταῦτα πάσχοντες, ἐλεοῦντες αὐτοὺς[1] ὑπὸ ἀγνοίας ἐνεδρευομένους, διδασκαλίᾳ φρονήσεως ηὔχοντο ὑπὲρ τῶν τὰ[2] κακὰ αὐτοὺς διατιθεμένων, τὴν ἄγνοιαν τοῦ ἁμαρτήματος αἰτίαν εἶναι μεμαθηκότες. αὐτὸς γὰρ ὁ διδάσκαλος προσηλωθεὶς ηὔχετο τῷ πατρί, τοῖς αὐτὸν ἀναιροῦσιν ἀφεθῆναι τὸ ἁμάρτημα εἰπών[3]· πάτερ, ἄφες αὐτοῖς τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν, οὐ γὰρ οἴδασιν ἃ ποιοῦσιν. μιμηταὶ οὖν γινόμενοι τοῦ διδασκάλου καὶ αὐτοί, ἐν οἷς ἔπασχον, ὑπὲρ τῶν διατιθεμένων ηὔχοντο, ὡς ἐδιδάχθησαν. οὕτως οὐ γονεῖς μισοῦντες ἐχωρίζοντο, ὁπότε καὶ ὑπὲρ τῶν μὴ γονέων μηδὲ συγγενῶν, ἐχθρῶν δὲ γενομένων, ἐποίουν συνεχεῖς εὐχὰς[4] καὶ ἀγαπᾶν πειρῶνται[5] ὡς ἐκελεύσθησαν.

XXI. Εἴπατε δέ μοι ὑμεῖς, πῶς τοὺς γονεῖς ἀγαπᾶτε; εἰ μὲν ὡς τὸ δίκαιον ἀεὶ σκοποῦντες, συνεύχομαι, εἰ δὲ ὡς ἔτυχεν, οὐκέτι, δύνασθε γὰρ καὶ μικρᾷ προφάσει τούτων γενέσθαι ἐχθροί. εἰ δὲ εἰδότες ἀγαπᾶτε, εἴπατε ὑμεῖς, τί εἰσι[6] γονεῖς. ἐρεῖτε· γένους ἀρχηγέται. διὰ τί οὖν τὸ τῶν ὅλων γένος οὐκ ἠγαπήσατε, εἴπερ δικαίῳ φρονήματι τοῦτο ποιεῖν ἐπανείλεσθε; ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν ἐρεῖτε· οὐχ ἑωράκαμεν αὐτόν. διὰ τί οὖν μὴ ζητήσαντες τὰ ἀναίσθητα κολακεύετε; τί δέ; εἰ καὶ δύσκολον ἦν ὑμῖν

immo simul manere, aliosque meliorum expositione juvare. Unde increduli, dum nolebant, audire, ipsi contra eos pugnabant per separationem, persecutionem, odium. Qui vero ista sustinebant, miserati eos, qui ipsis per ignorantiam insidiabantur, doctrina prudentiae orabant pro vexatoribus suis, scientes causam delicti esse ignorantiam. Ipse enim Magister clavis confixus orabat patrem, ut ejus interfectoribus dimitteret peccatum, dicens: *pater, dimitte illis peccata sua. Non enim sciunt quae faciunt.* Imitantes ergo Magistrum et ipsi in iis quae patiebantur orabant pro afflictoribus, quemadmodum edocti fuerant. Sic non odio parentum separabantur, quandoquidem et pro iis, qui nec erant parentes, nec propinqui, sed inimici, preces continuas fundebant, eosque prout jussi erant nitebantur diligere.

XXI. Mihi autem dicite vos, quo modo parentes diligatis. Equidem si velut justitiam semper intuiti, bene est: sin vero temere, non amplius bene. Potestis enim parvam ob causam eorum hostes fieri. Quod si gnari diligitis, dicite, quid sint parentes. Respondebitis: originis auctores. Cur ergo cunctarum rerum originem Deum non amatis, si justo judicio hoc suscepistis facere? Sed et jam dicetis, illum non novimus. Quare igitur non percontati colitis sensu destituta? Quid vero? etsi dificile erat vobis cognoscere, quid sit

1. ἐλεῶντες, ἑαυτοὺς C, ἐλεοῦντες ἑαυτοὺς S.
2. τὰ transcripsi ex O.
3. Luc. 23, 34.
4. γονέων μὲν ὄντων ἐχθρῶν δὲ γενομένων ἐποιοῦντο τὰς εὐχὰς O.
5. πείρωνται O.
6. ἡμῖν, τί ἐστιν C.

γνῶναι τί Θεός, τὸ μέντοι τί οὐ Θεός, μὴ εἰδέναι οὐκ ἐδύνασθε, ἵνα λογίσησθε ὅτι Θεός ἐστιν οὐ ξύλον, οὐ λίθος, οὐ χαλκός, οὐκ ἄλλο τι ἐκ φθαρτῆς γεγονὸς ὕλης.

XXII. Ἢ γὰρ οὐχ ὑπὸ σιδήρου ἐτορεύθησαν καὶ ὁ τορεύσας[1] σίδηρος ὑπὸ πυρὸς ἐμαλάχθη, καὶ τὸ πῦρ αὐτὸ[2] σβέννυται ὑπὸ ὕδατος; τὸ δὲ ὕδωρ οὐχ ὑπὸ πνεύματος τὴν κίνησιν ἔχει, καὶ τὸ πνεῦμα ἀπὸ τοῦ τὰ ὅλα πεποιηκότος Θεοῦ τὴν ἀρχὴν τῆς ἐκτάσεως[3] ἔχει; οὕτως γὰρ ὁ προφήτης εἴρηκε Μωσῆς[4]· ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος· καὶ σκότος ἐπάνω τῆς ἀβύσσου· καὶ πνεῦμα Θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τοῦ ὕδατος. ὅπερ καὶ λέγοντος τοῦ Θεοῦ, τὸ πνεῦμα, ὥσπερ χεὶρ αὐτοῦ τὰ πάντα δημιουργεῖ, φῶς ἀπὸ σκότους χωρίζον[5], καὶ μετὰ τὸν ἀόρατον οὐρανὸν τὸν φαινόμενον ἐφαπλῶσαν[6], ἵνα τὰ ἄνω τοῖς τοῦ φωτὸς ἀγγέλοις οἰκηθῇ, τὰ δὲ κάτω ὑπὸ ἀνθρώπου ἅμα τοῖς δι' αὐτὸν γενομένοις πᾶσι διοικηθῇ.

XXIII. Διὰ γὰρ σὲ τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεὸς ἐκέλευσε τὸ ἐπὶ προσώπου τῆς γῆς ὑποχωρῆσαι ὕδωρ, ἵνα καρποὺς ἡ γῆ σοι προσενέγκαι δυνηθῇ, καὶ τρηδόνας ἐποίησεν, ἵνα σοι παρασχῇ[7] πηγὰς καὶ ποταμῶν ῥεῖθρα φανῇ καὶ ζῶα ἐκβρασθῇ[8], συνελὼν ἐρῶ, ἵνα πάντα σοι παραστῆναι δυνηθῇ. ἢ γὰρ οὐ διὰ σὲ ἄνεμοι πρὸς καρπῶν ἐπιγονὴν πνέουσι[9] καὶ ὑετοὶ φέρον-

Deus, at quid non sit Deus, non potuistis non scire, ut reputaretis, neque lignum, neque lapidem, neque aes, neque aliud quid ex corruptibili constans materia Deum esse.

XXII. Nonne enim ferro caelata sunt simulacra, et ferrum quod sculpsit igne emollitum est, et ignis aqua exstinguitur? An non vero aqua per spiritum movetur, atque spiritus a Deo cunctorum opifice initium exstantiae habet? Sic enim dixit Moyses propheta: *in principio creavit Deus coelum et terram: terra autem erat invisibilis et incomposita et tenebrae erant super abyssum, et spiritus Dei ferebatur super aquas.* Qui spiritus, dicente Deo, velut manus ipsius cuncta fecit, lucem separavit a tenebris, et post coelum invisibile visibile expandit, ut superiora ab angelis lucis habitarentur, inferiora vero ab homine una cum omnibus propter ipsum factis administrarentur.

XXIII. Nam propter te hominem Deus aquam quae supra faciem terrae erat jussit secedere, ut tibi terra fructus posset producere: et fecit meatus, quo fontes tibi praeberet, ac apparerent fluminum undae, et animalia exirent, uno verbo, ut omnia se tibi possent offerre. Aut non propter te venti spirant,

1. ἐτορνεύθησαν, καὶ ὁ τορνεύσας C. Cfr. Turrian. pro Epist. Pontif. Lib. v. cap. ult.
2. αὐτὸ om. O.
3. ἐκστάσεως C.
4. Gen. 1, 1.
5. χωρίζων O.
6. ἐφαπλώσας O.
7. παράσχοι O.
8. Ita O et ex conject. C, cuj. textus ἐκβασθῇ.
9. πνέουσι adscripsi c. O.

ται καὶ τροπαὶ γίνονται; αὐτίκα γοῦν ἥλιος καὶ σελήνη ἅμα τοῖς ἄλλοις ἄστροις[1] διὰ σὲ τὰς ἀνατολὰς καὶ δύσεις ἐκτελοῦσιν, καὶ ποταμοὶ καὶ λίμναι ἅμα ταῖς πάσαις πηγαῖς[2] ὑπηρετοῦσιν. ὅθεν σοι τῷ ἀναισθήτῳ ὥσπερ ἡ μείζων ἐδόθη τιμή, οὕτως ἀχαριστήσαντι ἡ μείζων διὰ πυρὸς κόλασις προητοίμασται, ὅτι γνῶναι οὐκ ἠθέλησας ὃν πρὸ πάντων ἔδει γνῶναι.

XXIV. Καὶ[3] νῦν δὲ ἐκ τῶν ἡττόνων ἐπίγνωθι τὴν τῶν ὅλων αἰτίαν, λογισάμενος ὅτι τὰ πάντα τὸ ὕδωρ ποιεῖ, τὸ δὲ ὕδωρ ὑπὸ πνεύματος κινήσεως τὴν γένεσιν λαμβάνει, τὸ δὲ πνεῦμα ἀπὸ τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ τὴν ἀρχὴν ἔχει. καὶ οὕτως ἔδει λογίσασθαι, ἵνα ἐπὶ λόγῳ εἰς Θεὸν καταντῆσαι δυνηθῇς, ὅπως ἐπιγνούς σου τὸ γένος[4], καὶ πρωτογόνῳ ἀναγεννηθεὶς ὕδατι καὶ[5] κληρονόμος καταστῇς τῶν πρὸς ἀφθαρσίαν γεννησάντων σε γονέων.

XXV. Διὸ ἑτοίμως πρόσελθε ὡς υἱὸς πατρί, ἵνα τῶν ἁμαρτημάτων σου ὁ Θεὸς τὴν ἄγνοιαν αἰτίαν θῇ. εἰ δὲ καὶ μετὰ τὸ κληθῆναι οὐ θέλεις ἢ βραδύνεις, δικαίᾳ Θεοῦ ἀπολῇ κρίσει, τῷ μὴ θελῆσαι μὴ θεληθείς. καὶ μή τοι νομίσῃς, ὅτι ἐὰν[6] πάντων τῶν ποτὲ γενομένων εὐσεβῶν εὐσεβέστερος γένῃ, ἀβάπτιστος δὲ ᾖς, ἐλπίδος τυχεῖν δυνήσῃ ποτέ. ταύτῃ γὰρ μᾶλλον πλείονα ὑφέξεις κόλασιν, ὅτι καλὰ ἔργα οὐκ ἐποίησας καλῶς. καλὴ γὰρ εὐποιΐα, ὁπόταν ὡς Θεὸς ἐκέλευσε γίνηται. σὺ δὲ εἰ οὐ θέλεις,

ad fructuum productionem, et imbres deferuntur, et anni tempestates fiunt? Jam vero sol et luna cum aliis stellis propter te oriuntur et occidunt, fluvii et stagna cum omnibus fontibus tibi subserviunt. Unde tibi sensu carenti quemadmodum major praestitus est honor, ita ingrato major praeparata est ignis poena, quod scire nolueris, quem ante omnia oportuit cognoscere.

XXIV. Sed vel nunc ex minoribus agnosce cunctorum causam, considerans, quod omnia aqua producit, aqua vero a spiritu accipit motus originem, spiritus autem ab universorum Deo initium habet. Atque ita oportet reputare, quo per rationem ad Deum possis pervenire, ut agnoscens tuum genus et regeneratus aqua primigenita etiam haeres efficiaris parentum qui te ad incorruptionem genuerunt.

XXV. Propter quod prompte, tamquam filius ad patrem, accede, ut Deus causam peccatorum tuorum ponat ignorantiam. Quod si postquam vocatus es, non vis, aut cunctaris, justo Dei judicio peribis, et quia tu noluisti, nolet te Deus. Nec vero putes, quod etsi omnium, qui umquam fuerunt pii, piissimus sis, non fueris autem baptizatus, spem adipisci aliquando poteris. Eo enim majores dabis poenas, quod bona opera non bene feceris. Praeclara enim res

1. ἄστροις om. O.

2. πάσαις p. πάσαις πηγαῖς C, qui conj. θαλάσσαις. Lectio Ottoboniani quamlibet conjecturam reddit superfluam.

3. Κἂν C.

4. ἐπιγνῷς αὐτο γ. C, ἐπιγνῷς σαυτοῦ γ. D.

5. καὶ om. O.

6. κἂν scr. Schliemannus Clem. p. 226. 569. S.

ὡς ἐκείνῳ ἔδοξεν, βαπτισθῆναι, τῷ σῷ θελήματι ὑπηρετῶν ἐχθραίνεις τῇ ἐκείνου βουλῇ.

XXVI. Ἀλλ' ἴσως ἐρεῖ τις· τί συμβάλλεται πρὸς εὐσέβειαν τὸ βαπτισθῆναι ὕδατι; πρῶτον μέν, ὅτι τὸ δόξαν Θεῷ πράττεις. δεύτερον δέ, ἐξ ὕδατος ἀναγεννηθεὶς Θεῷ, αἰτίᾳ φόβου[1], τὴν ἐξ ἐπιθυμίας πρώτην σοι γενομένην καταλλάσσεις[2] γένεσιν, καὶ οὕτως σωτηρίας τυχεῖν δύνῃ· ἄλλως δὲ ἀδύνατον. οὕτως γὰρ ἡμῖν ὤμοσεν ὁ προφήτης εἰπών[3]· ἀμὴν ὑμῖν λέγω, ἐὰν μὴ ἀναγεννηθῆτε ὕδατι ζῶντι, εἰς ὄνομα πατρός, υἱοῦ, ἁγίου πνεύματος, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. διὸ προσέλθετε. ἔστι γάρ τι ἐκεῖ ἀπαρχῆς ἐλεῆμον, ἐπιφερόμενον τῷ ὕδατι, καὶ[4] τοὺς βαπτιζομένους ἐπὶ τῇ τρισμακαρίᾳ ἐπονομασίᾳ καὶ[5] ῥύεται τῆς ἐσομένης κολάσεως, ὥσπερ δῶρα προσφέρον τῷ Θεῷ ὡς ἂν[6] ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος αὐτῶν τῶν βαπτισθέντων τὰς εὐποιΐας. διὸ προσφεύγετε τῷ ὕδατι, τοῦτο γὰρ μόνον τὴν τοῦ πυρὸς ὁρμὴν σβέσαι δύναται. τούτῳ ὁ μήπω προσελθεῖν θέλων ἔτι τὸ τῆς λύσσης φέρει πνεῦμα, οὗ ἕνεκα ἐπὶ τῇ αὐτοῦ[7] σωτηρίᾳ ὕδατι ζῶντι προσελθεῖν οὐ θέλει.

XXVII. Πρόσελθε οὖν, κἂν δίκαιος ᾖς κἂν ἄδικος. δικαίῳ γὰρ ὄντι

est, bona operari, quando juxta mandatum Dei fit. Tu vero, si, ut illi placet, nolis baptizari, tuae voluntati obsequens illius consilio repugnas.

XXVI. Sed aliquis forsan dicet: quid confert ad pietatem, aqua baptizari? Primo quidem, quia id quod Deo placuit facis. Secundo vero, per aquam Deo renatus, timoris causa primam nativitatem quam ex concupiscentia traxisti permutas, sicque salutem consequi potes: aliter autem impossibile est. Ita enim nobis juravit propheta dicens: *Amen dico vobis, nisi renati fueritis aqua viva, in nomine Patris, Filii, Spiritus sancti, non introibitis in regnum coelorum.* Quocirca accedite. Ibi namque est aliquid ab initio misericors, quod fertur super aquam, et eos qui in ter beata invocatione baptizati sunt eripit de futuris suppliciis, et quae post baptismum facta sunt a baptizatis bona opera Deo offert quasi donum. Quare confugite ad aquam: haec enim sola vim ignis potest exstinguere. Ad quam qui nondum vult venire, adhuc rabidum gerit spiritum, cujus gratia non vult pro sua salute adire aquam vivam.

XXVII. Accede igitur, sive justus sis, sive injustus. Nam tibi, si justus

1. Ita O c. S, *αἰτίᾳ φόβῳ* C. Haec vbb. non sunt in Codice Turriani, neque agnoscuntur a Rufino: quare ea D esse putat a mala manu. S.

2. *ἀποτέμνῃ* alia man. O. Ita et Turrianus; Ruf. Rec. VI, 9: „amputatur".

3. Joan. 3, 5. Cfr. Schw. Mont. p. 184; Nachap. Zeitalter I, 218 sq.; Zeller: Ann. Theol. Tubing. 1845 p. 613; 1847 p. 132; Frank: Würtmb. St. tom. XVIII p. 71 sq. XIX p. 179; Hilgenfeld: D. clem. Rec. u. Rom. p. 166; D. Ev. Joh. p. 151; Krit. Unters. p. 358; Ritschl: Ann. Theol. Tub. 1851 p. 514.

4. *καὶ* O c. D, qui locum ita vult restitui: *καὶ τοὺς βαπτ. ἐπὶ τῇ τρ. ἐπον. ῥύεται καὶ τῆς ἐσ. κολ.* Apud C *καὶ* deest ante *τοὺς βαπτιζομένους*, S *ὃ τοὺς βαπτιζομένους*.

5. *καὶ* om. O.

6. *ὡς ἂν* D, *ὅτ' ἂν* C, *ὅταν* O.

7. Ita S., *αὐτοῦ* C O.

σοι μόνον ἔλειπε τὸ πρὸς σωτηρίαν βαπτισθῆναι, ἀδίκῳ δὲ πρὸς τὸ βαπτισθῆναι[1] εἰς ἄφεσιν τῶν ἐν ἀγνοίᾳ προπεπραγμένων[2]. ἀδίκῳ δ' ὑποκαταλείπεται κατ' ἀναλογίαν τῆς ἀσεβείας ἡ ἐπὶ τὸ βάπτισμα εὐποιΐα. διὸ εἴ τε δίκαιος εἶ, εἴτε ἄδικος, σπεῦσον γεννηθῆναι Θεῷ, ὅτι ἡ ἀναβολὴ κίνδυνον φέρει διὰ τὸ ἄδηλον[3] εἶναι τοῦ θανάτου τὴν προθεσμίαν, τῷ ἐξ ὕδατος[4] γεννῶντί σε πατρὶ διὰ τῆς εὐποιΐας τὴν ὁμοιότητα δείξας. ὡς φιλαληθὴς τὸν ἀληθῆ Θεὸν τιμῶν ὡς πατέρα. τιμὴ δὲ αὐτῷ τὸ ζῆν σε ὡς αὐτὸς δίκαιος ὢν θέλει. δικαίου δὲ θέλημα τὸ μὴ ἀδικεῖν. ἀδικεία δέ ἐστιν φονεύειν, μισεῖν, πλεονεκτεῖν, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια· τούτων δὲ εἴδη πολλά.

XXVIII. Πλὴν τούτοις συνεισφέρειν δεῖ τί ποτε, ὃ κοινότητα πρὸς ἀνθρώπους μὲν οὐκ ἔχει, ἴδιον δὲ θρησκείας Θεοῦ τυγχάνει. λέγω δὴ τὸ καθαρεύειν, τὸ ἐν ἀφέδρῳ οὔσῃ τῇ ἰδίᾳ γαμετῇ μὴ κοινωνεῖν, ὅτι τοῦτο ὁ Θεοῦ κελεύει νόμος. τί δέ, εἰ μὴ καὶ τῇ τοῦ Θεοῦ θρησκείᾳ τὸ καθαρεύειν ἀνέκειτο, ὑμεῖς ὡς οἱ κάνθαροι[5] ἡδέως ἂν ἐκυλίεσθε. διὸ ὡς ἄνθρωποι ἔχοντές τι πλεῖον τῶν ἀλόγων ζώων, τὸ λογικοὶ[6] εἶναι, τὴν μὲν καρδίαν τῶν κακῶν οὐρανίῳ καθάρατε λογισμῷ, λουτρῷ δὲ πλύνετε[7] τὸ σῶμα.

es, solum deerat baptizari in salutem, sin injustus in remissionem eorum, quae in ignorantia prius perpetrasti. Si vero injustus, relinquitur, ut baptismatis bona opereris juxta impietatis proportionem. Quapropter, sive justus es sive iniquus, festina nasci Deo, quia dilatio affert periculum; nam incertum est praestitutum morti nostrae tempus. Patri, qui te ex aqua genuit, similitudinem per bona opera ostende. Tamquam veri studiosus verum Deum honora ut patrem. Honor autem ejus est, ut ita vivas, sicut ipse, qui justus est, desiderat. Porro justi voluntas est, injustitiam non facias. Et est injustita, occidere, adulterare, odisse, fraudare, caeteraque his similia, quorum multae sunt species.

XXVIII. Verumtamen istis adjiciendum est aliquid, quod quidem cum reliquis hominibus non est commune, sed proprie competit religioni Dei. Dico autem, in puritate degere, ad uxorem suam quando in purgatione est non accedere: hoc quippe jubet Dei lex. Quid vero? nisi puritas in religione Dei esset consecrata, vos ut canthari cum voluptate volveremini. Quare, tamquam homines aliquid amplius brutis animantibus habentes, nimirum esse rationales,

1. Vbb. ἀδίκῳ δὲ πρὸς τὸ βαπτισθῆναι accesserunt ex O, in cuj. marg. man. rec. τῷ pro τό.

2. πεπραγμένων C. Subinde ἀδίκῳ δ' add. S c. Rufino Rec. VI, 9: „injusto vero."

3. ἄδειλον O.

4. ὕδατι O.

5. Arist. Hist. Anim. V, 19. 552, a, 17: οἱ δὲ κάνθαροι ἣν κυλίουσι κόπρον, ἐν ταύτῃ φωλεύουσί τε τὸν χειμῶνα. S. Tum ἀνεκυλίεσθε p. ἂν ἐκυλίεσθε C.

6. λογικὸν C, τῷ λογικοὶ εἶναι conj. S.

7. πλύνατε C. Tum τὸ ἀληθὲς O. Deinceps fuit lacuna in O inter καθαρεύειν et ὅτι, quam al. man. partim explevit verbis οὐχ ὡς inscriptis.

κατὰ γὰρ τὰ ἀληθῆ τὸ καθαρεύειν, οὐχ ὡς ὅτι προηγεῖται τῆς κατὰ τὴν καρδίαν καθάρσεως ἡ τοῦ σώματος ἁγνεία, ἀλλ' ὡς[1] ὅτι ἕπεται τῷ ἀγαθῷ τὸ καθάριον. καὶ γὰρ ὁ διδάσκαλος ἡμῶν ἐνίους τῶν ἐν ἡμῖν[2] Φαρισαίων καὶ γραμματέων, οἵ εἰσιν ἀφωρισμένοι καὶ τὰ νόμιμα ὡς γραμματεῖς τῶν ἄλλων πλεῖον εἰδότες, ὅμως διήλεγχεν αὐτοὺς ὡς ὑποκριτάς, ὅτι μόνα τὰ ἀνθρώποις φαινόμενα ἁγνεύοντες τὰ τῆς καρδίας καθαρὰ καὶ Θεῷ μόνῳ ὁρώμενα παρελίμπανον.

XXIX. Ῥητῇ οὖν ταύτῃ φωνῇ ἐχρήσατο, τὰ ἀληθῆ πρὸς τοὺς ὑποκριτὰς αὐτῶν λέγων[3], οὐ πρὸς πάντας. ἐνίων γὰρ καὶ ἐπακούειν ἔλεγεν, ὅτι τὴν Μωυσέως ἐπιστεύθησαν καθέδραν. πλὴν πρὸς τοὺς ὑποκριτὰς ἔλεγεν· οὐαὶ ὑμῖν[4] γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι, ὑποκριταί, ὅτι καθαρίζετε τοῦ ποτηρίου καὶ τῆς παροψίδος τὸ ἔξωθεν, ἔσωθεν δὲ γέμει ῥύπου[5]. Φαρισαῖε τυφλέ, καθάρισον πρῶτον τοῦ ποτηρίου καὶ τῆς παροψίδος τὸ ἔσωθεν, ἵνα γένηται καὶ τὰ ἔξω αὐτῶν[6] καθαρά. καὶ ἀληθῶς. φωτισθέντος γὰρ τοῦ νοῦ τῇ γνώσει ὁ μαθὼν δύναται ἀγαθὸς εἶναι, ᾧ παρέπεται τὸ καθαρὸν γενέσθαι. ἐκ τῆς ἔσω γὰρ διανοίας ἡ τοῦ ἔξω σώματος ἀγαθὴ γίνεται πρόνοια. ὡς ἀπό γε τῆς κατὰ τὸ σῶμα ἀναισθησίας τῆς διανοίας πρόνοια γενέσθαι οὐ δύναται, οὕτως ὁ καθαρὸς καὶ τὸ ἔξω καὶ τὸ ἔσω καθ-

cor quidem a malis purgate per coelestem intellectum, lavacro autem corpus diluite. Nam inter vere bona est mundities. Non quasi cordis puritatem praecedat castitas corporis, sed quia post bonum sequitur quod mundum est. Etenim Magister noster quosdam nostrorum Pharisaeorum et Scribarum, qui sunt separati, et legis instituta, ut scribae, plus caeteris cognoscunt, redarguebat tamen velut hypocritas, quod ea sola quae ab hominibus videntur purificarent, cordis vero puritatem quam solus Deus aspicit relinquerent.

XXIX. Hac ergo ipsa voce usus est, revera ad hypocritas inter eos loquens, non vero ad omnes. Nam praecepit, ut quibusdam obediretur, quod iis commissa fuisset Moysis cathedra. Verum ad hypocritas dixit: *Vae vobis Scribae et Pharisaei hypocritae, quia mundatis calicis et paropsidis quod exterius est, intus autem ea plena sunt squaloris. Pharisaee caece, munda prius calicis et paropsidis interius, ut et illorum exteriora munda fiant.* Et vere. Nam mente per scientiam illustrata, qui didicit potest esse bonus; quam rem consequitur puritas, quia ex interiori intellectu fit exterioris corporis bona provisio. Quemadmodum ex corporis neglectu mentis provisio fieri nequit, ita qui purus est, et quod exterius est et quod interius potest purgare: qui vero

1. ἀλλὰ ὡς C.
2. ὑμῖν C. Ottoboniani lect. praesagivit S.
3. λέγων add. c. O. Idem p. ἔλεγεν lacunam praebet. Matth. 23, 2.
4. ὑμεῖς O. Matth. 23, 25.
5. ῥύπους C.
6. αὐτοῦ O.

ἄραι δύναται, ὁ δὲ τὰ ἔξω καθαίρων, πρὸς ἀνθρώπων [1] τὸν ἔπαινον ἀφορῶν τοῦτο ποιεῖ, καὶ ἐπαίνῳ τῶν ἱστορούντων παρὰ τῷ Θεῷ οὐδὲν ἔχει.

XXX. Τίνι δὲ οὐ φαίνεται, ὅτι κρεῖττόν ἐστι γυναικὶ ἐν γυναικείοις οὔσῃ μὴ συνελθεῖν, ἀλλὰ καθαρθείσῃ καὶ βαπτισθείσῃ; ἀλλὰ καὶ μετὰ κοινωνίαν βαπτίζεσθαι δεῖ. εἰ δὲ τοῦτο ποιεῖν ὀκνεῖτε, ἀναπολήσατε, πῶς τὰ τῆς ἁγνείας μέρη μετεδιώκετε, ὅτε ἀναισθήτοις εἰδώλοις ἐθρησκεύετε [2]. αἰσχύνθητε ὅτι ἐνταῦθα, ὅπου ἐχρῆν, οὐ τὸ πλεῖον λέγω, ἀλλὰ μόνον καὶ ὅλον τὸ τῆς ἁγνείας ἀναδέξασθαι, ὀκνηρότεροι γίνεσθε. νοήσατε οὖν τὸν ἐκεῖ ὑμᾶς πεποιηκότα, καὶ διανοηθήσεσθε τίς ἐστιν ὁ ἐνταῦθα ὄκνον πρὸς ἁγνείαν ὑμῖν ἐμβάλλων.

XXXI. Ἀλλ' ἐρεῖ τις ὑμῶν· χρὴ οὖν ἡμᾶς ποιεῖν ὅσα ἐν εἰδώλοις ἐποιοῦμεν; φημί σοι, οὐχ ὅλα, ἀλλ' ὅσα καλῶς ἐποιεῖτε, καὶ ἐνταῦθα πλεῖον. ὅ τι γὰρ ἂν καλῶς γίνηται ἐν τῇ πλάνῃ, ἀπὸ τῆς ἀληθείας ἤρτηται, ὡς εἰ καί τι ἐν τῇ ἀληθείᾳ κακῶς γένοιτο, ἀπὸ τῆς πλάνης ἐστίν. ἀπολάβετε οὖν ὑμῶν πανταχόθεν τὰ ἴδια, μὴ τὰ ἀλλότρια, καὶ μὴ λέγετε, εἴ τι ποιοῦσιν οἱ πεπλανημένοι καλόν, ποιεῖν οὐκ ὀφείλομεν. τούτῳ γὰρ τῷ λόγῳ, ἐὰν μὴ φονεύῃ τις εἴδωλα σέβων, φονεύειν ὀφείλομεν, ὅτι ὁ ἐν πλάνῃ ὢν οὐ φονεύει [3];

XXXII. Οὐχί. ἀλλὰ [4] τὸ πλεῖον, ἐὰν οἱ ἐν πλάνῃ μὴ φονεύωσιν,

exteriora purgat, ad hominum laudes aspiciens, id agit, ac propter cernentium laudes nihil a Deo recipit.

XXX. Cui vero non apparet, melius esse ad mulierem menstrua patientem non accedere, sed ad purificatam et lotam? Oportet etiam post concubitum lavari. Quod si hoc facere vos piget, animo repetite, quo pacto castimoniae munia prosequebamini, quando sensus expertia idola colebatis. Erubescite, quod hic, ubi oportuit, non dico majorem, sed singularem et integram amplecti castitatem, segniores estis. Cogitate igitur eum, qui vos illic constituerat, et intelligetis quis hic vobis segnitiem ad castimoniam immittat.

XXXI. Sed dicet aliquis vestrum: oportet ergo nos facere quaecumque apud idola egimus. Aio tibi: non omnia, sed quaecumque bene faciebatis, atque hic majorem in modum. Quidquid enim bene fit in errore, a veritate pendet, sicut et si quid male fiat in veritate, ex errore venit. Recipite igitur quae undique ad vos pertinent, non quae sunt aliena, et ne dicatis: si quid boni faciunt qui errant, facere nos non debemus. Hac siquidem ratione, si non occidat idolorum cultor, debemus occidere, quia qui in errore versatur non occidit?

XXXII. Minime: immo potius, si illi qui errant homicidium non faciunt,

1. Ita O c. S, ἀνθρώπους C.
2. ἐθρησκεύετε S O, θρησκεύετε C.
3. Post φονεύει puncto distinguit C.
4. Οὐχί ἄλλο C, Οὐχί, ἀλλὰ S, et Ruf. Rec. VI, 13 „non ita est, sed.“ Dein ἐὰν S, ἵνα O c. C, qui conj. ἵνα εἰ οἱ.

ἡμεῖς μὴ[1] ὀργιζώμεθα, ἐὰν ὁ ἐν πλάνῃ μὴ μοιχεύῃ, ἡμεῖς τὴν ἀρχὴν μηδὲ ἐνθυμηθῶμεν[2], ἐὰν ὁ ἐν πλάνῃ τὸν ἀγαπῶντα ἀγαπᾷ, ἡμεῖς καὶ τοὺς μισοῦντας, ἐὰν ὁ ἐν πλάνῃ δανείζῃ τοῖς ἔχουσιν, ἡμεῖς καὶ τοῖς μὴ ἔχουσιν. ἅπαξαπλῶς ὀφείλομεν οἱ τὸν ἄπειρον αἰῶνα ἐλπίζοντες κληρονομεῖν, τῶν τὸν παρόντα μόνον εἰδότων, τῶν ὑπ' αὐτῶν γενομένων καλῶν κρείττω[3] ποιεῖν, εἰδότες, ὅτι ἐὰν αὐτῶν τὰ ἔργα τοῖς ἡμετέροις ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως ἀνακριθέντα ἴσα[4] τῇ εὐποιΐᾳ εὑρεθῇ, καὶ ἡμεῖς ἐναισχυνθῆναι ἔχομεν, αὐτοὶ δὲ διὰ πλάνην τὰ κατ' αὐτὸν[5] ποιήσαντες ἀπολέσθαι. τὸ δὲ αἰσχυνθῆναι κατὰ τοῦτο εἴρηκα, ὅτι μὴ πλεῖον ἐποιήσαμεν αὐτῶν ὧν καὶ πλεῖον ἐγνώκαμεν. εἰ δὲ αἰσχυνθῆναι ἔστιν, τὴν εὐποιΐαν αὐτοῖς ἴσην δείξαντας[6] καὶ οὐ πλεῖον, πόσῳ γε[7] μᾶλλον, ἐὰν αὐτῶν τῆς εὐποιΐας τὸ ἧττον δείξωμεν;

XXXIII. Ὅτι δὲ ὄντως ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως ταῖς τῶν πεπλανημένων εὐποιΐαις αἱ τῶν ἀλήθειαν ἐγνωκότων ἰσάζονται πράξεις, αὐτὸς ἡμᾶς ὁ ἀψευδὴς ἐδίδαξεν, εἰπὼν πρὸς μὲν τοὺς ἀμελοῦντας ἐλθεῖν καὶ ἐπακούειν αὐτοῦ· βασίλισσα νότου ἐγερθήσεται μετὰ τῆς γενεᾶς ταύτης, καὶ κατακρινεῖ αὐτήν, ὅτι[8] ἦλθεν ἀπὸ τῶν περάτων τῆς γῆς ἀκοῦσαι τὴν σοφίαν Σολομῶνος· καὶ ἰδοὺ πλεῖον Σολομῶνος ὧδε, καὶ οὐ πιστεύετε. πρὸς δὲ

nos ne irascamur: si errans non moechatur, nos primitus ne quidem concupiscamus: si ille amantem amat, nos etiam inimicos diligamus: si ille mutuum dat iis qui habent, nos etiam non habentibus. Omnino sane debemus, qui aeterni saeculi haereditatem speramus, in bonis operibus superare eos, qui praesens tantum saeculum norunt: gnari quod, si opera illorum cum nostris operibus in die judicii collata paris meriti reperiantur, confusio nobis erit, et illi per errorem quod ad futurum saeculum operati interibunt. Fore autem nobis confusionem, in eo dixi, quod non amplius fecerimus quam illi, quibus amplius intelleximus. Quod si confusio erit, si in operibus bonis nos illis aequales ostendemus, non superiores, quanto magis, si in iisdem operibus nos inferiores exhibuerimus?

XXXIII. Quod autem vere in die judicii cum bonis operibus errantium comparentur actiones cognoscentium veritatem, nos docuit qui nescit mentiri, dicens ad eos quidem qui negligebant venire et audire illum: *Regina Austri surget cum generatione ista, et condemnabit eam, quia venit a finibus terrae audire sapientiam Salomonis, et ecce plus quam Salomon hic, et non creditis.*

1. μὴ O et ex conject. C, in cuj. Cod. deest. Tum μὴ μοιχεύῃ O, μοιχεύει C, qui quidem recte μὴ deesse vidit.
2. ἐπιθυμηθῶμεν conj. C, quod non graecum est. Lectio vulg. recte se habet. S.
3. κρεῖττον C.
4. Ita O et in marg. C, ὅσα in textu.
5. καθ' αὐτῶν C, καθ' αὐτοὺς leg. putat S.
6. Ita scripsi ratione habita lect. Ottob. δείξαντα, ap. C δείξαντες. Verum jam vidit S.
7. πῶς γε C.
8. ὅτι om. O. Matth. 12, 42.

τοὺς ἐν τῷ λαῷ μὴ θέλοντας μετανοῆσαι ἐπὶ τῷ κηρύγματι αὐτοῦ εἶπεν· ἄνδρες Νινευῖται [1] ἐγερθήσονται μετὰ τῆς γενεᾶς ταύτης, καὶ κατακρινοῦσιν αὐτήν, ὅτι ἀκούσαντες μετενόησαν εἰς τὸ κήρυγμα Ἰωνᾶ· καὶ ἰδοὺ πλεῖον ὧδε, καὶ οὐδεὶς πιστεύει. καὶ οὕτως πρὸς πᾶσαν ἀσέβειαν αὐτῶν ἀντιπαραθεὶς τοὺς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν [2] πεποιηκότας, εἰς κατάκρισιν τῶν ἐν θεοσεβείᾳ μηδὲ τὸ ἴσον καλὸν τοῖς πεπλανημένοις πεποιηκότων, τοὺς ἔχοντας λογισμὸν ἐνουθέτει, μὴ μόνον ὅσα τοῖς ἔθνεσι τὰ καλὰ ἴσως ποιεῖν, ἀλλὰ τὸ πλεῖον. ὁ δὲ λόγος μοι ἐρρύη, πρόφασιν λαβὼν ἐκ τοῦ δεῖν φυλάσσειν τὴν ἄφεδρον, καὶ ἀπὸ κοινωνίας βαπτίζεσθαι, μὴ ἀρνεῖσθαι τὴν τοιαύτην ἁγνείαν, κἂν οἱ πεπλανημένοι αὐτὴν πράττωσιν [3], ὅτε εἰς κατάκρισιν τῶν ἐν θεοσεβείᾳ εἰσὶν οἱ ἐν πλάνῃ ποιοῦντες καλῶς μετὰ τοῦ μὴ σώζεσθαι· ὅτι ἡ τιμὴ τῆς ἁγνείας αὐτῶν ἐστὶ διὰ τὴν πλάνην, καὶ οὐ διὰ θρησκείαν τοῦ ὄντως πατρὸς καὶ Θεοῦ τῶν ὅλων.

XXXIV. Τοῦτο δὲ εἰπὼν ἀπέλυσε τοὺς ὄχλους, καὶ συνήθως ἁλῶν σὺν τοῖς φιλτάτοις μεταλαβὼν ἡσύχασεν. οὕτως οὖν ποιῶν καὶ διαλεγόμενος ἑκάστοτε προσαγωγὰς [4] κατὰ τὸ βέβαιον προσέφερε τῷ τοῦ Θεοῦ νόμῳ, τοὺς νομιζομένους μετὰ τῆς νομιζομένης γενέσεως ἐλέγχων, καὶ ὅτι αὐτοματισμὸς μὲν οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ κατὰ πρόνοιαν διοικεῖται ὁ κόσμος.

XXXV. Τριῶν οὖν μηνῶν πληρωθέντων νηστεῦσαί μοι κελεύσας ἡμε-

Ad eos vero e populo, qui nolebant ad illius praedicationem agere poenitentiam, dixit: *Viri Ninivitae surgent cum generatione hac et condemnabunt illam, quia audientes egerunt poenitentiam ad praedicationem Jonae, et ecce plus hic, et nemo credit.* Sicque ad omnem eorum impietatem opponens Ethnicorum bene operantes, in condemnationem eorum qui in vera religione bonorum operum aequalia non faciebant errantibus, admonebat cordatos, ut non solum bonitatem gentilium aequarent operibus, sed etiam vincerent Mihi autem fluxit hic sermo, occasione accepta ex eo, quod oportet servare tempus purgationis et post concubitum corpus abluere, nec infitiari hanc castimoniam, licet qui a veritate aberrant, illam exsequantur: quandoquidem qui in errore bene agunt, et verae religionis homines condemnant, et non salvantur, quia castitatem colunt propter errorem, non vero propter pietatem in verum patrem ac Deum cunctorum.

XXXIV. Quod cum dixisset, turbas dimisit, et ex more cum familiaribus cibo sumpto quievit. Ita ergo faciens et quotidie disserens, accessiones firmas legi Dei adduxit, putatos Deos cum credita genesi confutans, ostendensque temerarium rerum casum nequaquam esse, sed mundum ex providentia gubernari.

XXXV. Completis ergo tribus mensibus, cum per dies jussisset me jeju-

1. *νινευίτα* O. Luc. 11, 32.
2. Post *ἐθνῶν* addendum fort. *εὖ*, vel *καλῶς* post *πεποιηκότας*. S.
3. *πράττωσιν* S O, *πράττουσιν* C.
4. *προσαγωγὰς προσέφερεν.* Ad verbum sic verte: „divinae legi firmas adduxit accessiones“; hoc est, homines nonnullos ita convertit, ut in posterum divinae revelationi ex animo crederent et adhaererent. D.

ρῶν, ἀγαγών με εἰς τὰς ἐν τῇ θαλάσσῃ πλησίον οὔσας πηγάς, ὡς εἰς ἀένναον[1] ἐβάπτισεν ὕδωρ. οὕτως ἰοὖν εὐωχηθέντων τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν ἐπὶ τῇ θεοδωρήτῳ μου ἀναγεννήσει, μετ᾽ οὐ πολλὰς ἡμέρας τοῖς πρεσβυτέροις ἐπιστρέφων ἐπὶ πάσης τῆς ἐκκλησίας ἐνετείλατο λέγων· ὁ ἀποστείλας ἡμᾶς κύριος ἡμῶν καὶ προφήτης ὑφηγήσατο ἡμῖν, ὡς ὁ πονηρὸς τεσσαράκοντα ἡμέρας διαλεχθεὶς αὐτῷ καὶ μηδὲν δυνηθεὶς πρὸς αὐτόν, ἐκ τῶν αὐτοῦ ἐπηκόων[2] ἐπηγγέλλετο πρὸς ἀπάτην ἀποστόλους πέμψαι. διὸ πρὸ πάντων μέμνησθε ἀπόστολον[3] ἢ διδάσκαλον ἢ προφήτην φεύγειν μὴ πρότερον [ἀκριβῶς] ἀντιβάλλοντα αὐτοῦ τὸ κήρυγμα Ἰακώβῳ τῷ λεχθέντι ἀδελφῷ τοῦ κυρίου μου καὶ πεπιστευμένῳ ἐν Ἱερουσαλὴμ τὴν Ἑβραίων διέπειν ἐκκλησίαν, καὶ μετὰ[4] μαρτύρων προσεληλυθότα πρὸς ὑμᾶς, ἵνα μὴ ἡ κακία ἡ τῷ κυρίῳ προσδιαλεχθεῖσα[5] ἡμέρας τεσσαράκοντα, μηδὲν δυνηθεῖσα, ὕστερον ὡς ἀστραπὴ ἐξ οὐρανοῦ ἐπὶ γῆς πεσοῦσα καθ᾽ ὑμῶν ἐκπέμψῃ κήρυκα, ὡς οὖν[6] ἡμῖν τὸν Σίμωνα ὑπέβαλε προφάσει ἀληθείας ἐπ᾽ ὀνόματι[7] τοῦ κυρίου ὑμῶν κηρύσσοντα, πλάνην τε ἐνσπείροντα[8]. οὗ χάριν ὁ ἀποστείλας ἡμᾶς ἔφη· πολλοὶ ἐλεύσονται πρός με ἐν ἐνδύμασι[9]

nare, ducens ad fontes maris vicinos ut in perenni aqua baptizavit. Sic igitur fratribus nostris feriatis ac laetis pro mihi a Deo concessa secunda nativitate, Petrus paucis post diebus conversus ad Presbyteros coram omni Ecclesiae praecepit, dicens: qui misit nos dominus noster et propheta, narravit nobis, quemadmodum diabolus quadraginta diebus cum eo collocutus, nihilque contra valens, promiserit se ex suis sectatoribus Apostolos ad fraudem faciendam missurum. Quare ante omnia memores estote illum apostolum vel magistrum vel prophetam fugere, qui non prius praedicationem suam doctrinamque accurate contulerit cum Jacobo, dicto Domini mei fratre, cui creditum est Ecclesiae Hebraeorum Hierosolymitanae regimen, nec ad vos venerit cum testibus. Ne forte malitia, quae cum Domino per quadraginta dies disceptavit, nec quidquam potuit, deinceps velut fulgur e coelo in terras delapsa contra vos mittat praeconem, sicut nobis immisit Simonem, praetextu veritatis in nomine Domini nostri praedicantem atque errorem seminantem. Qua de causa qui misit nos,

1. Ita O c. S, ἄεναον C.
2. Leg. ὑπηκόων. S.
3. ἀποστόλους O. Tum addidi φεύγειν ex conjectura, inscripsique lacunae in O obviae voc. [ἀκριβῶς]. Tacet C de Cod. Parisiensi.
4. μὴ μετὰ conj. Schliemannus Clem. p. 535 et S. Tum μαρτυρίων suspicatus est C. Idem subinde προσεληλυθότι, ex conject. προσεληλυθότα. In O προσεληλυθότων.
5. προδιαλεχθεῖσα C. Tum μ′ p. τεσσαράκοντα O.
6. νῦν leg. cens. Schliem. Clem. p. 90 et S.
7. ὀνόματος O. Deinde τε S, δὲ C O.
8. ἐνσπείροντα ὑποβάλλῃ C.
9. ἐνδύματι C. Lectionem Ottob. confirmat hic et paulo post Matth. 7, 15. Tum addidi εἰσι c. eodem Cod.

προβάτων, ἔσωθεν δέ εἰσι λύκοι ἅρπαγες· ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε[1] αὐτούς.

XXXVI. Καὶ ταῦτα εἰπὼν τοὺς μὲν προπομπούς[2] ἐξέπεμψεν εἰς Ἀντιόχειαν τῆς Συρίας, ἐκεῖ τὴν ἐπομένην ἐπιμένειν εἰπών. τῶν οὖν πορευθέντων ὁ Πέτρος πολλῶν πεπεισμένων ὄχλων νόσους, πάθη, δαίμονας ἀπελάσας, καὶ εἰς τὰς ἐν τῇ[3] θαλάσσῃ πλησίον οὔσας πηγὰς βαπτίσας, καὶ εὐχαριστίαν κλάσας[4], Μαροόνην τὸν ἀποδεξάμενον αὐτόν, ἤδη λοιπὸν τέλειον ὄντα, ἐπίσκοπον καταστήσας καὶ πρεσβυτέρους δώδεκα ὁρίσας καὶ διακόνους δείξας καὶ χηρικὰ συστησάμενος, ὑπέρ τε τοῦ κοινοῦ καὶ[5] συμφέροντος τῆς ἐκλησίας τῇ τάξει προσομιλήσας, καὶ τῷ ἐπισκόπῳ Μαροόνῃ πείθεσθαι συμβουλεύσας, ἤδη τριῶν μηνῶν πληρωθέντων τοῖς ἐν Τριπόλει τῆς Φοινίκης ἀποταξάμενος τὴν ἐπὶ Ἀντιόχειαν τῆς Συρίας ἐπορεύετο ὁδόν, πάντων ἡμᾶς προπεμπόντων μετὰ τῆς προσηκούσης τιμῆς[6].

ΟΜΙΛΙΑ ΙΒ'.

I. Ἐκβάντες οὖν τὴν Τρίπολιν τῆς Φοινίκης, ὡς ἐπὶ Ἀντιόχειαν τῆς Συρίας ἐλθεῖν, αὐτῆς ἡμέρας ἐν Ὀρθωσίᾳ ἐμείναμεν ἐλθόντες. καὶ

dixit: *multi venient adversus me in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces: a fructibus eorum cognoscetis eos.*

XXXVI. Atque his dictis eos qui ad praecedendum fuerant ordinati, in Antiochiam Syriae emisit, jubens ut ibi tempus secuturum exspectarent. Iis itaque profectis, Petrus ingenti hominum multitudine ad fidem adducta, morbos, aegritudines, daemones expulit, in fontibus maris vicinis baptizavit, et Eucharistiam fregit: cumque Maroonem hospitem suum, jam omnino perfectum, in Episcopum constituisset, duodecim Presbyteros designasset, fecisset Diaconos, quae ad ordinem viduarum pertinent statuisset, pro communi bono ac de eo, quod ecclesiae ordini conducebat, esset collocutus et consilium dedisset, episcopo Marooni obedirent, jam tribus mensibus completis vale dixit Tripolitanis Phoeniciae, et iter versus Antiochiam Syriae ingressus est, omnibus debito cum honore nos comitantibus.

HOMILIA DUODECIMA.

I. Egressi ergo Tripolim Phoenices, ut Antiochiam Syriae veniremus, eo die Orthosiam profecti ibi mansimus, et quia est prope urbem, e qua egressi

1. ἐπιγινώσκετε C.
2. προπόμπους C.
3. τῇ om. O.
4. Ita O et in marg. C, cuj. Cod. καλέσας. Liber Ottob. constanter μαροώνην.
5. ἢ O. Tum τῇ τάξει D, τὴν τάξιν C O. Epit. c. 69 haec exhibet: ὑπέρ τε τοῦ κοινοῦ καὶ συμφέροντος καὶ περὶ τῆς κατὰ τὴν ἐκκλησίαν τάξεως.
6. Vbb. πάντων ἡμᾶς προπεμπόντων μετὰ τῆς προσηκούσης τιμῆς accesserunt ex O.

διὰ τὸ πλησίον εἶναι ἧς ἐξήλθομεν πόλεως, πάντων σχεδὸν προακηκοότων τοῦ κηρύγματος, μιᾶς ἡμέρας ἐκεῖ μείναντες ἀπήραμεν εἰς Ἀντάραδον[1]. πολλῶν δὲ τῶν συνοδοιπορούντων ἡμῖν ὄντων, ὁ Πέτρος Νικήτῃ καὶ Ἀκύλᾳ προσωμίλει λέγων· ἐπειδὴ πολὺς ὄχλος τῶν συνοδοιπορούντων οὐ μικρὸν φθόνον ἡμῖν εἰσιοῦσι κατὰ πόλιν ἐπισπᾶται, ἀναγκαίως ἐσκεψάμην φροντίσαι, πῶς μήτε οὗτοι λυπηθῶσι κωλυθέντες συνεῖναι ἡμῖν, μήτε ἡμεῖς περίβλεπτοι γινόμενοι φθόνῳ τῷ τῆς κακίας ὑποπέσωμεν. τούτου ἕνεκεν βούλομαί σε τὸν Νικήτην καὶ Ἀκύλαν προοδεύειν μου κατὰ συστήματα δύο σποράδην, μανθάνοντες[2] τὰς τῶν ἐθνῶν εἰσέρχεσθαι πόλεις.

II. Οἶδα δὲ ὅτι ἀθυμεῖτε, τοῦτο ποιεῖν ἀκηκοότες, ἀπολειπόμενοί[3] μου διάστημα οὐδ' ὅλων ἡμερῶν δύο. εἰδέναι οὖν ὑμᾶς θέλω, ὅτι πολλαπλάσιον ἀγαπῶμεν ἡμεῖς οἱ πείσαντες ὑμᾶς τοὺς πεισθέντας, ἤπερ[4] ὑμεῖς ἡμᾶς τοὺς πεπεικότας. ἀλλήλους οὖν στέργοντες, τῷ[5] μὴ ἀλόγως ποιεῖν ἃ θέλωμεν τῆς ἀσφαλείας ὅσον τὸ ἐφ' ἡμῖν φροντίζωμεν. πρὸς τούτοις δὲ οὐδεμιᾶς ἡμέρας διαλεγομένου μου ἀπολιμπάνεσθε[6]. εἰς γὰρ τὰς ἐπισημοτέρας τῶν ἐπαρχιῶν πόλεις προῄρημαι, ὡς ἴστε καὶ ὑμεῖς, ἡμερῶν ἐπιμένειν καὶ διαλέγεσθαι. καὶ τὸ νῦν εἰς τὴν ἐγγυτέραν ἡμῖν Λαοδίκειαν προάξατε, καὶ μεθ' ἡμέρας δύο ἢ τρεῖς, ὅσον ἐπὶ τῇ ἐμῇ προαιρέσει, καταλήψομαι ὑμᾶς. ἐπὶ δὲ τῶν πυλῶν ἐκδέξασθέ με ὑμεῖς μόνοι,

fueramus, cum omnes fere praedicationem evangelicam prius audiissent, unum diem illic commorati, Antaradum abiimus. Quia vero multi erant nobiscum iter facientes, Petrus Nicetam et Aquilam allocutus est dicens: quandoquidem magna comitantium multitudo non parvam invidiam nobis per urbes intrantibus conflat, necessario curandum esse judicavi, ut neque ipsi contristentur, dum prohibentur esse nobiscum, neque nos, dum sumus spectabiles, incidamus in malitiae invidiam. Quocirca volo te Nicetam atque Aquilam ante me iter habere, per duos globos sparsim, et clam gentium ingredi civitates.

II. Vobis autem, scio, molestum est, quod id faciendum audieritis, duorum non integrorum dierum spatio a me separari. Vos igitur cognoscere volo, quod nos, qui persuasimus, vos qui credidistis multo amplius diligimus, quam vos diligatis nos persuasores. Itaque mutuo amore flagrantes incolumitatis curam geramus pro viribus, non citra rationem facientes quae cupimus. Ad haec vero nulla die a me disputante aberitis. Per singulas enim quasque insigniores provinciarum civitates proposui, sicut etiam vos scitis, per dies residere et disceptare. Nunc ergo in Laodiceam nobis proximam praecedite, et post biduum et triduum, quantum ad propositum meum spectat, attingam vos. Ad portas autem vos soli recipite me, metu murmuris, ut sic absque strepitu

1. ἀντάρανδον O.
2. λανθάνοντας vel λανθανόντως conj. O et vertit C. τε addi vult S.
3. ἀπολιπόμενοί C.
4. ἢ εἴπερ p. ἤπερ C. Lectionem in O obviam praevidit D.
5. Ita O c. D, τὸ C. Tum θέλομεν O.
6. ἀπελιμπάνεσθε O.

διὰ τὸν θρύλλον[1], ἵνα οὕτως ἀψοφητὶ συνεισελθόντες ἅμα ὑμῖν ὦμεν. κἀκεῖθεν ὁμοίως μετὰ τὸ ἐπιμεῖναι ἡμερῶν ἄλλοι ἀνθ' ὑμῶν εἰς τὰ ἐπέκεινα κατὰ ἐφημερίας προάξωσιν, τὰς ξενίας ἑτοιμάζοντες.

XXVII. Κἀγὼ ἔφην· ἆρα γε καὶ ὁ Θεὸς μέλλων ποτὲ[6] κρίνειν, ὡς διδάσκεις ἡμᾶς[7], οὐ φιλάνθρωπός ἐστιν; καὶ ὁ Πέτρος· τοὐναντίον λέγεις. ἐπεὶ γὰρ κρινεῖ[8], διὰ τοῦτο φιλάνθρωπός ἐστιν. φιλῶν γὰρ καὶ ἐλεῶν τοὺς ἠδικημένους, τιμωρεῖ[9] τοὺς ἠδικηκότας. κἀγὼ ἔφην· οὐκ οὖν, εἰ κἀγὼ ἀγαθοὺς μὲν εὐεργετῶ, τοὺς δὲ ἀδικοῦντας καθ' ὃ ἀνθρώπους ἠδίκησαν τι-

men misericors humano vicinus est, quoniam absque muneris ullius captatione ad praestandum beneficium fertur. Nondum tamen humanus est. Et ego dixi: ob quas igitur actiones humanus quis esse potest? Respondit Petrus: quia video te cupidum audiendi, quodnam sit humanitatis officium, non pigebit dicere. Humanus est, qui etiam inimicis bene facit. Quod autem ita habeat, audi. Humanitas est masculofemina, cujus feminea pars misericordia dicitur, quod vero in illa est masculum, dilectio erga proximum nominatur, proximus autem homini est quilibet homo, et non hic vel iste homo: homo enim est etiam malus et bonus, hostis pariter ac amicus. Oportet ergo eum qui humanitatem colit, imitatorem Dei esse, et de justis atque injustis bene mereri, sicut ipse Deus cunctis in hoc mundo solem imbresque suos praebet. Quod si velis bonis quidem benefacere, non autem malis, vel hos punire, judicis munus implere niteris, non vero habere humanitatem conaris.

XXVII. Et ego dixi: igitur Deus, qui aliquando judicaturus est, ut nos doces, non est humanus? Ac Petrus: pugnantia loqueris. Nam quia judicabit, ideo humanus est. Diligens enim ac miseratus injuria affectos, plectit eos qui injuriam intulerunt. Et ego: itaque, inquam, si ipse bonis benefacio et inju-

1. ποτέ ἐστιν C.
2. ὅτι εἷς p. ὅτις C.
3. Matth. 5, 45.
4. Nonnulli Epitomes Codd. παρέχει, ut legendum censet D. Tum θέλῃς C.
5. ἐπιχειρεῖς πράττειν C.
6. Ita Epit. 95, τότε uterque Hom. Cod.
7. ἡμᾶς om. O.
8. κρίνει C.
9. τιμορεῖται O, ultimis tribus litteris subnotatis. Vbb. τοὺς ἠδικηκότας εὐεργετῶ in eodem desunt.

μωρῶ, φιλάνθρωπός εἰμι; καὶ ὁ Πέτρος ἀπεκρίνατο· εἰ μετὰ τοῦ πρόγνωσιν[1] ἔχειν εἶχες καὶ τοῦ κρίνειν ἐξουσίαν, ὀρθῶς ἂν τοῦτο ἐποίεις, διὰ μὲν τὸ εἰληφέναι τὴν ἐξουσίαν, καταδικάζων οὓς ὁ Θεὸς ἐδημιούργησε, διὰ δὲ τὴν πρόγνωσιν, ἀπταίστως ἐν τῷ κρίνειν οὓς μὲν ὡς δικαίους δικαιῶν, οὓς δὲ ὡς ἀδίκους καταδικάζων. κἀγὼ ἔφην· ὀρθῶς ἔφης καὶ ἀληθῶς, ἀδύνατον γάρ τινα πρόγνωσιν οὐκ ἔχοντα ὀρθῶς κρῖναι. ἐνίοτε γὰρ φαίνονταί τινες ἀγαθοί, ἀθέμιτα κρύφα διαπρασσόμενοι, ἔνιοι δὲ ἀγαθοὶ ὑπὸ διαβολῆς ἐχθρῶν κακοὶ ὑπολαμβανόμενοι. ἀλλ' εἰ καὶ τοῦ βασανίζειν καὶ ἀνακρίνειν ἐξουσίαν τις ἔχων δικάζει, οὐδὲ οὕτως τὸ πάντως δικαίως αὐτῷ δικάσαι ἐγίνετο. ἔνιοι γὰρ φονεῖς ὄντες τὰς βασάνους ὑπομείναντες ὡς ἀθῷοι ἀπελύθησαν, ἕτεροι δὲ ἀθῷοι ὄντες[2] τὰς βασάνους μὴ ὑπομείναντες, ἑαυτῶν καταψευσάμενοι, ὡς αἴτιοι ἐκολάσθησαν.

XXVIII. Καὶ ὁ Πέτρος· μετρίως, ἔφη, ἔχει καὶ ταῦτα, τὸ δὲ μεῖζον ἄκουσον. ἐνίων ἀνθρώπων ἁμαρτανόντων ἢ εὐπραττόντων, ὧν νῦν[3] ποιοῦσιν ἃ μὲν ἴδια αὐτῶν ἐστίν, ἃ δὲ ἀλλότρια, δίκαιον δὲ ἕκαστον ἐπὶ τοῖς ἰδίοις ἁμαρτήμασι τιμωρεῖσθαι ἢ ἐπὶ τοῖς ἰδίοις κατορθώμασιν εὐεργετεῖσθαι. ἀδύνατον δέ τινι πλὴν προφήτῃ μόνῳ πρόγνωσιν ἔχοντι τὰ[4]

riosos quia injurii ierga homines fuerunt castigo, humanus sum. Et Petrus respondit: si una cum praenotione haberes quoque judicandi potestatem, recte id faceres, per acceptam quidem potestatem condemnans eos quos Deus creavit, per praenotionem vero, inculpate in judicando tum alios tamquam justos absolvens, tum alios tamquam injustos damnans. Et ego dixi: recte locutus es ac vere, fieri enim nequit, ut qui praenotione caret, recte judicet. Interdum quippe nonnulli videntur boni, qui illicita clam perpetrant, nonnulli vero boni hostium calumnia mali esse creduntur. Sed et si quis potestate torquendi praeditus judicet, neque sic juste omnino habebit judicare. Quidam enim homicidae, quaestionis tormenta perferentes, dimissi sunt velut innoxii, alii vero, qui erant innocentes, cum tormenta ferre non potuissent, contra se mentiti velut rei supplicio affecti sunt.

XXVIII. Tum Petrus: atque haec, inquit, modica sunt, audi vero majus. Cum aliqui homines peccant vel bene agunt, eorum quae nunc operantur alia quidem ipsorum propria sunt, alia vero aliena, aequum autem est unumquemque pro delictis propriis dare poenas, aut pro meritis propriis mercedem ferre. Fieri autem nequit, ut quispiam, nisi solus propheta praenotionem habens, ab

1. πρόγνωσις hoc loco non est „praenotio“, ut vertit C, sed cognitio praeteritorum, τῶν πρότερον γεγονότων γνῶσις. Cl. ad Epit. c. 95. Πρόγνωσις significat (coll. c. 38) scientiam absolutam, qualem habet verus propheta, qui est ὁ πάντα πάντοτε εἰδώς, coll. Hom. II, 5. III, 11. S.

2. Vbb. τὰς βασάνους ἀθῷοι ὄντες desiderantur in O.

3. νῦν om O c. Cod. Reg. 804 et Epit.

4. ἔχοντα p. ἔχοντι τὰ O.

ὑπό τινος γινόμενα εἰδέναι, ποῖά ἐστιν αὐτοῦ ἴδια, ποῖα δὲ οὐκ ἦν· πάντα γὰρ δι' αὐτοῦ γινόμενα βλέπεται. κἀγὼ ἔφην· ἐβουλόμην μαθεῖν πῶς τῶν ἀδικημάτων ἢ κατορθωμάτων ἃ μὲν ἴδια, ἃ δὲ ἀλλότρια.

XXIX. Καὶ ὁ Πέτρος ἀπεκρίνατο, ὅτι ὁ τῆς[1] ἀληθείας προφήτης ἔφη[2]· τὰ ἀγαθὰ ἐλθεῖν δεῖ, μακάριος δέ, φησί, δι' οὗ ἔρχεται· ὁμοίως καὶ τὰ κακὰ ἀνάγκη ἐλθεῖν, οὐαὶ δὲ δι' οὗ ἔρχεται. εἰ δὲ διὰ κακῶν κακὰ ἔρχεται, καὶ διὰ ἀγαθῶν ἀγαθὰ φέρεται, προσεῖναι δεῖ ἑκάστῳ τὸ ἴδιον, τὸ ἀγαθὸν εἶναι[3] ἢ κακόν, καὶ ἐξ ὧν προέπραξεν, διὰ τοῦ[4] ἐλθεῖν τὰ δεύτερα ἀγαθὰ ἢ κακά, ἅ τινα ἴδια αὐτοῦ τῆς αἱρέσεως ὄντα ὑπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας διελθεῖν[5] ᾠκονόμηται. ἐπεὶ[6] κρίσις αὕτη Θεῷ, ὥσπερ ἐπ' ἀγῶνος τὸν διὰ πάσης κακουχίας διεληλυθότα καὶ ἄμεμπτον εὑρεθέντα, ἐκεῖνον ζωῆς αἰωνίου καταξιοῦσθαι· οἱ γὰρ ἐν ἀγαθοῖς ἰδίᾳ βουλῇ προκόψαντες ὑπὸ τῶν ἰδίᾳ βουλῇ ἐν κακίᾳ[7] παραμεινάντων πειράζονται, διωκόμενοι, μισούμενοι, λοιδορούμενοι, ἐπιβουλευόμενοι, τυπτόμενοι, πλεονεκτούμενοι, διαβαλλόμενοι[8], ἀγγαρευόμενοι, ἐπηρεαζόμενοι, πάντα ἐκεῖνα πάσχοντες, δι' ὧν εὐλόγως δοκεῖ τὸ ὀργίζεσθαι γίνεσθαι[9] καὶ πρὸς ἄμυναν ὁρμᾶν.

aliquo gesta sciat, quaenam ejus propria sint et quaenam non sint. Videt enim cuncta quae fiunt. Et ego: vellem, inquam, audire, quo modo ex criminibus aut bonis operibus alia quidem sunt propria, alia vero aliena.

XXIX. Respondit Petrus: veritatis propheta dixit: *oportet ut veniant bona. Beatus autem*, inquit, *per quem veniunt. Similiter necesse est, ut etiam veniant mala: vae autem illi per quem veniunt.* Porro si per malos veniunt mala et per bonos bona inferuntur, ut proprium unicuique inesse debet bonum vel malum, et ex iis quae prius operatus est; quod veniunt secunda bona vel mala, quae, cum a propria hominis sint voluntate, ut exoriantur, divina instituit providentia. Itaque hoc est Dei judicium, ut qui per omnem vexationem, velut in agone, transierit et inventus fuerit inculpatus, is donetur vita aeterna. Nam qui in bonis propria voluntate profecerunt, ab iis qui sua quoque voluntate in mala tractatione perseverant, tentantur, exagitantur, odia, convicia, insidias, verbera, fraudes, calumnias, vim patiuntur, afficiuntur contumeliis, cunctaque illa perferunt, per quae justa videtur esse ira et ultio.

1. ὁ τῆς adjunxi ex O.
2. Matth. 18. Luc. 17.
3. εἶναι, quod deest ap. Joan. Damascenum Parall. Sacr. I, 28, ubi nostra excerpta leguntur, deleri vult D. Fortasse τὸ post ἑκάστῳ mutandum in ὡς, atque verba ἐξ ὧν προέπραξεν infra collocanda post ἐλθεῖν secundum S.
4. S: διὰ τὸ scribit Neander gnost. Syst. p. 413. Idem post αἱρέσεως excidisse contendit μή.
5. προελθεῖν, quod praeferendum, Cod. Joan. Damasceni, δι' αὐτοῦ ἐλθεῖν conj. Neander l. c.
6. Ita Ottoboniani ἐπὶ interpretor, ἐπὶ οὖν C, ἐπεὶ οὖν D. Deinde αὐτῇ θεῷ C, αὕτη θεοῦ (cum haec ita se habent, Dei hoc judicium) D.
7. Ita O c. Cod. Reg. 804, κακουχίᾳ C.
8. διαβαλλόμενοι μισούμενοι· λοιδορούμενοι· ultimis duabus vocibus expunctis p. διαβαλλόμενοι O.
9. δοκεῖν τὸ ὀργίζεσθαι γίνεται Cod. Reg. 804. Tum ἄμυνον O.

XXX. Ὁ δὲ διδάσκαλος εἰδώς, ὅτι οἱ ταῦτα ἀδίκως ποιοῦντες ἐκ προτέρων ἁμαρτημάτων κατάδικοί εἰσιν, καὶ ὅτι διὰ καταδίκων τὸ τῆς κακίας πνεῦμα ταῦτα ἐνεργεῖ, τοὺς μὲν ἀνθρώπους, καθὰ[1] ἄνθρωποί εἰσιν, καὶ δι' ἁμαρτίας ὄργανα γινομένους κακίας, ἐλεεῖν συνεβούλευσεν[2], ὡς φιλανθρωπίαν ἀσκοῦσιν, καὶ τὸ ὅσον ἐπ' αὐτοῖς ἐστίν, ἀδικουμένους καὶ ἀπολύειν[3] τῆς καταδίκης τοὺς ἀδικοῦντας, ἵνα ὥσπερ οἱ νήφοντες τοῖς μεθύουσι βοηθῶσιν, εὐχαῖς, νηστείαις, εὐλογίαις, μὴ ἀνθιστάμενοι, μὴ ἀμυνόμενοι, ἵνα μὴ ἐπὶ τὸ πλεῖον αὐτοὺς ἁμαρτεῖν ἀναγκάσωσιν. τοῦ γὰρ παθεῖν πάντως κεκριμένου τινί[4], οὐκ εὔλογον ἀγανακτεῖν ἐκείνῳ, δι' οὗ τὸ παθεῖν γίνεται, λογισάμενον, ὅτι εἰ καὶ ἐκεῖνος οὐκ ἐκακούχησεν αὐτόν, διὰ τὸ πάντως κακουχηθῆναι μέλλειν διὰ[5] ἑτέρου τὸ παθεῖν ἦν. τί οὖν ἀγανακτῶ τῷ διαθεμένῳ, ἐμοῦ πάντως παθεῖν κεκριμένου; ἀλλ' ἔτι μὴν εἰ τὰ αὐτὰ τοῖς κακοῖς προφάσει ἀμύνης ποιῶμεν, παρὰ τὸ πρῶτοι, δεύτεροι τὸ αὐτὸ τοῖς κακοῖς[6] οἱ ἀγαθοὶ πράσσομεν. καὶ ὡς ἔφην, οὐ χρὴ ἀγανακτεῖν, ὡς εἰδότα[7] ὅτι Θεοῦ προνοίᾳ οἱ κακοὶ τοὺς ἀγαθοὺς τιμωροῦσιν. οἱ οὖν τοῖς[8] τιμωροῦσιν χαλεπαίνοντες ὡς τοὺς ἀποστόλους Θεοῦ ὑβρίζοντες ἁμαρτάνουσιν, τιμῶντες δὲ καὶ τὰ ἐναντία τοῖς ἀδικεῖν νο-

XXX. Magister vero sciens, quod qui haec injuste faciunt, ex prioribus peccatis rei sunt, quodque per sontes spiritus malitiae ista efficit, hominum, quatenus homines sunt, etsi propter peccata facti fuerint malitiae instrumenta, misereri suasit suis, tamquam misericordiae cultoribus, utque, quantum in se est, injuria affecti injuriam facientes a damnatione absolvant; quo velut sobrii ebriis succurrant, per orationes, jejunia, benedictiones, non resistendo, non vindicando, nec eos cogant amplius peccare. Cum enim aliquis omnino ad patiendum condemnatus est, non est aequum, ut illi irascatur per quem patitur, secum reputans, quod, etsi ille non afflixisset eum, tamen quia omnino affligi debet, per alium pati sibi contingeret. Cur ergo indignor adversus auctorem, qui plane ad perpessionem sum destinatus? Sed et adhuc, si eadem cum improbis praetextu ultionis faciamus, praeterquam quod primi non sumus, secundi idem facimus ac mali, nos qui boni dicimur. Et quemadmodum aiebam, indignari non oportet, cum scias a malis bonos per Dei providentiam castigari. Qui ergo ultores aegre ferunt, tamquam qui a Deo missos contumelia afficiant, delinquunt, qui vero in pretio habent, et contrarie sen-

1. καθὸ O.
2. συνεβούλευσεν C.
3. ἀδικουμένοις ἀπολύειν Cod. Reg. 804.
4. τινός Cod. Reg. 804.
5. δι' C.
6. Vbb προφάσει — τοῖς κακοῖς non sunt in O. Ex Cot. versione liquet, illum rescribendum statuisse παρὰ τὸ μὴ πρῶτοι, δεύτεροι. Sed adjectione particulae negantis haud opus est. D. Tum πράσσομεν S O, πράσσωμεν C, πράσσοντες Cod. Reg. 804.
7. εἰδότας Cod. Reg. 804.
8. Vbb. οἱ οὖν τοῖς om. O.

μιζομένοις διατιθέμενοι αὐτοὺς εἰς τὸν Θεὸν τὸν οὕτω βουλευσάμενον εὐσεβοῦσιν.

XXXI. Κἀγὼ πρὸς ταῦτα ἀπεκρινάμην· οὐκοῦν οἱ ἀδικοῦντες οὐκ εἰσὶν αἴτιοι, ὅτι κρίσει Θεοῦ ἀδικοῦσι τοὺς δικαίους. καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· καὶ πάνυ ἁμαρτάνουσιν, πρὸς γὰρ τὸ ἁμαρτάνειν ἑαυτοὺς ἀποδεδωκότες. ὅθεν εἰδὼς ἀπ' αὐτῶν [1] ἐκλέγεται τιμωρεῖν τοὺς ἐπὶ τοῖς προτέροις ἁμαρτήμασι μεταμεληθέντας δικαίως, ἵνα τοῖς μὲν δικαίοις διὰ τῆς τοιαύτης τιμωρίας τὰ πρὸ τῆς μετανοίας πραχθέντα ἀφεθῇ κακά. τοῖς δὲ τιμωροῦσιν ἀσεβέσι κακουχεῖν ἐπιθυμοῦσι καὶ μετανοεῖν μὴ θέλουσιν εἰς ἀναπλήρωσιν ἰδίας [2] κολάσεως δικαίους κακουχεῖν συνεχωρήθη, ἄνευ γὰρ τῆς τοῦ Θεοῦ βουλῆς οὐδὲ στρουθὸς ἐν παγίδι [3] ἐμπεσεῖν ἔχει· οὕτως δικαίων καὶ αἱ τρίχες τῷ Θεῷ ἐναρίθμιοί εἰσιν.

XXXII. Δίκαιος δέ ἐστιν ἐκεῖνος, ὁ τοῦ εὐλόγου ἕνεκα τῇ φύσει μαχόμενος. οἷον [4] πᾶσι πρόσεστιν ἐκ φύσεως φιλοῦντας φιλεῖν, δίκαιος πειρᾶται καὶ ἐχθροὺς ἀγαπᾶν καὶ λοιδοροῦντας εὐλογεῖν, ἔτι μὴν καὶ ὑπὲρ ἐχθρῶν εὔχεσθαι, ἀδικοῦντας ἐλεεῖν [5]. διὸ καὶ προαδικεῖσθαι [6] ἀπέχεται, καὶ ὁμῶς καταρωμένους εὐλογεῖ, τύπτουσι συγχωρεῖ, διώκουσιν ὑποχωρεῖ, μὴ ἀσπαζομένους ἀσπάζεται, τοῖς οὐκ ἔχουσιν ὧν ἔχει κοινωνεῖ, ὀργιζόμενον πείθει [7], τὸν ἐχθρὸν διαλλάσσει, τὸν ἀπειθῆ παρακαλεῖ, τὸν ἄπιστον

tiunt erga eos, qui ipsis injuriam inferre putantur, in Deum qui ita statuit pii sunt.

XXXI. Et ego ad haec dixi: itaque qui faciunt injuriam, rei non sunt, quoniam Dei judicio injuria justos afficiunt. Respondit Petrus: valde peccant, quippe qui se ad peccandum dedant. Unde sciens Deus ex iis illos punire deligit, qui de prioribus peccatis juste agunt poenitentiam, ut justis quidem per has poenas dimittantur quae ante poenitentiam fecerunt mala. Impiis vero qui castigant et vexare cupiunt, nec poenitentiam volunt agere, ad implenda delicta permittitur justos castigare et affligere. Nam absque Dei voluntate neque passer in laqueum incidere potest. Sic justorum etiam capilli Deo numerati sunt.

XXXII. Ille autem justus est, qui propter rectam rationem pugnat cum natura. Verbi gratia: cunctis a natura insitum est, diligentes diligere: justus conatur etiam diligere inimicos et convicianiibus benedicere, ac praeterea orare pro hostibus, injuriam inferentes miserari. Quocirca se priorem injuria affici patitur, item maledicentibus benedicit, verberantibus condonat, cedit persequentibus, salutat eos qui non salutant, cum non habentibus communicat quae ha-

1. ἁπάντων p. ἀπ' αὐτῶν C.
2. ἰδίας Cod. Reg. 804, τε διὰ C O.
3. ἐμπαγίδι Cod. Reg. 804. Cfr. Luc. 12, 6. 7.
4. Fort. addendum εἰ post οἷον. Cfr. Hom. XVI, 10. S.
5. ἐλεεῖ O.
6. προαδικεῖσθαι D, προσαδικεῖσθαι C O, πρὸς ἀδικεῖσθαι alter Cod. Ci, in quo subinde ἀνέχεται, ut exh. O.
7. ὀργιζόμενος ποθεῖ Cod. Reg. 804.

κατηχεῖ, τὸν πενθοῦντα παραμυθεῖται, ἐπηρεαζόμενος στέγει, ἀχαριστούμενος[1] οὐκ ἀγανακτεῖ. εἰς δὲ τὸ ἀγαπᾶν τὸν πλησίον ὡς ἑαυτὸν ἀποδεδωκὼς πενίαν οὐ πεφόβηται, ἀλλὰ τὰ ἑαυτοῦ μερίζων τοῖς οὐκ ἔχουσι πένης γίνεται. ἀλλ᾽ οὐδὲ μὴν ἁμαρτάνοντα[2] τιμωρεῖ. ὁ γὰρ τὸν πλησίον ἀγαπῶν ὡς ἑαυτόν, ὡς αὐτὸς ἁμαρτήσας οἶδε τιμωρηθῆναι μὴ θέλειν, οὕτως οὐδὲ τοὺς ἁμαρτάνοντας τιμωρεῖ. καὶ ὡς θέλει κολακεύεσθαι καὶ εὐλογεῖσθαι καὶ τιμᾶσθαι καὶ πάντα τὰ[3] ἁμαρτήματα αὐτῷ συγχωρεῖσθαι, τοῦτο αὐτὸς τῷ πλησίον ποιεῖ[4], ὡς ἑαυτὸν ἐκεῖνον ἀγαπῶν. ἐπὶ λόγῳ, ὃ θέλει ἑαυτῷ, θέλει καὶ τῷ πλησίον. οὗτος γάρ ἐστι Θεοῦ νόμος καὶ προφητῶν, αὕτη[5] τῆς ἀληθείας ἡ διδασκαλία. καὶ ταῦτα μὲν ἀγάπη ἡ πρὸς πάντα ἄνθρωπον τελεία τὸ ἄρρεν μέρος ἐστὶν οὖσα τῆς φιλανθρωπίας, τὸ δὲ ἐλεεῖν τὸ θῆλυ μέρος ἐστὶν αὐτῆς. ὅπερ ἐστὶ πεινῶντα θρέψαι καὶ ποτὸν διψῶντι παρασχεῖν καὶ γυμνὸν ἐνδῦσαι καὶ νοσοῦντα ἐπισκέψασθαι καὶ ξένον δέξασθαι, τῷ[6] ἐν εἱρκτῇ κατὰ τὸ δυνατὸν ἐπιφαινόμενον βοηθεῖν, ἁπαξαπλῶς τὸν ἐν συμφοραῖς ἐλεῆσαι.

XXXIII. Ἐγὼ δὲ ἀκούσας ἔφην· ταῦτα μὲν δυνατὸν πράττειν, ἐχθροὺς δὲ εὐεργετεῖν, πᾶσαν αὐτῶν ὑποφέροντα ἐπήρειαν, οὐκ οἴομαι[7] δυνατὸν ἀνθρωπείᾳ προσεῖναι φύσει. καὶ ὁ Πέτρος ἀπεκρίνατο· ὀρθῶς ἔφης· ἀθανασίας γὰρ αἰτία οὖσα ἡ φιλανθρωπία πολλοῦ δίδοται. κἀγὼ ἔφην· πῶς

bet, irascentem flectit, inimicum conciliat, contumacem hortatur, incredulum instituit, lugentem consolatur, exagitatus sustinet, ingrate acceptus non indigne fert, propensus est ad diligendum proximum tamquam se, paupertatem non timet, verum sua non habentibus dividens fit pauper. Sed nec peccantem ulciscitur. Qui enim proximum velut se diligit, quemadmodum ipse, cum peccavit, scit nolle in se animadverti, ita nec peccatores castigat, et sicut vult demulceri, benedici, honorari, omniumque delictorum veniam accipere, hoc ipse proximo facit, quem velut se amat. Uno verbo, quod sibi cupit, cupit et proximo. Haec enim est Dei ac prophetarum lex, haec veritatis doctrina. Itaque caritas erga omnem hominem perfecta pars est mascula humanitatis. At misericordia pars est illius feminea. Quae est, esurientem alere, potum sitienti dare, nudum vestire, visitare languentem, hospitem recipere, carcere conclusum pro viribus invisere et juvare, omnino denique calamitosi misereri.

XXXIII. Ego vero audito hoc dixi: haec quidem facere possumus, at inimicis benefacere omnesque eorum injurias tolerare, ut insit in humana natura, impossibile puto. Tum Petrus respondit: recte locutus es. Cum enim humanitas causa sit immortalitatis, multo constat. Dixi ego: quo modo igitur

1. ἀχαριστούμενος O.
2. ἁμαρτάνοντας Cod. Reg. 804.
3. τὰ inserui c. O.
4. Matth. 7, 12.
5. αὕτη S O, αὐτὴ C, αὐτὴ Cl.
6. τῷ O c. D, τῶν C.
7. οἴεμαι O.

οὖν[1] σύνεστιν ἐν νῷ λαβεῖν; καὶ ὁ Πέτρος ἀπεκρίνατο· ταύτην, ὦ φίλε Κλήμης[2], λαβεῖν ἔστιν, ἐὰν πληροφορηθῇ τις, ὅτι οἱ ἐχθροὶ πρὸς καιρὸν[3] κακουχοῦντες, οὓς μισοῦσιν, αἰωνίου κολάσεως ἀπαλλαγῆς αὐτοῖς αἴτιοι γίνονται· προσέτι δὲ αὐτοὺς ὡς εὐεργέτας σφόδρα ἀγαπήσουσιν. ἡ δὲ ὁδὸς τοῦ ταύτην λαβεῖν, ὦ φίλε Κλήμης[4], μία τίς ἐστιν, ἥπερ ἐστὶ φόβος Θεοῦ. ὁ γὰρ Θεὸν φοβούμενος τὸν πλησίον ὡς ἑαυτὸν ἀγαπᾶν μὲν καταρχὰς οὐ δύναται· ἐπεὶ τὸ τοιοῦτον κελεύειν[5] οὐ προσέρχεται τῇ ψυχῇ· τῷ μέντοι πρὸς Θεὸν φόβῳ τὰ ἀγαπώντων ποιεῖν δύναται, καὶ εἶθ' οὕτως πράξαντι τὰ ἀγάπης τὸ ἀγαπᾶν ὡς νύμφη οὖσα προσφέρεται ὡς νυμφίῳ τῷ φόβῳ. καὶ οὕτως τοὺς φιλανθρώπους τίκτουσα λογισμοὺς ἀθάνατον τίθησι τὸν κεκτημένον, ὡς εἰκόνα Θεοῦ[6] ὁμοίαν, ὑπὸ φθορᾶς ὑβρισθῆναι μὴ δυναμένην τὴν αὐτοῦ φύσιν. ὁμῶς τὸν τῆς φιλανθρωπίας ἐκθεμένου ἡμῖν λόγον, ἑσπέρας ἐπικαταλαβούσης, εἰς ὕπνον ἐτράπημεν.

ΟΜΙΛΙΑ ΙΓ'.

I. Ὄρθρου δὲ γενομένου ὁ Πέτρος εἰσιὼν[7] ἔφη· ὁ μὲν Κλήμης μετὰ τῆς αὐτοῦ μητρὸς Ματτιδίας[8] καὶ τῆς ἐμῆς γυναικὸς ἅμα ἐπὶ τοῦ ὀχή-

mente potest concipi? Respondit Petrus: humanitas, dilecte Clemens, acquiri potest, si quis plene sibi persuadeat, inimicos, dum quos oderunt vexant ad tempus, aeterni supplicii liberationem illis producere: sicque ii etiam ut beneficii admodum diligentur. Porro via humanitatem accipiendi, amice Clemens, unica est, nimirum timor Dei. Nam qui timet Deum, non quidem potest principio diligere proximum tamquam se: etenim ad hoc praeceptum non accedit anima; at timore erga Deum amantium opera potest peragere, sicque postea, ubi opera dilectionis fecerit, caritas velut sponsa timori velut sponso adjungitur: atque ita humanitatis gignens cogitationes immortalem reddit possessorem, velut imaginem Deo similem, cujusque natura nequeat a corruptione ludibrio haberi. Caeterum postquam humanitatis doctrinam nobis exposuit, vespera succedente, ad somnum nos contulimus.

HOMILIA XIII.

I. Exorto autem mane ingressus Petrus ait: Clemens cum matre sua Mattidia et mea uxore simul in curru consideant. Statimque ita factum est.

1. οὖν O et ex conject. C, in cuj. textu οὐ.
2. κλήμη O.
3. πρόσκαιρον O.
4. κλήμη O constanter.
5. ἐπὶ τὸ τοιοῦτο κελεύσαντι C. Tum ἡ ψυχή p. τῇ ψυχῇ legi vult S.
6. Leg. Θεῷ, ut et Hom. XVIII, 19, ubi idem mendum repetitur. D.
7. εἰσιὼν ὁ Πέτρος C.
8. Ματθιδίας O.

ματος καθεζέσθωσαν. καὶ ὁμῶς οὕτως ἐγένετο. ὁρμώντων δὲ ἡμῶν τὴν ἐπὶ[1] Βαλανίας ὁδὸν ἐπύθετό μου ἡ μήτηρ, πῶς ὁ πατὴρ διάγει. κἀγὼ ἔφην· ἐπὶ τὴν ζήτησίν σου καὶ τῶν διδύμων ἀδελφῶν μου Φαυστίνου τε καὶ Φαυστινιανοῦ ἐκβὰς ἀνεύρετός ἐστιν. οἶμαι δὲ ἐκ τοῦ πλείστου τελευτῆσαι αὐτόν, ἢ ναυφραγίῳ περιπεσόντα, ἢ ἐν ὁδῷ σφαλέντα[2], ἢ ὑπὸ λύπης μαρανθέντα. ἡ δὲ ἀκούσασα καὶ ἐπίδακρυς γενομένη ἐστέναξε λυπηθεῖσα, τῇ δὲ πρὸς ἐμὲ εὑρέσει[3] χαίρουσα τὴν ἐκ τῆς ὑπομνήσεως λύπην μετρίως ἀπήμβλυνεν. ὁμῶς οὖν κατηντήσαμεν εἰς Βαλανίας. τῇ δὲ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ[4] εἰς Πάλτον ἤλθομεν, κἀκεῖθεν εἰς Γάβαλαν· τῇ δὲ ἑτέρᾳ κατηντήσαμεν εἰς Λαοδίκειαν. καὶ ἰδοὺ πρὸ τῶν θυρῶν Νικήτης καὶ Ἀκύλας ἀπήντων ἡμῖν, καὶ καταφιλήσαντες ἦγον ἐπὶ τὴν ξενίαν. ὁ δὲ Πέτρος καλὴν καὶ μεγάλην πόλιν ἰδών· ἄξιον, ἔφη, ἐνταῦθα ἡμερῶν ἐπιμεῖναι. ὡς γὰρ ἐπίπαν τὸ πλῆθος δυνατώτερόν ἐστι τίκτειν[5] τοὺς ζητουμένους. ὁ μὲν οὖν Νικήτης καὶ Ἀκύλας ἐπυνθάνοντό μου, τίς εἴη αὕτη ἡ ξένη γυνή. κἀγὼ ἔφην· ἐμὴ μήτηρ, ἣν ἐπιγνῶναί μοι ὁ Θεὸς διὰ Πέτρου τοῦ κυρίου μου ἐδωρήσατο.

II. Ταῦτά μου εἰπόντος, ὁ Πέτρος πάντα αὐτοῖς ἐπὶ κεφαλαίων ἐξέθετο, ὡς ἅμα τῷ[6] αὐτοὺς προοδεῦσαι ἐγὼ Κλήμης τὸ ἐμὸν γένος αὐτῷ

Cumque per viam quae Balanaeas ducit pergeremus, interrogavit me mater, quo modo pater ageret. Respondi: ad requirendum te ac geminos fratres meos Faustinum et Faustinianum profectus, non amplius comparuit: puto autem eum a longo tempore obiise, vel incidentem in naufragium, vel in via circumventum, vel e dolore tabem passum. At illa audiens lacrymis obortis suspiravit prae tristitia, verum ob me inventum gaudens de moerore ex commemoratione orto paullulum remisit. Itaque venimus Balanaeas. Sequenti vero die Paltum profecti sumus, et inde Gabalam, aliaque die Laodiceam devenimus. Et ecce ante portas occurrunt nobis Nicetas et Aquila, et osculati ducunt ad hospitium. Petrus autem videns pulcram magnamque civitatem, aequum est, inquit, hic aliquot dies commorari. Nam fere semper multitudo efficacior est ad producendos quos quaerimus. Tum Nicetas et Aquila requirebant a me, quaenam esset peregrina ignotaque ea mulier. Et ego respondi: mater mea est, quam agnoscere donavit mihi Deus, per dominum meum Petrum.

II. Haec cum ego dixissem, cuncta eis Petrus summatim exposuit: quod postquam illi praecesssissent, ego Clemens genus meum ipsi enarraverim, et

1. ἐπὶ τὴν Cod. Reg. 804. Subinde in O esse videtur βαλαναίας.

2. Ita uterque Hom. Cod. et Epit., σφαγέντα melius conj. C.

3. εὕρεσιν O.

4. ἡμέρᾳ om. O, qui deinde scr. εἰς πάλταν. Tum id. γάβαλα c. Cod. Reg. 804 et Epit.

5. Ita O et ex conject. C, qui in textu τίκτει.

6. τῷ adjunxi c. O.

ἐξεθέμην, καὶ τῆς μητρὸς τὴν ἐκ τῆς τοῦ ὀνείρου πλαστῆς[1] προφάσεως μετὰ τῶν διδύμων αὐτῆς τέκνων γενομένην ἀποδημίαν, ἔτι τε καὶ τοῦ πατρὸς τὴν ἐπὶ ζήτησιν αὐτῆς ἀποδημίαν· ἔπειτα καὶ ὡς αὐτὸς Πέτρος μετὰ τὸ ἀκοῦσαι ταῦτα εἰσελθὼν εἰς τὴν νῆσον καὶ τῇ γυναικὶ συντυχὼν καὶ προσαιτοῦσαν ἰδὼν καὶ τοῦ προσαιτεῖν τὴν αἰτίαν πυθόμενος, ἔγνω [τὸ][2] αὐτῆς γένος, ἀναστροφήν, τὸν πλαστὸν ὄνειρον, καὶ τῶν τέκνων τὰ ὀνόματα, ἐμοῦ τε τοῦ καταλειφθέντος παρὰ τῷ πατρὶ καὶ τῶν αὐτῇ συμπορευθέντων διδύμων τέκνων, καὶ οὓς[3] ἐν βυθῷ ὑπενοεῖτο τεθνηκέναι.

III. Τούτων οὖν κεφαλαιωδῶς ῥηθέντων ὑπὸ Πέτρου, ὁ Νικήτης καὶ ὁ Ἀκύλας ἐκπλαγέντες ἔλεγον· ἆρά γε, δέσποτα καὶ κύριε τῶν ἁπάντων, τοῦτο ἀληθὲς ἢ ὄνειρός[4] ἐστιν; καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· εἰ μὴ κοιμώμεθα[5], ἀληθὲς τυγχάνει. οἱ δὲ βραχὺ μείναντες καὶ σύννοι[6] γενόμενοι ἔφασαν· ἡμεῖς ἐσμὲν Φαυστῖνος καὶ Φαυστινιανός, καὶ ἀπαρχῆς σου διαλεγομένου ἀλλήλοις ἐμβλέποντες πολλὰ περὶ ἑαυτῶν κατεστοχαζόμεθα, μὴ ἄρα οὐχ ἡμῖν διαφέρῃ[7] τὰ λεγόμενα, λογιζόμενοι ὅτι πολλὰ παρόμοια γίνεται ἐν τῷ βίῳ· διὸ ἐσιωπῶμεν παλλόμενοι τὰς καρδίας. πρὸς δὲ τὸ τέλος τοῦ λεγομένου ἀποβλέψαντες[8], ὅτι ἡμῖν διαφέρει τὰ λεγόμενα, τότε ἑαυτοὺς

matris cum geminis suis filiis praetextu ficto somnii profectionem, praeterea patris ad quaerendam matrem iter, deinde quo modo ipse Petrus ubi haec audiisset, insulam ingressus mulierem invenerit, quam mendicare videns, et causam mendicationis postulans, cognoverit illius genus, educationem, fictum somnium, liberorum nomina, meum scilicet, qui relictus fueram apud patrem, et geminorum natorum, qui cum ea iter susceperant, denique suspicionem de horum obitu in mari.

III. His ergo summatim a Petro relatis Nicetas et Aquila stupefacti dixerunt: here ac domine omnium, verumne est hoc, an est somnium? Tum Petrus ait: nisi dormimus, verum est. At illi paullulum remorati et cogitabundi dixerunt: nos sumus Faustinus et Faustinianus, et ab initio, cum narrare coepisti, alter alterum inspicientes, plurimum circa nos considerabamus, num ad nos pertinerent quae dicebantur, reputantes multa similia accidere in vita hominum; quocirca tacuimus, licet cor nostrum palpitaret. Intuiti autem in fine

1. λαβῆς conj. D. At lectio vulgata nulla eget emendatione, si c. O legas πλαστῆς προφάσεως pro Ci πλαστῆς καὶ προφάσεως. S verum jam vidit.

2. Pro [τὸ] lacuna parvula in O. Nil certi constat de Cod. Parisiensi. Tum ἀναστροφήν conj. C, cujus textus ἀνατροφήν, ut O.

3. οὓς var. lect. ap. C, ὡς uterque Hom. Cod. Dein τεθνηκότων p. τεθνηκέναι O.

4. ὄνειρον O.

5. Ita et Epit., μαινόμεθα („insani sumus") Rufin. Recogn. VII, 28.

6. Ita S, σύννοες C O, quam formam ille librariis deberi putat: esse enim aetatis infimae, quae Lob. Phryn. p. 453 hujus vitii attulerit exempla.

7. διαφέρει O et C in Corrigendis, διαφέρῃ in textu.

8. ἀποβλέψαν O. Tum αὐτοὺς C, αὑτοὺς S.

ὁμολογήσαμεν. καὶ τοῦτ'[1] εἰπόντες μετὰ δακρύων ἐπεισῆλθον τῇ μητρί, καὶ κοιμωμένην εὑρόντες ἤδη περιπλέκεσθαι[2] ἐβούλοντο. ὁ δὲ Πέτρος ἐκώλυεν αὐτοὺς εἰπών· ἐάσατέ με, προσαγάγω ὑμᾶς παραστῆσαι τῇ μητρί, μή πως ὑπὸ τῆς πολλῆς αἰφνιδίου χαρᾶς εἰς ἔκστασιν ἔλθοι φρενῶν, ἅτε δὴ κοιμωμένη καὶ τὸ πνεῦμα ὑπὸ τοῦ ὕπνου ἀπησχολημένον ἔχουσα.

IV. Ὁμῶς ἐπεὶ κόρον ἔσχεν ὕπνου, διεγερθείσῃ τῇ μητρὶ ὁ Πέτρος ἤρξατο περὶ τῆς θεοσεβείας αὐτῇ διαλέγεσθαι πρότερον λέγων[3]· γινώσκειν σε θέλω, γύναι, τῆς ἡμετέρας θρησκείας τὴν πολιτείαν. ἡμεῖς ἕνα Θεὸν σέβομεν, τὸν πεποιηκότα ὃν ὁρᾷς κόσμον, καὶ τούτου φυλάσσομεν τὸν νόμον, περιέχοντα ἐν πρώτοις, αὐτὸν σέβειν μόνον καὶ τὸ αὐτοῦ ἁγιάζειν ὄνομα, τιμᾶν τε γονεῖς, καὶ σωφρονεῖν, βιοῦν τε σεμνῶς[4]. πρὸς τούτοις δὲ ἀδιαφόρως[5] μὴ βιοῦντες τραπέζης ἐθνῶν οὐκ ἀπολαύομεν, ἅτε δὴ οὐδὲ συνεστιᾶσθαι αὐτοῖς δυνάμενοι, διὰ τὸ ἀκαθάρτως αὐτοὺς βιοῦν. πλὴν ὁπόταν αὐτοὺς πείσωμεν τὰ τῆς ἀληθείας φρονεῖν τε καὶ ποιεῖν, βαπτίσαντες αὐτοὺς τρισμακαρίᾳ τινὶ ἐπονομασίᾳ, τότε αὐτοῖς συναυλιζόμεθα[6]. ἐπεὶ οὐδ' ἂν[7] πατὴρ τυγχάνῃ, ἢ γυνή, ἢ τέκνον, ἢ ἀδελφός, ἢ ἄλλος τις ἐκ φύσεως στοργὴν ἔχων, συνεστιᾶσθαι αὐτῷ τολμᾶν δυνάμεθα. θρησκείᾳ

sermonis, dicta pertinere ad nos, tunc nos declaravimus. Et postquam hoc dixissent, lacrymantes ad matrem accedebant, eamque dormientem nacti protinus complecti volebant. Petrus vero prohibuit, dicens: sinite me, adducam vos et exhibebo matri, ne forte multo et subito gaudio in animi stuporem incidat, ut pote quae etiam dormiat, spiritumque somno habeat occupatum.

IV. Igitur ubi somnum ad satietatem cepit ac experrecta est mater, Petrus adductis illis coepit ei de Dei cultu disserere prius dicens: scire te volo, mulier, religionis nostrae observantiam. Nos unum colimus Deum, qui fecit quem cernis mundum: illius et legem servamus, quae in primis continet, ipsum solum colendum esse, sanctificandum nomen ejus, parentes honorandos, colendam temperantiam, et pie vivendum. Ad haec non vivimus indifferenter, nec e Gentilium mensa cibum sumimus, neque cum iis possumus comedere, quod impuram vitam agunt. Verum cum eis persuaserimus sentire ac facere ea quae ad veritatem spectant, et baptizaverimus eos in ter beata quadam nominis invocatione, tunc una cum eis vescimur. Alioquin etiam si pater sit, aut mater, aut uxor, aut proles, aut frater, aut quivis alius naturali amore carus, nusquam audemus ac possumus cum ipso cibum sumere. Hoc quippe

1. τοῦτο C.
2. περιπλέπεσθαι O mendose.
3. ἤρξατο προσαγαγὼν λέγειν C, intermediis omissis.
4. ἡδέως O, supra σεμνῶς, ap. C ἡδέως. Hanc lectionem corruptela laborare recte vidit S, qui proposuit ἁγίως.
5. διαφόρως Cod. Reg. 804.
6. Ita O c. Epit., συναλιζόμεθα C.
7. Ita O c. Cod Reg. 804 et Epit., οὐδαμοῦ C. Deinde τυγχάνῃ O c. Epit., τυγχάνει C. τέκνον om. O.

γὰρ διαφερόντως [1] τοῦτο ποιοῦμεν. μὴ οὖν ὕβριν ἡγήσῃ τὸ μὴ συνεστιᾶσθαί σοι τὸν υἱόν, μέχρις ἂν μὴ τὰ αὐτὰ αὐτῷ φρονῇς [2] καὶ ποιῇς.

V. Ἡ δὲ ἀκούσασα ἔφη· τί οὖν κωλύει σήμερόν με [3] βαπτισθῆναι; ἥτις πρὸ τοῦ σε ἰδεῖν τοὺς λεγομένους θεοὺς ἀπεστράφην, λογισμῷ τούτῳ, ὅτι πολλὰ σχεδὸν καθ' ἡμέραν [4] θυούσῃ αὐτοῖς ἐν ταῖς ἀνάγκαις οὐ παρεστάθησάν μοι. περὶ δὲ μοιχείας τι δεῖ καὶ λέγειν; ὁπότε οὐδ' ὅτε ἐπλούτουν, τρυφή με τοῦτο [5] ἠπάτησεν, οὐδ' ἡ μετὰ ταύτην πενία ἐπὶ τοῦτο ἐλθεῖν ἀναγκάσαι δεδύνηται, ἀντιποιουμένην [6] μου τῆς σωφροσύνης ὡς μεγίστου κάλλους [7], ἧς ἕνεκα εἰς τοσαύτην ἦλθον περίστασιν. ἀλλ' οὐδ' οἶμαί σε, κύριέ μου Πέτρε, ἀγνοεῖν, ὅτι ἡ πλείων ἐπιθυμία ἐξ εὐθυμιῶν γίνεται. ὅθεν ἐγὼ ἐν εὐθυμίᾳ σωφρονήσασα, ἐν δυσθυμίᾳ πρὸς ἡδονὰς ἐμαυτὴν οὐκ ἀποδίδωμι. ἀλλὰ μηδὲ νῦν μου κακουχίας ἀπηλλάχθαι νομίσῃς [8] τὴν ψυχήν, τὴν ποσῶς παραμυθίας τυχοῦσαν διὰ τὴν Κλήμεντος ἐπίγνωσιν. ἀντεισερχομένη γὰρ ἡ ἐκ τῶν δύο τέκνων μου βαρυθυμία [9] καὶ τὴν ποσῶς ἀμαυροῖ χαράν. λυπεῖ γὰρ ἡμᾶς οὐ τοσοῦτον τὸ ἐν τῇ θαλάσσῃ τούτους παραπολέσθαι, ὅσον τὸ χωρὶς τῆς θείας εἰς θεὸν εὐσεβείας διαφθαρῆναι μετά γε τῶν ψυχῶν αὐτοῖς καὶ τὰ σώματα [10]. ὁ δὲ τούτων πατήρ,

religionis causa praecipue facimus. Ne ergo tibi injuriosum videatur, si tecum filius cibum non capiat, usque quo non eadem cum illo sentias et agas.

V. Quibus illa auditis: Et quid, inquit, vetat hodie me baptizari? quae prius quam te viderem, illos quos vocant Deos aversata sim, per hanc ratiocinationem, quia mihi multa fere quotidie ipsis immolanti in adversis rebus non adfuerunt. De adulterio autem quid verbis opus est? cum neque quando dives eram, deliciae me in hoc deceperint, neque subsecuta paupertas potuerit ad eo veniendum cogere, quod pudicitiam meam velut maximum decus capesserem, cujus gratia in tantam calamitatem deveni. Sed nec te arbitror, Domine mi Petre, ignorare, majorem cupiditatem ex laeta fortuna oriri. Unde ego quae in secundis rebus temperate vixi, in afflictione me voluptatibus non tradam. Neque vero nunc animum meum existimes aegritudine esse liberum, qui nonnihil consolationis per Clementis agnitionem nactus fuerit. Succedens namque tristitia ex duorum liberorum interitu nata etiam hoc aliquantum gaudium obscurat. Etenim non tam circa eos dolemus, quod in mari obierint, quam quod extra divinam religionem mortui, perierint corpore et anima. Pa-

1. διαφέροντες conj. S.

2. Scripsi ἂν μὴ τὰ αὐτὰ αὐτῷ φρονῇς c. O, ἂν τὰ αὐτῷ φρ. C, qui deesse αὐτὰ recte suspicatus est, ἂν τὰ αὐτὰ φρ. Epit.

3. με σήμερον C.

4. καθημέρων O. Subinde θυούσῃ Epit., θυούσης C O. αὐτοῦ p. αὐτοῖς O.

5. πρὸς τοῦτο Epit., quod in textu poni vult D. Frustra. Cf. e. g. Xen. Anab. V, 7, 11: εἴ τις ἐξαπατηθῆναι οἴεται ταῦτα. S.

6. ἀντιποιουμένης Epit.

7. καλοῦ O.

8. νομίσειν O.

9. ἀπώλεια C, qui conj. ἀπωλείας ἀθυμία. In Epit. ἀθυμία.

10. Cfr. Epit. c. 102. Ap. C. haec periodus ita sonat: παραινέσωμεν (παρανιάζομεν vel

ἐμὸς δὲ σύμβιος, ὡς παρὰ Κλήμεντος ἔμαθον, ἐπί τε τὴν ἐμὴν καὶ [1] τῶν υἱῶν ζήτησιν ἐκβὰς, τοσούτοις ἔτεσιν ἀφανής ἐστιν· πάντως δὲ ἐτελεύτησεν. καὶ γὰρ ὁ ταλαίπωρος ὑπὸ σωφροσύνης με ἀγαπῶν φιλότεκνος ἦν. ὅθεν πάντων ἡμῶν τῶν [2] ὑπὲρ πάντα αὐτῷ ἠγαπημένων στερηθεὶς ὁ γέρων ὑπὸ μεγίστης ἀθυμίας διεφώνησεν.

VI. Τῆς μητρὸς ταῦτα λεγούσης, κατὰ τὴν Πέτρου παραίνεσιν [3], ἀκούοντες οὐκέτι στέγειν ἐδύναντο οἱ παῖδες, ἀλλ' ἐγερθέντες περιεπλέκοντο αὐτῇ, πολλὰ δακρύοντες καὶ καταφιλοῦντες. ἡ δὲ ἔφη· τί θέλει τοῦτο εἶναι; καὶ ὁ Πέτρος ἀπεκρίνατο· παράστησον, ὦ γύναι, γενναίως τὸν νοῦν σου, ὅπως τῶν σῶν ἀπολαύσῃς τέκνων. οὗτοι γάρ εἰσι Φαυστῖνος καὶ Φαυστινιανός, οἱ υἱοί σου, οὓς ἐν βυθῷ τεθνάναι ἔλεγες. πῶς δὲ ζῶσιν, ἐπὶ βυθοῦ [4] θανόντες ἐν τῇ χαλεπωτάτῃ ἐκείνῃ νυκτί, καὶ πῶς νῦν ὁ μὲν αὐτῶν Νικήτης λέγεται, ὁ δὲ Ἀκύλας, αὐτοί σοι εἰπεῖν δυνήσονται, σὺν σοὶ γὰρ ἡμεῖς μαθεῖν ἔχομεν. ταῦτα τοῦ Πέτρου εἰπόντος, ἡ μήτηρ χαρεῖσα σφόδρα ὑπὸ ἐκλύσεως ὀλίγου διεφώνει. ὅτε δὲ αὐτὴν ἀνεκτησάμεθα, ἐκαθέσθη, καὶ ἑαυτῆς γενομένη ἔφη· παρακαλῶ, τέκνα μου ποθεινά, εἴπατε ἡμῖν τὰ μετὰ τὴν χαλεπὴν ἐκείνην νύκτα συμβάντα ὑμῖν.

ter autem eorum meusque vir, quemadmodum per Clementem comperi, ad quaerendum me ac liberos progressus, tot annis non comparet: prorsus vero interiit. Etenim infelix ob continentiam diligebat me, et erat amans liberorum. Quare cunctis nobis, a se super omnia dilectis, orbatus senex prae maximo dolore occubuit.

VI. Matrem vero haec locutam liberi audientes, non amplius secundum Petri admonitionem se continere potuerunt: sed surgentes complexi sunt eam, et cum multis lacrymis osculati. At illa dixit: Quid hoc sibi vult? Respondit Petrus: Advoca fortiter, o femina, animum tuum, ut natis tuis fruaris. Isti enim sunt Faustinus et Faustinianus, filii tui, quos in profundo periisse dicebas. Quo modo autem vivant in illa horribili nocte mortui in pelago, et quo modo nunc alius ipsorum Nicetas et alius Aquila nominetur, ipsi tibi exponere poterunt; et una tecum etiam nos audiemus. Ubi haec Petrus dixit, mater, vehementer gavisa, deliquio propemodum exanimata est. Postquam vero illam refocillavimus, sedit, atque in semetipsam regressa ait: Obsecro vos, dulcissimi filii, dicite nobis, quae acciderint vobis post illam perniciosam et crudelem noctem.

παρανιάζωμεν id. ex conject., παραμυθήσομαι — ἐμαυτήν var. lect. ap. eundem, παρακαλέσομαι D) γὰρ περὶ αὐτῶν ὅτε (οὐχ ὅτι proponit C ad Epit. referens) ἐν θαλάσσῃ διεφώνησαν, ἀλλ' οὐχ (οὐχ addidit D) ὅτι πρὸς τούτοις ἐκτὸς τειχῶν θρησκείας Θεοῦ φθαρέντες τὰ σώματι καὶ τὰς ψυχὰς ἀπώλοντο.

1. καὶ τὴν C.
2. τῶν addidi c. O.
3. Vbb. κατὰ τὴν Πέτρου παραίνεσιν post οὐκέτι rectius collocat Epit.
4. βυθοῦ conjectura ad oram Ottoboniani, in cuj. textu σου, ut C. τέκνα μου ποθεινά, τέκνα γλυκύτατα τέκνα καρδίας καύσων τῆς ἐμῆς, εἴπατε μοι O.

VII. *Καὶ ὁ Νικήτης, τοῦ λοιποῦ Φαυστῖνος*[1], *ἤρξατο λέγειν· τῆς αὐτῆς ἐκείνης νυκτὸς τοῦ πλοίου, ὡς οἶσθα, διαλυομένου, ἡμᾶς ἄνδρες τινὲς ἐν τῷ βυθῷ ληστεύειν μὴ φοβούμενοι ἀνείλοντο*[2], *καὶ ἐν σκάφῃ θέντες καὶ κώπαις ἐλαύνοντες ὁτὲ μὲν παρὰ γῆν ἔφερον, ὁτὲ δὲ καὶ τροφὰς μεταπεμπόμενοι εἰς τὴν Στράτωνος ἦγον Καισάρειαν· κἀκεῖ δακρύοντας*[3] *ἡμᾶς λιμῷ, φόβῳ τε καὶ πληγαῖς, ὅπως μή τι προπετὲς λαλήσωμεν τῶν αὐτοῖς μὴ δοκούντων, ἔτι τε*[4] *καὶ τὰ ὀνόματα ἡμῶν ἀλλάξαντες, πωλῆσαι ἠδυνήθησαν. γυνὴ δέ τις Ἰουδαίας*[5] *προσήλυτος, ἀξιόλογος πάνυ, ὀνόματι Ἰοῦστα, ὠνησαμένη ἡμᾶς εἰς τέκνων ἐφύλαττεν τόπον, καὶ πάσῃ ἑλληνικῇ παιδείᾳ μετὰ σπουδῆς ἐξεπαίδευσεν. ἡμεῖς δὲ ἐφ' ἡλικίας ἔμφρονες γενόμενοι καὶ τὴν θρησκείαν ἠγαπήσαμεν, καὶ τὰ τῆς παιδείας ἐφιλοπονήσαμεν, ὅπως πρὸς τὰ λοιπὰ ἔθνη διαλεγόμενοι ἐλέγχειν αὐτὰ περὶ πλάνης δυνώμεθα. ἀλλὰ καὶ τὰ φιλοσόφων ἠκριβώσαμεν, ἐξαιρέτως δὲ τὰ ἀθεώτατα, λέγω δὴ*[6] *τὰ Ἐπικούρου καὶ Πύρρωνος, ἵνα μᾶλλον ἀνασκευάζειν δυνώμεθα.*

VIII. *Σίμωνι δέ τινι μάγῳ σχεδὸν σύντροφοι γενόμενοι, φιλίας*[7] *ὁδῷ ἀπατηθῆναι ἐκινδυνεύσαμεν. ἔστι*[8] *δέ τις περὶ ἀνθρώπου τινὸς λόγος, οὗ φανέντος ἐν βασιλείᾳ τῶν θεοσεβησάντων ὄχλος*[9] *ἀθανάτως καὶ ἀλύπως*

VII. Tum Nicetas, qui et nunc Faustinus, coepit dicere: In illa ipsa nocte, cum navis, quemadmodum nosti, fuisset resoluta, viri quidam, qui in mari latrocinari non verentur, ceperunt nos, et naviculae imposuerunt, et remigando aliquando ad terram deferebant, aliquando et cibos accersebant, sicque Caesaream Stratonis perduxerunt: ibique nos in lacrymas effusos fame, metu, verberibus affligentes, ne quid temere contra suam sententiam loqueremur, immutatis etiam nostris nominibus, vendiderunt. Porro mulier quaedam apud Judaeos proselyta, honesta admodum, Justa nomine, cum nos emisset, habuit loco filiorum, atque omnibus Graecis disciplinis studiose erudivit. Nos vero per aetatem prudentes facti, et religionem amavimus, et litteris gnaviter operam dedimus, ut cum reliquis gentibus disputantes, eas de errore possemus arguere. Sed et perdidicimus philosophorum decreta, maxime quae a pietate in Deum alienissima sunt, Epicuri, inquam, et Pyrrhonis, quo magis possemus confutare.

VIII. Caeterum una cum Simone quodam mago educati, ratione amicitiae in fraudem fere inducti fuimus. Fertur enim quaedam de aliquo homine fama, qui ubi apparuerit, universa piorum multitudo in regno vivet perpetuo ac citra

1. Vbb. *τοῦ λ. Φαυστῖνος* om. O.
2. *ἀνείλαντο* C.
3. *δάκνοντες* conj D, „affligentes nos fame" Ruf. in Recogn. C deesse aliquid putat.
4. *δὲ* C.
5. *Ἰουδαίοις* C.
6. Ita Epit., *λέγω δὲ* C O.
7. *φιλίοις* O.
8. Recogn. VIII, 33: „Fertur enim in religione nostra sermo de Propheta quodam — per quem immortalis et beata vita credentibus danda promittitur. Hunc ergo nos putabamus Simonem. Sed haec tibi, mater, opportunius exponentur."
9. *ὄχλον* C, qui conj. *ὄχλος*, in O *ὄχλων*.

βιῶσαι ἔχει· ὅμως ταῦτα μέν σοι, μῆτερ[1], ἐπὶ καιροῦ ἀκριβέστερον ἐκτεθήσεται[2]. πλὴν μέλλουσιν ἡμῖν ἀπατᾶσθαι ὑπὸ τοῦ Σίμωνος ἑταῖρός τις τοῦ κυρίου ἡμῶν Πέτρου, Ζακχαῖος λεγόμενος, προσηκάμενος ἐνουθέτησε μὴ ἀπατηθῆναι τῷ μάγῳ, ἐπελθόντι δὲ τῷ Πέτρῳ προσήγαγεν, ὅπως πληροφορήσας ἡμᾶς[3] πείσῃ περὶ τῶν τῇ θεοσεβείᾳ διαφερόντων. διὸ καὶ σέ, μῆτερ[4], εὐχόμεθα, ἵνα ὧν ἡμεῖς κατηξιώθημεν ἀγαθῶν, τούτων καὶ σὺ μεταλάβῃς, ὅπως κοινῶν[5] ἁλῶν καὶ τραπέζης μεταλαβεῖν δυνηθῶμεν. αὕτη οὖν ἐστὶν ἡ αἰτία, τεκοῦσα, δι' ἣν ἐνόμιζες ἡμᾶς τεθνάναι, τῷ[6] ἐκείνῃ τῇ χαλεπωτάτῃ νυκτὶ ὑπὸ πειρατῶν ἀρθῆναι ἐν πελάγει, σὲ δὲ νομίζειν ἡμᾶς ἀπολωλέναι.

IX. Ταῦτα τοῦ Φαυστίνου εἰπόντος ἡ μήτηρ ἡμῶν προσέπεσε τῷ Πέτρῳ, δεομένη καὶ ἀξιοῦσα, ὅπως αὐτήν τε καὶ τὴν ξενοδόχον αὐτῆς μεταπεμψάμενος ἐξαυτῆς βαπτίσῃ, ἵνα, φησί, μηδεμία τις ἡμέρα ἄμοιρος γένηται, ἀφ' ἧς τὰ ἐμαυτῆς ἀπέλαβον τέκνα, καθ' ἣν ἂν οὐ[7] συνεστιαθείην αὐτοῖς. ταυτὰ οὖν καὶ ἡμῶν τῇ μητρὶ συμπαρακαλεσάντων, ὁ Πέτρος ἔφη· τί νομίζετε, ἐγὼ μόνος ἄσπλαγχνός[8] εἰμι, ὅτι μὴ βούλομαι ὑμᾶς συνεστιαθῆναι[9] τῇ μητρί, βαπτίσας αὐτὴν σήμερον; ἀλλὰ κἂν μίαν ἡμέραν πρὸ τοῦ βαπτισθῆναι νηστεῦσαι αὐτὴν δεῖ. καὶ ταῦτα ἐπεὶ ἁπλῶς

molestiam. Sed haec tibi, mater, in tempore diligentius exponentur. Nos interim, cum paene jam deciperemur a Simone, quidam collega domini nostri Petri, Zacchaeus nomine, accedens monuit ne falleremur a Mago, et Petro advenienti nos obtulit, ut ab ipso perfecte quae spectant ad cultum Dei doceremur. Quare etiam te oramus, mater, ut quae nos consecuti sumus bona, illa et tu percipias, quo possimus cibum et mensam habere communem. Ea igitur causa fuit, o genitrix, propter quam existimasti nos obiisse, quod in ea difficillima nocte a piratis in pelago rapti sumus, tuque nos periisse credidisti.

IX. Postquam haec dixisset Faustinus, mater nostra procidit ad pedes Petri, rogans et obsecrans, ut et ipsam et hospitam suam evocatam sine mora baptizaret, uti ne una, inquit, dies excludatur, ex quo natos meos recepi, in qua cum iis non sumpserim cibum. Cumque nos eadem quae mater comprecaremur, Petrus ait: Quid putatis, me immisericordem esse solum, quod nolim vos matris convivio sociari, hodie illam baptizans? Sed necesse est eam vel una die ante baptismum jejunare: et hoc, quia omnino quemdam pro se

1. μῆτερ S O, μήτερ C.
2. ἐκτελήσεται S c. Cl.
3. ἡμᾶς πληροφορήσας C.
4. μερῶν O.
5. κοινῇ C.
6. τὸ conj. S.
7. ἐν ᾗ μὴ p. καθ' ἣν ἂν οὐ C. Subinde συνεστιαθείην Epit. c. 106 et O, συνεστιάσθην C. Tum ταυτὰ S, ταῦτα C O.
8. εὔσπλαγχνός O. Alia man. praemisit μὴ in marg.
9. Ita O c. S. συνεστιασθῆναι C.

τινὰ ὑπὲρ ἑαυτῆς ἐφθέγξατο λόγον[1], ὃν ἐγὼ τῆς πίστεως αὐτῆς ἱκανὸν ἑρμηνέα συνεῖδον· ἐπεὶ πολλῶν ἡμερῶν αὐτὴν ἁγνισθῆναι[2] ἔδει.

X. Κἀγὼ ἔφην· εἰπὲ ἡμῖν τίνα ἐφθέγξατο λόγον, ὃς[3] τὴν πίστιν αὐτῆς ἐξέφηνεν[4]. καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· ἡ ἀξίωσις αὐτῆς τοῦ συμβαπτισθῆναι[5] αὐτῇ τὴν ξενοδόχον καὶ εὐεργέτιν. οὐκ ἂν δὲ τοῦτο τῇ ὑπ' αὐτῆς ποθουμένῃ δοθῆναι παρεκάλει, εἰ μὴ πρότερον αὐτὴ διετέθη[6] ὡς ἐπὶ μεγάλῃ τῇ τοῦ βαπτίσματος δωρεᾷ. ὅθεν ἐγὼ πολλῶν καταγινώσκω, ὁπόταν[7] βαπτισθέντες καὶ πιστεύειν λέγοντες μηδὲν ἄξιον πίστεως ποιῶσι, μηδ' οὓς ἀγαπῶσιν, λέγω δὴ γυναῖκας αὐτῶν ἢ υἱοὺς ἢ φίλους, πρὸς τοῦτο προτρέπωνται. εἰ γὰρ πεπιστεύκασι ζωὴν αἰώνιον σὺν ἔργοις καλοῖς δωρεῖσθαι τὸν Θεὸν ἐπὶ τῷ βαπτίσματι[8], ἀνυπερθέτως οὓς ἠγάπων προετρέποντο βαπτισθῆναι. ἀλλ' ἐρεῖ τις ὑμῶν· ἀγαπῶσιν αὐτοὺς καὶ φροντίζουσιν αὐτῶν. τοῦτο εὔηθές ἐστιν. ἐπεὶ τί δή ποτε νοσοῦντας ὁρῶντες, ἢ ἀπαγομένους τὴν ἐπὶ θάνατον[9], ἢ ἄλλα τινὰ χαλεπὰ πάσχοντας, ὀδύρονται καὶ ἐλεοῦσιν[10]; οὕτως εἰ πεπιστεύκεισαν αἰώνιον πῦρ μένειν τοὺς[11] τὸν Θεὸν μὴ σέβοντας, οὐκ ἂν ἐπαύσαντο νουθετοῦντες, ἢ καὶ ἀπειθοῦντας ὁρῶντες, ὡς περὶ ἀπίστων ὀδυνώμενοι, τὴν κατ' αὐτῶν κόλασιν πεπλη-

locuta est sermonem, quem ego idoneum fidei illius interpretem habeo: alioqui multis ipsam diebus oportebat lustrari.

X. Et ego: Dic nobis, inquam, qualem protulerit sermonem, qui fidem illius patefecerit. Respondit Petrus: Ille sermo est, quo rogavit ut hospita et benefica simul baptizaretur cum ipsa. Non autem rogaret, ut illi quam diligit praestaretur haec gratia, nisi prius erga baptismum tamquam erga magnum munus esset affecta. Unde ego reprehendo plurimos, qui cum baptizati fuerint, et credere se dicant, nihil tamen dignum fide agant, neque eos quos diligunt (uxores, inquam, vel filios, vel amicos) ad hoc hortentur. Nam si crederent, vitam aeternam cum bonis operibus a Deo propter baptismum donari, absque dilatione, quos diligerent, ad eum suscipiendum exhortarentur. Sed dicet vestrum quis: Diligunt eos, ac de iis sunt solliciti. Id stultum est. Nam cur tandem eos aegrotare videntes, aut in mortis viam abduci, aut quaedam alia molesta sustinere, gemunt atque miserantur? Ita si credidissent, ignem aeternum manere eos qui Deum non colunt, non cessarent monere vel tamquam de infidelibus dolere, dum eos cernunt incredulos, certi futurae illorum poe-

1. λόγον om. O.
2. ἀφελληνισθῆναι C.
3. ὃ C, ᾧ D.
4. ἐξέφηνεν D, ἐξέφανεν C O.
5. βαπτισθῆναι O. Cum eod. addidi καὶ post ξενοδόχον.
6. Ita O c. S, διεθέτη C.
7. ὁπότ' ἂν C.
8. Vbb. ἐπὶ τῷ βαπτίσματι recepi ex O.
9. θανάτῳ C.
10. ἐλεῶσιν C.
11. ἐπεὶ τοὺς var. lect. ap. C.

ροφορημένοι. καὶ τὰ νῦν τὴν ξενοδόχον πέμψας ἐπανακρινῶ[1] εἰ τὸν νόμον τὸν δι'[2] ἡμῶν ἀγαπᾶν αἱρεῖται· καὶ οὕτως ἀκολούθως ἃ δεῖ πράξομεν.

XI. Ἡ δὲ μήτηρ ὑμῶν ἐπειδὴ πιστῶς διάκειται περὶ τοῦ βαπτίσματος, κἂν μίαν πρὸ τοῦ βαπτίσματος νηστευσάτω ἡμέραν. ἡ δὲ ὤμνυεν· δύο τῶν διελθουσῶν ἡμερῶν, τῇ γυναικὶ τὰ κατὰ τὸν ἀναγνωρισμὸν διηγουμένη, ὑπὸ τῆς πολλῆς χαρᾶς τροφῆς μεταλαβεῖν[3] οὐκ ἠδυνήθην, ἢ ἐχθὲς μόνον βραχέος ὕδατος. ἐμαρτύρησέ[4] τε τῷ ὅρκῳ ἡ γυνὴ Πέτρου λέγουσα· ἀληθῶς οὐκ ἐγεύσατο. καὶ ὁ Ἀκύλας, μᾶλλον δὲ τοῦ λοιποῦ Φαυστῖνος[5], ἔφη· οὐκοῦν οὐδὲν κωλύει αὐτὴν βαπτισθῆναι. καὶ ὁ Πέτρος γελάσας ἀπεκρίνατο· ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο νηστεία βαπτίσματος, ὃ[6] μὴ δι' αὐτὸ γέγονεν. καὶ ὁ Φαυστῖνος ἀπεκρίνατο· ἴσως οὖν ὁ Θεὸς βουλόμενος ἡμῶν τὴν μητέρα μηδεμίαν ἡμέραν μετὰ τὸν ἀναγνωρισμὸν χωρίσαι τῆς ἡμετέρας τραπέζης, προῳκονόμησεν τὴν νηστείαν. ὡς γὰρ ἐσωφρόνει ἐν ἀγνοίᾳ τὸ πρέπον τῇ ἀληθείᾳ ποιήσασα, οὕτω[7] καὶ νῦν ὁ Θεὸς ἴσως ᾠκονόμησεν αὐτὴν πρὸ μιᾶς νηστεῦσαι[8] ὑπὲρ τοῦ ἀληθοῦς βαπτίσματος, ἵνα ἀπὸ πρώτης ἡμέρας τοῦ γνωρίσαι ἡμᾶς σὺν ἡμῖν ἁλῶν μεταλαβεῖν δυνηθῇ.

nae. Nunc ergo hospitam accersitam interrogabo, num legem nostram velit amplecti, et prout consequens fuerit agemus.

XI. At vestra mater, quoniam, ut decet fidelem, in baptismum animata est, vel uno die ante baptismum jejunet. Illa vero jurabat dicens: Duobus superioribus diebus, dum narro mulieri recognitionis eventum, prae multo gaudio cibum capere nequivi; nisi quod hesterna die paullum aquae sumpsi. Juramento autem testimonium praebuit uxor Petri dicens: Vere nihil gustavit. Et Aquila, magis vero deinceps Faustinus, ait: Nihil ergo obstat, quin baptizetur. Tum Petrus subridens respondit: Sed non est hoc jejunium baptismi, quod non propter illum susceptum est. Et Faustinus excepit: Sed forte volens Deus matrem nostram nec una die, agnitis nobis, separari a consortio mensae nostrae, praeordinarit hoc jejunium. Sicut enim pudicitiam servavit in ignorantia, faciens quod veritatem decet, ita et nunc Deus forsan providit, eam ante unum diem jejunare pro vero baptismo, ut a primo die agnitionis nostrae nobiscum posset salem seu cibum capere.

1. ἀνακρινῶ C.
2. τὸν δι' om. var. lect. ap. C.
3. τροφῆς μὴ μεταλαβεῖν O, qui om. vbb. οὐκ ἠδυνήθην.
4. Ita conj. C, cuj. textus μαρτυρήσει ut Epit., μαρτυρήσο O, ἐμαρτύρει nonnulli Codd. Epit.
5. φαυστινιανὸς O.
6. ἢ C. Tum φαυστινιανὸς p. Φαυστῖνος O.
7. ἡμέραν τῆς ἡμῶν ἐπιγνώσεως χωρίσαι τῆς τραπέζης, προῳκονόμησεν τὴν νηστείαν. ὡς γὰρ ἐσωφρόνησεν ἐν ἀγνοίᾳ, τὸ πρέπον τῆς ἀληθείας ποιήσασα, οὕτως C.
8. ᾠκονόμησεν πρὸ μιᾶς νηστεῦσαι αὐτὴν ἐν ἀγνοίᾳ C.

XII. Καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· μὴ ἡμᾶς νικάτω ἡ κακία, πρόφασιν εὑροῦσα τὴν πρόνοιαν καὶ τεκούσης στοργήν· ἀλλὰ μᾶλλον ὑμεῖς κἀγὼ σὺν ὑμῖν διαμείνωμεν τὴν σήμερον ἐν νηστείᾳ[1], καὶ αὔριον βαπτισθήσεται. οὐδὲ γὰρ ἡ ὥρα τῆς σήμερον ἡμέρας ἐπιτήδειός ἐστιν εἰς βάπτισμα. καὶ ὁμῶς οὕτως γενέσθαι οἱ πάντες συνευδοκήσαμεν.

XIII. Αὐτῆς οὖν τῆς[2] ἑσπέρας τῆς Πέτρου οἱ πάντες διδασκαλίας ἀπηλαύομεν, δεικνύντος ἡμῖν ἐκ τῆς κατὰ τὴν μητέρα προφάσεως, τίνι λόγῳ τὰ τέλη τῆς σωφροσύνης καλά, τὰ δὲ τῆς μοιχείας χαλεπὰ ὄντα ὅλῳ γένει[3] ὄλεθρον ποιεῖν φύσιν ἔχει, κἂν μὴ ταχέως, ἀλλ' οὖν γε κἂν βραδέως. ἐπὶ τοσοῦτον δέ, φησίν, τὰ τῆς σωφροσύνης ἀρέσκει τῷ Θεῷ, ὅτι[4] καὶ τοῖς ἐν πλάνῃ οὖσι βραχεῖάν τινα ὑπὲρ αὐτῆς ἐν τῷ νῦν βίῳ ἀπονέμει χάριν (ἡ γὰρ ἐκεῖ σωτηρία μόνοις τοῖς διὰ τὴν εἰς αὐτὸν ἐλπίδα βαπτισθεῖσι καὶ σωφρόνως δικαιοπραγοῦσιν ἀποδίδοται). ὥσπερ ἐγνώκατε ἐπὶ τῆς ὑμετέρας μητρὸς γενόμενα, λέγω δὴ τὰ ἐπὶ τέλει καλά. ἴσως δὲ εἰ ἐμοιχήσατο, ἀνῄρητο ἄν. διὸ σωφρονήσασαν ἐλεήσας ὁ Θεὸς τὸν κατ' αὐτῆς ἀπέστρεψεν φόνον, καὶ τὰ ἀφαιρεθέντα τέκνα ἀπέδωκεν.

XIV. Ἀλλ' ἐρεῖ τις ἴσως· πόσοι διὰ σωφροσύνην ἀπώλοντο; φημὶ ἀναισθησίας αἰτίᾳ, χρὴ γὰρ τὴν αἰσθανομένην ἢ ἐρωμένου[5] τινὸς ἢ[6]

XII. Tum Petrus: Non nos, inquit, vincat malitia, praetextum nacta Providentiam et matris affectum: sed magis vos et ego vobiscum hodie in jejunio permaneamus; et cras baptizabitur. Neque enim hodiernae diei hora ad baptismum apta est. Itaque sic fieri omnes consensimus.

XIII. Hac ergo vespera cuncti fruiti sumus Petri doctrina, qui nobis ostendit per occasionem matris, quo modo pudicitiae fines sint boni, fines vero moechiae exitiales, et ita natura comparati, ut toti generi perniciem inferant, etiamsi non statim, tamen licet tarde. In tantum autem, inquit, pudicitia Deo placet, ut etiam his, qui in errore sunt positi, nonnihil gratiae pro illa in praesenti conferat vita. Nam futura beatitudo illis solum retribuitur, qui baptizati sunt propter spem in eum, quique pudicitiam et justitiam servant. Quemadmodum vidistis quae matri vestrae contigerunt, bona, inquam, quae in fine obtinuit. Forte enim si adulterasset, e medio fuisset sublata. Quocirca pudicam miseratus Deus necem ei imminentem avertit, et ablatos liberos reddit.

XIV. Verum fortasse dicet aliquis: Quot ob pudicitiam periere? Dico: Quia non senserunt. Certe enim oportet ut, quae sentit aliquem vel amasium

1. τὴν σήμερον διαμείνωμεν C. Epitome ut O.
2. τῆς inserui c. O.
3. χαλεπὰ ὄντα, ὅλω γένει p. χαλεπὰ ὄντα ὅλῳ γένει O. Tum id. πέφυκε p. φύσιν ἔχει.
4. Fortasse ὥστε, vel ὅσον — ἀπονέμειν. S.
5. γενομένου p. ἢ ἐρωμένου O.
6. ἢ add. D. Tum τὴν πρὸς αὐτὸν ἐπιμιξίαν O.

ἐραστοῦ παρ' αὐτό. φυγεῖν τῆς πρὸς αὐτὸν ἐπιμίξεως, ὡς πῦρ φλέγον ἢ λυσσοῦντα[1] κύνα. ὄνπερ τρόπον ἐποίησεν ἡ ὑμᾶς τεκοῦσα, τὸ τῆς σωφροσύνης ὄντως ἀγαπήσασα καλόν. διὸ[2] φυλαχθεῖσα σὺν ὑμῖν[3] αἰωνίου βασιλείας ἔλαβε τὴν ἐπίγνωσιν. ἡ σωφρονεῖν βουλομένη γυνὴ εἰδέναι ὀφείλει, ὅτι φθονουμένη ὑπὸ κακίας προφάσει ἔρωτος πολλοὺς ἔχει τοὺς ἐπιβούλους. μιᾷ δὲ τῇ πρὸς τὸ σωφρονεῖν ἐνστάσει σεμνὴ μείνασα τὴν κατὰ[4] πάντων νίκην λαβοῦσα σωθῆναι ἔχει. καὶ γὰρ εἰ πάντα καλὰ διαπράξαιτό τις, μιᾷ τῇ πρὸς τὸ μοιχήσασθαι ἁμαρτίᾳ κολασθῆναι δεῖ[5], ὁ προφήτης ἔφη.

XV. Ἡ σώφρων γυνὴ τὸ τοῦ Θεοῦ θέλημα ποιοῦσα τῆς αὐτοῦ πρώτης κτίσεως ἀγαθὴ ὑπόμνησις γίνεται. ὅτι εἷς ὢν ὁ Θεὸς ἑνὶ[6] ἀνθρώπῳ μίαν ἔκτισε γυναῖκα. ἔτι δὲ μᾶλλον σώφρων μένει, ἐὰν τῆς κτίσεως[7] μὴ ἐπιλανθάνηται, καὶ τὴν κόλασιν προβλέπῃ, καὶ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν τὴν ζημίαν μὴ ἀγνοῇ. ἡ σώφρων γυνὴ ἐπὶ τοῖς σώζεσθαι θέλουσιν ἡδομένη παράδειγμα εὐσεβὲς τοῖς θεοσεβοῦσι τυγχάνει· ἀγαθοῦ γὰρ βίου νόμος ἐστίν. ἡ σωφονεῖν θέλουσα τὰς προφάσεις τῆς λοιδορίας ἐκκόπτει, ἐὰν δὲ μὴ παρέχουσα πρόφασιν λοιδορεῖται[8] ὡς ὑπὸ ἐχθροῦ, ὑπὸ Θεοῦ εὐλογεῖται καὶ ἐκδικεῖται. ἡ σώφρων τὸν Θεὸν ποθεῖ, τὸν Θεὸν φιλεῖ, τὸν Θεὸν τέρπει, τὸν Θεὸν δοξάζει· ἀνθρώποις πρόφασιν πρὸς λοιδορίαν οὐ παρέχει. ἡ σώφρων γυνὴ τὴν ἐκκλησίαν ἀγαθῇ τιμῇ μυρίζει καὶ ἐπὶ σεμνότητι

vel amatorem, fugiat statim commistionem cum eo, tamquam ignis flammam, vel canem rabidum. Quemadmodum fecit quae vos peperit, revera pudicitiae bonum diligens. Propter quod servata vobiscum regni sempiterni accepit cognitionem. Mulier quae pudice cupit vivere, scire debet, sibi a malitia invideri, multosque se amoris causa habere insidiatores. Uno autem pudicitiae affectu casta permanens, sumpta de omnibus victoria salutem consequetur. Etenim licet quis cunctas excoluerit virtutes, ob unicum adulterii peccatum dabit poenas, inquit Propheta.

XV. Mulier pudica, Dei voluntatem faciens, primae suae creationis praeclara est commemoratio: quia Deus qui unus es, homini uni unam creavit mulierem. Adhuc vere amplius manet pudica, si creationis non obliviscatur, futurum supplicium praevideat, nec ignoret aeternorum bonorum amissionem. Pudica mulier, iis delectata qui volunt salvi fieri, est pium exemplum cultoribus divinitatis: utpote bonae vitae lex. Quae cupit pudice agere, occasiones maledicti amputat: si vero non data occasione tamquam ab inimico male audit, a Deo benedicitur ac vindicatur. Pudica Deum desiderat, Deum diligit, Deum oblectat, Deo gloriam defert; hominibus occasionem obloquendi non praebet.

1. λυσσῶντα O.
2. δι' ὃ C.
3. ἡμῖν C.
4. ὑπὸ C.
5. δὴ O, δεῖν conj. C.
6. Ita D, ἐν C O.
7. κτήσεως O. Deinde λανθάνῃ C.
8. λοιδορῆται O.

δοξάζει· ἔτι δὲ καὶ διδασκάλων ἔπαινός ἐστιν, καὶ συνεργὸς αὐτοῖς σωφρονοῦσι τυγχάνει.

XVI. Ἡ σώφρων γυνὴ ὡς νυμφίῳ τῷ υἱῷ τοῦ Θεοῦ [1] κοσμεῖται, ἐνδεδυμένη τὸ σεμνὸν φῶς. ἔστι δὲ αὐτῇ κάλλος ἡ [2] ἐν τῇ ψυχῇ εὐνομία. μύρου δὲ πνέει τῆς ἀγαθῆς φήμης. καλὰ φόρεα ἠμφίεσται [3], τὴν αἰδῶ· καὶ τιμίους μαργαρίτας περίκειται, τοὺς σωφρονίζοντας λόγους. λευκὴ δὲ τυγχάνει, ὅταν [4] τὰς φρένας ᾖ λελαμπρυμένη. καλῷ ἐσόπτρῳ ὁρᾷ, εἰς τὸν Θεὸν ἐμβλέπουσα [5]. καλῷ κόσμῳ χρῆται, τῷ πρὸς Θεὸν [6] φόβῳ τὴν ψυχὴν νουθετοῦσα. καλὴ ἡ γυνή, οὐχ ἡ χρυσῷ πεπεδημένη, ἀλλ' ἡ τῶν προσκαίρων ἐπιθυμιῶν λελυμένη. ἡ σώφρων γυνὴ μεγάλῳ βασιλεῖ περιπόθητός ἐστιν, αὐτῷ μεμνήστευται, αὐτῷ τετήρηται, ὑπ' [7] αὐτοῦ ἠγάπηται. ἡ σώφρων εἰς τὸ θέλεσθαι προφάσεις οὐ παρέχει, ἢ τῷ αὐτῆς ἀνδρί. ἡ σώφρων ὑπὸ ἑτέρου θελομένη λυπεῖται. ἡ σώφρων τὸν ἄνδρα ἐνδιαθέτως φιλεῖ, καὶ καταφιλεῖ, καὶ κολακεύει, ἀρέσκει, δουλεύει, πρὸς πάντα αὐτῷ πείθεται, παρεκτὸς [8] τοῦ ἀπειθεῖν Θεῷ. ἡ γὰρ πειθομένη Θεῷ ἄνευ φυλάκων καὶ τὴν ψυχὴν σωφρονεῖ καὶ τὸ σῶμα καθαρεύει.

XVII. Ἀνόητος οὖν πᾶς ἀνὴρ ὁ τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα χωρίζων φόβου Θεοῦ. ὅτι ἡ Θεὸν μὴ φοβουμένη οὐδὲ τὸν ἄνδρα φοβεῖται. ἐὰν Θεὸν τὸν ἀόρατα βλέποντα μὴ φοβῆται, πρὸς τὸν μὴ ὁρῶντα πῶς σωφρονήσει [9];

Mulier pudica excellenti dignitate replet Ecclesiam atque bono odore: et praeterea magistrorum laus est, adjutrixque pudicitiam colentibus.

